Et non oportet quærere in qualibet ſcientia perſcrutationẽ, ſicut in Mathematicis, hoc. n. non oportet quærere, niſi in eis, quæ non miſcentur cum materia. Et ideo iſte modus non eſt naturalis. Videtur. n.
I *quòd tota natura ferè admiſcetur cum materia. Et ideo oportet primo perſcrutari de natura quid ſit. hoc. n. facto apparebunt nobis ea, de quibus perſcrutamur naturaliter, & Vtrum conſyderandum ſit in cauſis principiorum in Vna ſciẽtia, aut ĩ pluribus Vna. Videtur. n. quòd quælibet natura habeat materiam. Et ideo oportet perſcrutari primo de natura quid ſit, & tunc declarabuntur nobis ea, ex quibus* K *declaratur ſcientia Naturalis.*

Et nõ oportet q̃rere. i. & nõ oportet hoĩem q̃rere vt modus fidei ĩ demõſtrationibus Naturalibus ſit ſicut modus fidei in Mathematicis. Demonſtrationes. n. Mathematicę sũt in primo ordine certitudinis: & demõſtrationes Naturales conſequũtur eas ĩ hoc. Certitudo. n. diuerſat in eadem ſcĩa. v. g. ſm demſonẽ ſim pr, & ſm demſonem quia. &, cùm diuerſat ĩ eadẽ ſcĩa, magis diuerſat in ſcientijs diuerſis ſm genus. Dein de declarauit in quo genere debet hõ quærere certitudinẽ, q̃ eſt in primo ordine, & d. ſed hõ debet quærere hoc in eis, q̃ non admiſcent cum materia, ſ. mathematicis. & ideo d. Et ideo iſte modus non eſt naturalis. i. & ideo conſyderatio in hac ſcĩa non eſt naturalis cõſyderatio, cùm ſit de rebus non admixtis cum materia. Et ſi conſyderauerit in rebus admixtis cum materia, tñ in modo, ſm quem nõ admiſcent cum materia. v. g. res naturales diuidi in potẽtiã & actum, vnum & multitudinẽ, & ſubſtãtiã & accñs. D d. vr n. q̃ tota natura ferè admiſcet cum materia. i. & iſte modus nõ eſt naturalis. quia entia, in quib⁹ conſyderat, nõ admiſcent cũ materia: & oĩa naturalia ferè ſunt admixta cũ materia. Et d. ferè, pp intellectum. intellect⁹ enim qui ẽ poſtrema pfectio hoĩs, eſt abſtractus à materia. Et dubitat in hoc, quõ d. ferè, & diſpõ intellectus, q eſt poſtrema pfectio hoĩs, eſt diſpõ intellectuum oĩum abſtractorum in corporib⁹ cœleſtibus. iſti. n. ſunt poſtrema pfectio corporũ cœleſtium. Et tñdendũ eſt q̃ ipſe d. ferè,

16 Demõſtrationes Mathematicę ſt ĩ primo ordine certitudinis, & demõſtrationes Naturales conſequũtur eas ĩ hoc. Vide inſtantiã.

L

1. de Aĩa t. cõ. 1. Vide con. Zim.

Quõ Met. ſit de rebus nõ admixtis cũ materia.

M

Dubium

Solutio.

A re, in respectu corporũ gñabilium. &corruptibiliũ ista. n. dñr magis nã lia fm famositatẽ, q̃ illa. D. d. Et iõ oportet primo perscrutari, &c. i. ꝙ qñ homo sciuerit naturam quid sit, declarabuntur ei naturalia à non naturalibus. natura enim vniuersaliter est, sicut dictum est, principiũ transmutationis in rebus transmutabilibus per se, & principium priuationis transmutationis in rebus, q̃ quandoque transmutantur & quãdoque non. illa autem, quæ semper remanet in eodem modo modorũ B transmutationis, s. in motu locali, æquiuoce dicitur de eis natura, & de alijs. D. d. & vtrum cõsyderandum sit in causis principiorum, &c. i. debet primo perscrutari qui voluerit consyderare in hac scientia, vtrum consyderatio in omnibus quatuor principijs est vnius scientiæ, aut plurium scientiarum. quoniam, si fuerit multarum scientiarum, tunc omnia principia non erunt omnium entium, sed quædam principia.

Gñabilia scd; famositatẽ dñr magis naturalia, q̃ eterna.

Vid. 2. Ph. cõ. 3. &. 1. Meta. cõ. 5

Deinde dicit: videtur enim ꝙ q̃libet natura habet materiam s. videtur enim ꝙ omne ens habet causam materialem. &, si ita est, nulla C est scientia alia à scientia Naturali.

Deinde d. Et ideo oportet perscrutari primo de natura quid sit. & d. hoc, quia scientia Naturalis declaratur per duas perscrutationes, quarum vna est perscrutatio de natura quid sit, sicut dixit; & secunda est pscrutatio de natura cuiuslibet entis quid sit. & hoc manifestũ est per se. & Arist. perscrutatur de hoc ī alio libro, qui dicitur * Analytica.

* al. Auditus naturalis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

LIBER TERTIVS,

Cum Auer. Commen.

SVMMA LIBRI.

In Prima dubitationes multæ proponũtur. In Secunda eædem examinantur dubitationes,

SVMMAE PRIMAE.

Dubitationis causa exponitur. Cap. 1.

E

AD illã, quæ quæritur, scientiam, necesse est in primis nos pereurrere, de ꝙbus ꝑmo dubitãdum est. hæc autem sunt, & quę cunq; de eis aliter quidam existimarunt, & si quid vltra hæc prætermissum sit. Est autem operæpretium, aliquid facultatis habere volentibus, bene dubitare. nam posterior facultas solutio eorum est, quæ ante dubitata fuerunt. * Soluere autem non est, cùm nodus ignoretur, sed intellectus hæsitatio manifestum hoc de re facit. quatenus enim dubitat, eatenus simile qd dam ligatis patitur. vtroq; nanque modo impossibile est ad vlteriora ꝓcedere. Quare oẽs primo difficultates speculari par ẽ, & horũ gr̃a, & ꝓpea ꝙ illi, q q̃rũt, nisi primo dubitent, sises illis sunt, q qnã ire oporteat ignorãt, & adhuc neq; vtrũ ſuenerit

Posterior facultas solutio priꝰ dubitatorũ est.

F

* Soluere si ẽ, cũ nodus ignoretur.

G quod quæritur, an non cognoſcere poſſunt. finis etenim his q dem non eſt manifeſtus, illi aũt, qui antea dubitauerit, pateſcit. Item melio⁹ ſe habere neceſſe eſt illum ad iudicandum, qui tanquam aduerſarios, omnes vtrinque rationes oppoſitas audiat.

Melius ſe hẽt ad iudicãdum, q vtrinq; rõnes oppoſitas audit.

Neceſſe eſt nobis conſyderare primo quæſtiones difficiles dicendas in hac ſcientia, & ſunt illæ, de quibus quidã exiſtimauerunt exiſtimationes diuerſas, & alia, quæ

H *dimiſerunt. Prima enim actio eorum, qui volunt cõprehendere ſciẽtiam rerum, eſt perſcrutari de difficilibus qõnibus. non enim comprehenduntur ea, quæ ſunt poſt, niſi per diſſolutionẽ qõnum difficiliũ, quæ ſunt ante. Et non poteſt diſſoluere ex modo ligamenti qui ignorat ligamentum. & hebetudo intellectus demonſtrat quòd hoc eſt ſic. hebeti autem contingit ſimile ei, quod contingit ligato. hebes aũt*

I *non poteſt intelligere, neque ligatus ire. Et ideo perſcrutandum eſt prius de qõnibus omnibus difficilibus, & propter hoc, quod diximus. qui enim quærit cognoſcere aliquid, antequam perſcrutetur primo de difficultate eius, aſſimilatur ei, qui ignorat locum pedũ per viam æqualem. & cum hoc, qui neſcit quæſitum, neſcit ipſum, quãdo inuenitur. finis eorũ igitur, qui non perſcrutantur de difficilibus,* k *eſt ignotus, & finis eorum, qui perſcrutantur de eis, eſt manifeſtus neceſſario. Et bonum eſt vt apud audientem, omnium ſermonum affirmantium & negantiũ ſint propoſitiões neceſſariæ, & ſufficientes.*

INtendit in hoc tractatu ĩducere ſermones diſputatiuos, qui affirmant, & deſtruũt idem in omnibus quæſtionibus difficilibus huius ſcientiæ. & iſta eſt conſuetudo Ariſtotelis in omnibus ſcientijs, ſcilicet in quæſtionibus difficilib⁹. iſtę enim quæſtiones habent ſermones diſputatiuos: & nullus ſcit quãtum ſunt difficiles, niſi ſciat eas p ſermones diſputatiuos. Sed in ſcientia Naturali vidit q melior doctrina eſt pręponere diſputatiuam pſcrutationem in ſingulis quæſtionibus, quãdo vult facere diſputationem ſuper illam quæſtionem. In hoc autẽ lib. vult præponere ſermones diſputatiuos in omnibus quæſtionibus difficilibus, quæ ſunt in hac arte: & præponere ſermonem in eis per ſe. deinde inducit demonſtrationes ꝓprias vnicuiq; quæſtioni in loco conuenienti tractatuum huius ſcientię. Et forte iſte ordo eſt melior in doctrina huius ſcientiæ: quia communicant ſciẽtiæ diſputatiuæ in * vniuerſalitate conſyderationis. ſubiectum enim vtriuſq; ſcientiæ eſt idem, ſ. ens ſimpliciter. Et, quia natura ſermonum diſputatinorũ facit vt præponatur in ordine ſermonibus demonſtratiuis, vidit Ari. q iſte modus cõſyderationis debet poni pars per ſe in hac ſcientia, ſicut fecit I nomi-

1 Conſuetudo Ari. eſt inducere ſ oibus ſciẽ tijs ſermones diſpu-

L tatiuos aũ ſermones demſtratiuos. Vide idẽ. 4. Ph. cõ. 3. & 51. Oppoſitũ. 1. Cœ. cõ. 2 Vide contra. Zim.

M

* a. l. vniuerſitate.

Ens ſimpliciter ẽ ſubiectũ vtriuſque ſciẽtiæ, ſ. Met. & Logicę. Idem iſti com. 2.

A minibus ſignificantibus intentiões huius ſcientiæ, econtrario ei, qđ fecit in alijs ſcientijs, ſ. ꝙ in alijs ſcientijs exponit nomina apud conſyderationem in vnaquaq; quæſtione: in hac autem ſcientia exponit noīa in vno tractatu, non ad diſtinguendum nomen æquiuocum, ſed numerando intentiones, de quibus cõſyderat iſta ſcientia. Nicolaus aũt ordinauit ſermonem contra illud, quod fecit Ariſt. in iſtis duabus intentionibus, ſ. ꝙ ordinauit ea, ſm ꝙ fecit Ariſt. in ſcientia Naturali, & putauit ſe incedere per viam melio
B rem. & melius eſt quod Ariſt. fecit propter cauſam, quam diximus. Et dixit: Neceſſe é nobis, &c. i. quia neceſſe eſt omni volenti ſcire res quæſitas in vnoquoq; genere ſcientiarum inſpicere primo quæſtiones illius ſcientiæ, & perſcrutari de eis, oportet nos facere hoc in hac ſcientia. D. d. quæ quæſtiones ſunt iſtæ, & d. & ſunt illæ, de quibus quidam exiſtimauerunt, &c. i. & iſtę quęſtiones ſunt, in quibus homines diuerſantur in hac ſcientia propter difficultatem earum, & aliæ quæſtiones difficiles, de quibus dimiſerunt per
C ſcrutari. D. d. cauſam in hoc, & d. Prima enim actio, &c. i. & neceſſe eſt incipere à perſcrutatiõe de iſtis difficilibus quæſtionibus, quia ſcientia quæſita, quæ poſt acquiritur ex eis, eſt ſciẽtia, per quam diſſoluitur difficultas, quæ erit in illis quæſtionibus per dubitationes aduenientes in eis. Et cùm d. ꝙ cauſa, propter quã incipiendum eſt perſcrutari de rebus difficilibus, eſt ꝙ aduentus difficultatis præcedit ablationem eius: & modus, ex quo aduenit difficultas, eſt alius à modo, ex quo auferẽ. modus enim, ex quo aduenit, eſt ſi- D
milis ligamento, & modus, ex quo auferẽtur, eſt ſimilis diſſolutioni ligamenti. & ideo d. Et nõ poteſt diſſoluere ex modo ligamenti, q̃ ignorat ligamentum, &c. i. & quia notũ eſt per ſe ꝙ nullus poteſt diſſoluere ligamentum, quod fit in membris motus, ex illo modo, ex quo cecidit ligamentum: & illud, quod accidit ĩtellectui, ſimile eſt ei, quod accidit ligato. quoniam quemadmodum ligatum non poteſt moueri aliquo modo ad finem, quem intendit, ita eſt de intellectu, quando acciderint ei ſermones contrarij. & ideo neceſ- E
ſe eſt vt via, ex qua diſſoluuntur q̃ſtiones, ſit alia à via, ex qua accidũt quæſtiones: quemadmodum modus, ex quo diſſoluitur ligamentũ, eſt alius à modo, ex quo aduenit ligamentum. Et d. Et ideo perſcrutãdum eſt prius de omnibus quæſtionib⁹ difficilibus propter hoc, quod diximus. i. propter hoc, quod diximus primo, quia eſt via ad acquirẽdum ſcientiã. proportio enim quæſtionum ad animam ſimilis eſt proportioni ligamenti ad membra: & proportio ſcientiæ acquiſitæ poſt illas quæſtiones eſt ſimilis proportioni motus quæſiti poſt diſſolutionem ligamenti. F

Deinde d aliam cauſam, propter quam incipiendum eſt perſcrutari de difficultate, quæ eſt in quæſtionibus, & d. qui enim quærit cognoſcere aliquid, &c. i. qui enim cognoſcit aliquid, anteq̃ cognoſcat quantitatem difficultatis ei⁹, aſſimilatur eis, quorum pedes ſunt per viam rectã, & neſciunt ꝙ ſui pedes ſunt in illa via. D d. & cum hoc, qui neſcit quæſitum, &c. i. ꝙ qui neſcit quantum quærit,

Proportio q̃ſtionũ ad aiam ſimilis eſt proportioni ligamenti ad membra.

G quærit, neſcit ipſe qñ inuenerit eũ. & cum hoc qui perſcrutatus eſt de aliquo, & neſcit quantum eſt difficile, illud qđ quærit, eſt ignotũ apud ipſum. & ſic ſi inuenerit ipſum, neſciet vtrum inuenerit aut non. qui autem ſcit difficultatem rei, ſcit finẽ quem quærit. & ſic, ſi inuenerit illũ, ſciet illud, quod quærit. quæſitum enim erat apud illum ſcitum determinate. D.d. Et bonum eſt, &c. i. & etiam melius eſt volentibus iudicare inter homines diuerſitates in aliquo vt ſint cognoſcẽtes propoſitiones, quibus vtũ affirmans & negãs.

H

Dubitationes variæ ad hæc ſe entiã pertinentes proponuntur. Cap. 2.

EST autem prima dubitatio de his, q̃ in proœmio quoque dubitauim⁹, vtrum, vnius an multarum ſcientiarũ ſit cauſas ſpeculari. Et vtrũ prima ſubſtantię principia ſolum huius ſit ſcientiæ conſyderare, an etiam de principi⁹, ex quib⁹ oẽs demonſtrant. vtputa vtrũ contingit vnum & idem ſimul
I affirmare & negare, an non, & de alĩs huiuſmodi. Quòd ſi circa ſubſtantiam eſt, vtrum vna, an plures circa omnes ſint. & ſi plures, vtrum omnes inter ſe affines, an aliquas earum Sapientias, nonnullas aliquid aliud appellandum ſit. Et hoc etiam ipſum neceſſarium eſt vt quæratur, vtrum ſenſibiles ſubſtãtias eſſe duntaxat dicendum ſit, an præter has, etiam alias. Et vtrũ vnum, an plura ſubſtantiarum genera ſint, veluti qui formas, K
quidq⁹ mathematica harum & ſenſibilium media faciunt. & de his igitur, vt dicimus, conſyderandum eſt. Et vtrum circa ſubſtantias ſolum ſpeculatio ſit, an etiam circa ea, quæ per ſe ſubſtãtijs accidunt. Et ad hæc de eodẽ & diuerſo, ſimili & diſſimili, & contrarietate, & de priori & poſteriori, & cæteris cunctis huiuſcemodi, de quibus Dialecti-
ci conſyderare conãtur, ex probabilibus ſolum perſcrutantes, L
cuius eſt de his omnibus ſpeculari. Item quæcunque per ſe eiſdem ipſis accidunt. & non ſolum quid horum vnumquodque eſt, ſed etiam vtrum vni contrarium. Et vtrum ipſa genera ſint principia, & elementa, an illa, in quæ diuiduntur, quæ inſunt ſingula. Et ſi ipſa genera, vtrum quæcunque vltima de indiuiduis prædicãtur, an priora. vtputa, vtrum animal, vel homo principium, & magis q̃ ſingularia ſit. Potiſſimum vero quærendum & tractandum M
eſt, vtrum eſt aliqua, præter materiam, cauſa per ſe, an non. Et hæc ſeparata, an non. Et vtrum vna, an plures numero. Et vtrum eſt aliquid pręter cũ totum
ctum (dico autem cunctum, cũ quicquam de matetia prædicatur) an nihil. an quorũdam quidem ſit, quorundam vero non, & quænam entiũ talia ſint. Itẽ principia, vtrũ numero, an ſpẽ definita ſint, & quæ in rõnibus,

&

A & quæ in ſubiecto. Et vtrũ corruptibiliũ & incorruptibilium eadẽ, an diuerſa. & vtrũ incorruptibilia oĩa, an corruptibiliũ corruptibilia. Itẽ, quod omniũ difficillimũ eſt, & maximã ambiguitatẽ habet, vtrum vnũ & ens, vt Pythagoriei, & Plato dicebant, nõ eſt aliud quicquã, ſed entiũ ſubſtãtia: an nõ, ſed aliud quid ſubiectũ, vt Empedocles amicitiã ait, alius vero quidam ignẽ, etiã alius aquã, aut aerem. Et vtrum principia vniuerſalia
B ſint, an tanquã ſingularia rerũ. Et potentia, an actu. Itẽ vtrum aliter, an ſecũdum motũ. & hęc enim multã dubitationem præbere quæant. Et ad hęc vtrũ numeri, longitudines, figuræ, & puncta ſubſtantiæ quædã ſint, an nõ. Et ſi ſubſtãtiæ, vtrum ſeparatæ á ſenſibilibus, an in eis. De his enim omnibus non modo inuenire veritatem difficile, verum neque bene ratione dubitare facile eſt.

C *Et prima quæſtio quæſtionum difficilium eſt, de qua quæſiuimus in prologo iſtius libri primi, vtrũ conſyderatio de omnibus generibus cauſarum eſt vnius ſcientiæ, aut plurium. Et utrum eſt ſcientiæ conſyderatio de principys ſubſtantiæ tantum, aut eſt etiam eius conſyderare de prĩcipys, ex quibus fit demonſtratio cuiuslibet. v.g. vtrũ poſſit idem eſſe affirmatiuum & negatiuum inſimul, aut nõ, & talia ſimilia. v.g. vtrũ æqualia eidẽ* D *ſint æqualia. Et etiam, ſi ſcientiæ eſt conſydetatio de ſubſtãtia, vtrũ illa ſciẽtia eſt eadẽ omnibus ſcientys, aut plures. Et, ſi fuerint plures ſcientiæ, vtrum natura earum eſt conſimilis in genere, aut debet quædam dici Philoſophia, & quædam aliud. Et etia perſcrutandum eſt, vtrũ oporteat nos dicere quòd ſubſtãtiæ ſunt ſenſibilia tantum, aut ſunt aliæ ſubſtantiæ ab iſtis ſenſibilibus. Et vtrum ſubſtantiæ habeãt vnum genus, aut plura, ſicut* E *dixerunt ponentes formas, & mathematica, quæ ſunt inter iſta & ſenſibilia. oportet enim nos perſcrutari de omnibus iſtis rebus, ſicut diximus. Et vtrum conſyderatio eſt tantũ de ſubſtantys, aut etiam de accidẽtibus. Et cum hoc oportet nos perſcrutari de eodem & de diuerſo, & de diſſimili & ſimili, &* F *de contrarys, & de ante & poſt, & de omnibus alys rebus conſimilibus iſtis, de quibus Logici perſcrutantur, qui ponunt opiniones ſuas de opinionibus laudabilibus, et* *a. l. nominalibus. *nobilibus. Et ẽt perſcrutãdum eſt de omnibus accidẽtibus, quæ accidũt omnibus iſtis, & de vnoquoq; eorũ quid ſit. & non de hoc tantum, ſed vtrum contradicant ſibi adinuicem. Et vtrum principia, & elemẽta, & genera ſint per ſe, aut ſint per ſingularia, in q̃ diuidũtur.*

Et,

G *Et, ſi ſint genera, vtrum genera, quæ dicũtur de indiuiduis. ſint prima genera, aut vltima. v.g. vtrũ animal, aut homo ẽ magis primũ, quàm ĩdiuidua ſingularia, aut nõ. Et ẽt oportet nos multũ perſcrutari, vtrũ ſit alia cauſa per ſe, præter materiã, aut non. Et vtrũ iſta cauſa differat à materia, aut non. Et vtrũ iſta cauſa ſit vna in numero, aut plures. Et vtrũ eſt aliquid præter totum (& dicere eſt totũ illud,*

H *per quod diſponitur materia) aut non eſt aliud. aut in quibuſdam rebus eſt aliud à toto, & in quibuſdam non, & quæ ſunt iſta entia. Et vtrũ principia ſint determinata in numero, aut forma, & loco. Et vtrũ principia corruptibilium ſint principia incorruptibiliũ, aut diuerſa. & vtrũ omnia principia non corrũpuntur, aut corrumpuntur principia corruptibilium. Et ẽt perſcrutãdum eſt de quæſtione ma*

I *gis difficili omnibus iſtis quæſtionibus, vtrum vnũ & idem eſt ſubſtantia omniũ entium, & non eſt aliud ſicut dixerunt Pythagorici, & Plato: aut non, ſed eſt aliud ſubiectũ, ſicut dixit Empe. amicitiã, & alius ignem, & alius aquam, & alius aerem. Et vtrum principia ſint vniuerſalia, aut ſint ſicut ſingularia rerum particularium. Et vtrum ſint potentia, vel actu. Et vtrũ ſint principia alio modo, aut ſunt principia per motũ. iſta* K *enim quæſtiones ſunt difficiles, & valde intricatæ. Et cũ hoc oportet nos perſcrutari, vtrũ numerus & longitudo, & etiã figura, & puncta ſint ſubſtantiæ, aut non. Et, ſi ſunt ſubſtantiæ, vtrum ſint abſtracta à ſenſibilibus, aut ſint in eis. Difficultas enim nõ tantum eſt in cõprehendere veritatẽ iſtarum rerum omniũ, ſed non eſt facile quærere de eis ſecundum difficultatẽ earum ſecundum ſermonẽ valde.* L

Vtrum cõſyderatio, &c. & intendit p genera cauſarum cauſas diuerſas diuerſorũ. cauſę enim diuerſorũ generũ ſunt diuerſæ. v.g. principia rerũ naturalium, & principia rerũ mathematicarũ, & principia rerum abſtractarũ. D.d. Et vtrũ eſt ſcientiæ cõſyderatio, &c. i. & ſi conſydera tio in omnibus principijs eſt vnius ſcientiæ, vtrũ illa ſcĩa debet conſydetare in principijs ſubſtãtię, & vniuerſalium entium tm̃, aut cum hoc debet conſyderare in principijs cognitionis, quæ ſunt prima ĩtellecta. v.g. conſyderare in ſermone dicentium poſſe eſſe, vt affirmatiua & negatiua inſimul ſunt veræ, & in ſermone negãtiũ ꝙ æqualia ſunt eidẽ æqualia: & vſq; in ſermone negantiũ principia. D.d. Et ẽt, ſi ſcientiæ eſt cõſyderatio, &c. i. etiã, ſi ſcientia debet cõſyderare de ſubſtantijs, vtrũ illa ſcĩa eſt vna, aut plures. Si enim ſubſtãtiæ fuerint diuerſorũ primorum principiorũ, continget cõſyderatio de eis an ſit plurib⁹ q̃ vni ſcię. &, ſi fuerit conuenientiũ primorũ principiorum, vtrum conſyderatio de

2. Cãę diuerſorũ generũ ſunt diuerſæ. Idẽ 1. Met. c. 19 & .22. & 10. & 2. Cęli. 59. & 1. Cœli. 8 1.

M Principiũ cognitionis, & principiũ ſubſtantię ſeu eſſ. Idem. 1. Phy. cõ. 8.

A de eis erit vnus ſcientiæ. D.d. Et ſi fuerint plures ſcīæ, vtrum, &c. i. & ſi cōſyderatio de entibus fuerit pluriū ſcientiarum, vtrum oēs ſint ſpecies vnius generis, ſ. partes vnius ſcīētiæ, aut ſunt diuerſarū ſcientiarū, adeo ꝙ quædam dī Philoſophia, & quædam ſcīa Naturalis, & quædam Doctrinalis. D.d. Et ēt perſcrutandū eſt, vtrū oporteat nos dicere ꝙ ſubſtantiæ, &c. i. & neceſſe eſt nobis perſcrutari, vtrū ſint aliæ ſubſtantiæ à ſubſtantijs ſenſibilibus, aut nulla eſt ſubſtantia ꝓter iſtas. D.d. Et vtrū ſubſtātiæ habeant vnum genus, &c.

B ideſt &, ſi aliqua eſt ſubſtantia alia à ſubſtantijs ſenſibilibus, vtrum illa ſubſtantia eſt eadē natura, aut plures naturę, ſicut dicū illi, ꝙ ſubſtantiæ ſunt res abſtractæ, ſ. & ſunt formæ nō abſtractæ, & ſunt res ſenſibiles: & mediæ inter formas & res ſenſibiles, & ſunt mathematicæ. D.d. Et vtrum cōſyderatio eſt tm̄ de ſubſtantijs, &c. i. & etiā perſcrutandum eſt, vtrū perſcrutatio in hac ſcientia eſt de ſubſtātijs tm̄, aut de accidentib⁹, aut de vtroq;. D.d. Et cū hoc oportet nos perſcrutari de eodē & de diuerſo. ideſt, & oportet nos per-

C ſcrutari ēt de conſequentibus eſſentialibus, quæ appropriant ēnti in eo ꝙ eſt ens. v.g. idem & diuerſum, & ſiſe & diſſimile, & contrariū & non contrariū. Omne enim ens, qñ fuerit cōparatū ad aliud, aut erit idē aut diuerſum, aut ſiſe aut diſſimile, aut contrariū aut non contrarium. Et vſr oportet perſcrutari de oībus, de quibus Diſputatores aſſueti ſunt diſputare ꝓ ſermones famoſos laudabiles. *Philoſophus enim & Logicus cōueniunt in perſcrutatione de iſtis rebus, quia vterq; cōſyderat de ente ſimplr. D.d. Et etiam perſcrutandum eſt de oībus accidētib⁹, &c. ideſt & perſcrutandū eſt in iſtis quę ſtionibus de reb⁹, quarū prima eſt, quid eſt vnūquodq; eorum, & quæ ſunt accidentia ꝓpria eis. & non de hoc tm̄, ſed & de illis, quæ ſunt contraria eis, aut nō contraria. Per oīa enim iſta cōpletur perſcrutatio de iſtis, quæ intēduntſciri, ſ. per cognitionē trium, ſ. priorū, & poſteriorū, & oppoſitorū. D.d. Et vtrū principia, & elemēta, &c. i. & perſcrutandum eſt, vtrū rerū principia, & elementa eorū ſint genera, aut indiuidua, in quæ diuidūtur in poſtremo

E genera. Et, ſi genera ſint digniora, vt ſint principia q̄ indiuidua, vtrū genera remotiſſima ab indiuiduis ſint magis digna, aut genera ꝓpinqua, ita ꝙ digniſſimū eorum ſit ſpecies, quæ diuidit in indiuidua. v.g. pſcrutari quod eſt magis primū, animal aut homo, aut indiuiduū animalis aut hominis. Et ſi aīal & homo ſint priora ſuis indiuiduis, vtrū homo ſit prior aīali, aut animal homine.

D.d. Et ēt oportet nos multū perſcrutari .i. & oportet nos quærere, vtrū in indiuiduis ſubſtātiæ eſt alia

F cauſa, præter materiā, & eſt forma, aut nō, & d. hoc, quia iſta cauſa fuit nota ab eo ſolo in rei veritate inter oēs Antiquos. D.d. Et vtrū iſta cauſa differat à mā, aut non. & d. hoc, ne aliquis exiſtimet ipſam eſſe materiā quoquo modo. D.d. Et vtrū iſta cauſa ſit vna. i. forma. D.d. Et vtrū eſt aliquid præter totū, i. vtrū eſt aliquid additū corporibus naturalibus, aut nihil eſt hmōi, aut hoc eſt in quibuſdā, & in quibuſdā nō. & innuit ꝓ hoc aīam, & res additas corpibus nālibus cōſimiliū partiū.

D.d.

D gicus cōſyderat de ente ſimplr. Idē ſupra c. 1. & 4. Met. te. com. 5.

E

F Sol⁹ Ariſt. cognouit cām materialē in rei veritate. Idē 1. Phyſico. com. 79.

Oē ens, qñ fuerit cōparatū ad aliud, aut erit idē aut diuerſum, aut ſimile aut diſſimile, aut contrariū aut nō cōtrarium.

* Primus Philoſophus & Lo

G D. d. Et vtrũ principia, &c. i. & etiã perſcrutandũ eſt de principijs rerũ cõpoſitarũ, vtrum ſint vnũ fm formã, aut ſint plura numero. & dico vnũ fm formã vnum fm definitionẽ. & dico fm numerũ ea, quę ſunt numerata fm locũ. D. d. Et vtrum principia corruptibiliuni, &c. i. & ẽt perſcrutãdũ eſt, vtrum principia rerum corruptibilium ſint principia incorruptibilium, aut alia. &, ſi alia, vtrũ oĩa non corrumpãtur, aut ſolummodo non corrumpant illa, q̃ ſunt principia incorruptibilium, principia vero corruptibilium corrumpunt. D. d. Et ẽt perſcrutãdum eſt de q̃ſtiõe magis difficili, &c. i. & ẽt perſcrutandũ eſt, vtrum vnum, quod eſt principiũ numeri, ſit vnũ, quod eſt ſubſtãtia vniuſcuiuſq; entium ſenſibilium, aut fm q̃ dicit Pythagoras, q̃ illud eſt elementũ entium, aut q̃ entia ſunt numeri · aut fm q̃ dicit Plato, q̃ eſt ſubſtãtia vĩs oĩbus entibus, aut vnũ numerale ẽ accidens, & vnũ, qđ eſt ſubſtantia, & elementũ oĩum entium eſt natura alia à natura vni, ſicut dicit Empedocles q̃ vnũ, quod eſt ſubſtãtia entium, eſt amicitia, aut lis, & ſicut I Antiqui naturalĩũ dicebant, q̃ vnũ quodq;, qđ eſt ſubſtantia entiũ, eſt ignis, aut aer, aut aqua. D. dicit. Et vtrũ prĩcipia ſint vĩa, &c i. Et vtrũ ptincipia rerum ſint vĩa, aut ſingularia. Et vtrũ ſint potentia, an actu. D. d. Et vtrum ſint principia alio modo, &c. i. & etiam perſcrutandũ eſt de principijs, vtrum ſint ptincipia, fm q̃ ſunt mouentia, aut ſecundũ alium modum cæterarũ cauſarum. & intendit qõnem contingentẽ in primo motote. Deinde dixit. Et cum hoc oportet nos perſcrutari, vtrum numerus, & longitudo, K &c. i. etiam perſcrutãdum eſt de rebus mathematicis, v.g. de numero, & magnitudine, vtrum ſint ſubſtãtiæ, an accidentia. Et, ſi ſint ſubſtãtiæ, vtrum ſint abſtractæ à ſubſtantijs ſenſibilibus, aut ſint exiſtẽtes in eis tali modo, q̃ nullã habeant conſtitutionem, niſi p ſubſtantias ſenſibiles. D. d. difficultas. n. &c. i. oẽs. n. iſtæ quæſtiones non tm̃ ſunt difficiles propter difficultatem comprehẽſionis in eis, immo difficile eſt etiã ſcire difficultatem earũ quanta ſit. Et cùm compleuit numerationem illarũ qõnum, incœpit inducere ſermones Logicos in ſingulis qõnib'. L

Vid. 1. Ph. c. 6. cõſile

H

SVMMA SECVNDA.

Examinantur propoſitæ difficultates.

Diſputantur difficultates de cauſarum, principiorum, ac ſubſtantiarum cognitione. Cap. 1.

PRimum itaq; de q̃bus primo diximus, vtrũ vnius, an pluriũ ſcientiarum ſit oĩa cauſarũ genera ſpeculari. Vnius. n. ſcientiæ, quomodo eſſet principia, cũ non ſint contraria, cognoſcere? Item multis entium, non oĩbus, omnia inſunt. Quo nanq; mõ poſsibile eſt motus principium in immobilibus eſſe, aut boni naturam, ſiquidem omne, quodcũq; per ſe, & propter ſuã ipſius naturam bonum ſit, finis eſt, & ita cauſa, q̃ĩ illius gratia cætera & fiunt, & ſunt: finis autem & cuius cauſa actionis cuiuſdam finis eſt, actiones vero omnes cum motu. Quare in immobi-

Vtrũ vni⁹ an plurĩũ ſciarũ ſit oĩa genera cãrum ſpeculari. M

A mobilibus nõ cõtingere queat hoc principium eſſe. non autẽ eſſe contingat quicquam per ſe bonum. Vnde in Mathematicis nihil per hãc cauſam probatur, nec eſt aliqua demõſtratio, qua re eius, quod melius, aut peius, & omnino alicuius talium, nemo mentionem facit. Quapropter quidam Sophiſtarum, vt Ariſtippus, ſpernebat eas. i alijs .n. artibus, ac ipſis ẽt illiberalibus, vt in Fabrili, et Coriaria, inquiebat, cur melius, aut peius,
B de oĩb⁹ dici: Mathematicas autẽ, nullam de bonis, & malis rationem facere. At ſi plures ſunt cauſarum ſcientiæ, & alia alius principij, quam earum dicẽdũ, eam eſſe, q̃ q̃ritur? aut quis illorum, qui eas habent, rem quę quęritur, maxime ſciet? contingit .n. eidem oĩs modos cauſarum ineſſe. vtputa domus, vnde quidem motus, ars & faber: cuius vero cauſa, opus: materia autem, terra, & lapides: forma vero, definitio. Ex his itaq; quę
C ab Antiquis determinata ſunt, quæ ſcientiarum appellanda ſit Sapientia, rationabile videatur vnamquanq; ita appellandam eſſe. Verum, quatenus principalisſima & honorabilisſima, & cui cæteras ſcientias tanquã ancillas non contradicere decet, illa eſt ipſius finis & boni. huius .n. cauſa cætera. Quatenus vero primarũ cauſarum, & eius, qđ maxime ſcibile definita eſt eſſe, ipſa vtiq; ſubſtantię fuerit, cùm .n. multipliciter ſit idẽ ſcire, magis qdẽ illũ ſcire dicim⁹, q rẽ qđ nã ſit ipſo eẽ cognoſcat, q̃ illũ, qui ipſo nõ eſſe. Iſtorum aũt ipſorũ, alterũ altero magis, & maxime illũ, qui qđ eſt, non vero illũ, qui quãtũ, aut quale, aut quid agere, ſiue qđ pati natura aptũ eſt. Itẽ et in cęteris tũc ſcire vnumquodq; eorũ ẽt, quorũ demõnes ſunt, arbitramur, cũ quid eſt ſciamus. vtputa qđ eſt tetragonifm⁹, q̃ inuẽtio medię. ſimiliter & de cęteris. Circa
E generationẽ aũt, & actiones totãq; trãſmutationẽ, cũ ſciamus motus principiũ. hoc aũt aliud, & fini oppoſitũ eſt. Quare altẽ- *a. Non alterius. rius eſſe ſcíæ videatur harũ cauſarum vnamquamq; ſpeculari.

D *Dicamus nunc primo de primâ quæſtione, Vtrum conſyderatio de omnibus generibus cauſarum eſt vnius ſcientiæ, aut plurium. Et quomodo eſt poſsibile vt vna ſcientia, principia ſciat, quæ non ſunt contraria. Manifeſtum eſt igitur* F *quòd oĩa multa principia non ſunt omnium entium. Quia nõ dicimus quomodo põt eẽ principium motus in rebus nõ mobilibus: et quomodo natura boni eſt in oĩbus rebus immobilibus, ſi omne, quod eſt bonũ per ſe & per ſuam naturam, eſt finis & complementum, & eſt ſecundum hunc modum cauſa. rei .n. ſunt propter illud finit .n. & illud, propter quod fit, aliud eſt*

com-

G complementum alicuius actionis. & actiones omnes fiunt per motum. Notum eſt igitur quòd impoßibile eſt quòd iſte finis ſit in rebus immobilibus, et in eis aliquod bonum per ſe non eſt. Et ideo in ſcientys Mathematicis nihil declaratur per iſtam cauſam. et nulla demonſtratio fit per illam, nec quia eſt melior, neque quia eſt vilior. Et vniuerſaliter nullus hominum inuenit iſtam talem cauſam H in mathematicis ſcientys. Et ideo quidam Sophiſtarum dimiſerunt, ſicut fecit Ariſtippus. in alys autem artificys, verbi gratia Carpentaria & Sutoria, illis dicitur melius et vilius. et artifices iſtius artis non perſcrutãtur omnino de bonis, & malis. Manifeſtum eſt igitur, quòd ſcientiæ cauſarum multæ ſunt. & omnis cauſa, & principium habet aliam ſcientiã, ſcilicet principium alterius ſcien- I tiæ. Quærendum eſt igitur, qualis ſcientia iſtarum eſt digna, vt dicatur Philoſophia: & qualis ſciens eſt dignus, vt vocetur Philoſophus. & ſic notificabitur illud, quod quærendum eſt hic. impoßibile eſt.n. vt ſpecies oĩum cauſarũ ſint eiuſdem rei, ſicut domus. cauſa.n. domus, ex qua fit motus, eſt artificium, & ædificator: & cauſa, propter quam fit domus, eſt operatio: & materia domus eſt lutum, & lateres: & forma domus eſt terminus eius. Secundum igitur quòd diſtinximus, & diximus qualis ſcientia debet vocari Philoſophia, continget vt omnis ſcientia vocetur Philoſophia. Philoſophia autem alia & prior, & nobilior, quam ſcientiæ aliæ conſequũtur, neceſſe eſt vt ſit cauſa complementi, & boni. aliæ.n. cauſæ ſunt propter iſtam cauſam. Et iam diximus primo, quòd Philoſophia primarum cauſarum, & L illud, quod eſt valde ſcitũ, eſt ſcia ſubſtantiæ. Res.n. multis modis ſcitur. & plus quod ſcitur eſt de ſua ſubſtantia. Et, cum voluerimus ſcire vnamquanq; rerum habẽtiũ demonſtrationem, nos exiſtimabimus notificare eas, quando ſciemus quid ſunt. v.g. quid eſt quadratura. dicemus igitur, quòd quadratura eſt mediũ inuenire. & ſimiliter de alys. Generationes autem, & actiones, & omnis tranſ- M mutatio ſciuntur à nobis, quando ſciuerimus principium motus. & iſta cauſa eſt alia à cauſa complementi. Manifeſtum eſt igitur, quòd cognitio vniuſcuiuſq; iſtarũ cauſarum, habet aliam ſcietiam.

Dicamus nunc primo, &c. Intendit per omnia genera cauſarũ quatuor cauſas. & quaſi dicit, vtrum perſcrutatio de generibus cauſarũ entium eſt vnius ſcĩę, aut plurium? 1

A D.d Et quomodo eſt poſſibile vt ſciat principia, q̄ nō ſunt contraria. & iſta propoſitio eſt probabilis, ſ. dicens, ꝙ ſcientia contrariorum eſt eadem. & non ſequitur ex hoc dicere, ꝙ ſcientia cōtrariorū eſt eadem, ꝙ ſcientia eorum non contrariorum non eſt eadem, niſi ſuperficietenus, & ſm ꝙ apparet exterius. & ideo iſte ſermo eſt Logicus, ſm ꝙ fuit dictū, ꝙ ſermones vſitati in hoc tractatu ſunt Logici. iſte autem ſermo eſſet verus, ſi eſſet verum ꝙ illa, quorum ſcientia eſt eadem, ſunt contraria.

Iſta ꝓp̄ó eſt probabilis, ꝙ ſcié tia contrariorū eſt eadem.

B D.d. Manifeſtum eſt igit̄, ꝙ omnia principia, &c. i. & etiam manifeſtū eſt per ſe, ꝙ non inueniunt̄ oēs cauſæ quatuor in oībus generibus entium. v.g. ꝙ in rebus immobilibus non debet aliquis quærere cauſam mouentem: neq; poteſt dicere, quo modo eſt poſſibile, vt in eis ſit cauſa mouens. & intendebat Mathematica. q̄m̄ licet ſint in re mota, tñ non mouentur niſi accidentaliter.

Mathematica licet ſint in re mota, tñ ſi mouent̄ niſi per accidens.

C D.d, & quomodo natura boni eſt, &c. i. quomodo cauſa, quæ eſt finis, inuenit̄ in rebus immobilib⁹, cùm illud, quod eſt per ſe, & naturaliter finis, eſt illud, ad quod mouet̄ illud, quod innatum eſt perfici per illud. Et, cùm propoſuit has propoſitiones pro veris, accepit cōuerſas earū pro veris. D. d. & eſt ſm modū hūc cauſa, &c. i. & iſta cauſa, ſ. finalis eſt ſm hunc modum cauſa, i. ſm, ꝙ mouetur ad illam illud, quod perfici̇t per illam. illud n. quod eſt ante, eſt ꝓp illam. & hoc manifeſtum eſt de cauſa finali. D.d. finis. n. & illud propter quod, &c. i. & neceſſarium eſt vt finis ſit in rebus mobilibus: quia finis eſt finis actionis & motus. q̄d igitur caret motu, caret fine, niſi ꝙ

uoce. D.d. Notum eſt igitur, ꝙ impoſſibile eſt, ꝙ iſte finis ſit in rebus immobilibus, &c i. propter iſtos ſermones, quos dixim⁹. & dixit per ſe, quia poteſt contingere, vt in rebus immobilibus ſit bonum, ſed non p ſe. Et debes ſcire, ꝙ illud, q̄d diſponitur per bonum, eſt cauſa finalis. bonum enim eſt deſyderabile: & cauſa finalis eſt deſyderabilis. D. d. Et ideo in ſcientijs Mathematicis, &c. i. quia iſta cauſa non inuenitur in mathematicis, ideo nō datur in eis in aliqua re quæſita finalis cauſa: neque in eis fit demōſtratio, cuius terminus medius ſit iſta cauſa. & ipſe dicit in tractatu, de quo loquitur in principijs Mathematicorum, ꝙ ordinatio, &c. i. ordinatio numerorū, & magnitudinum inuenitur in eis. & indiget hoc perſcrutatione. D.d. & ideo quidam Sophiſtarum, &c. i. negabant eam eſſe in omnibus ſcié tijs, quia non reperierūt eam in firmiſſima ſcientiarum, ſ. Mathematicis. Deinde d. in alijs autē artificijs, &c. i. in artificijs autem concedebāt cauſam finalem eſſe. melius. n. aut vilius proueniunt ab hac cauſa. Deinde d. & artifices iſtius, i. artis Mathematicorum. D.d. Manifeſtū eſt igitur, ꝙ ſcientiæ cauſarum, &c. i. ꝙ cùm quædam entia habent propria quædam generum cauſarū, & non quædam, neceſſe eſt vt ſcientię diuerſentur propter diuerſitatē earum in principijs, & vt ſint modi demonſtrationum vſitatarum in aliqua arte alij à modis demonſtrationum alterius artis. ergo artes, & ſcié tiæ ſunt plures. Deinde d. Quærendum eſt igitur qualis ſcientia, &c. i. &, cùm declaratum eſt plures ſcientias eē: & eſt iam famoſum hic eſſe

D

Pōt contīgere ꝙ in rebus immobilib⁹ ſit bonū ſed n̄ p ſe.

E

F

G ſcientiam, quę dicitur philoſophia: quærendum eſt quæ eſt illa ſciẽtia. quoniam, ſi vna ſcientia eſſet oĩum rerum, tunc illa ſciẽtia deberet dici Philoſophia. D.d. impoſſibile eſt enim, vt ſpecies cauſarum, &c. ideſt & neceſſe eſt, vt quædã ſcientiæ ſint proprię ad dandã aliquã cauſam ſine alia, qm̃ nõ quodlibet genus, de quo ſcientia cõſyderat, habet quatuor cauſas, ſicut domus habet. Et intendit, ꝙ hoc non inuenitur niſi in ſcientia Naturali tm̃. D.d. Secũdum igit᷑ ꝙ narrauimus, &c. ideſt & cauſæ ſunt plures, & Philoſophia
H eſt cognitio cauſarum: & in omni ſcĩa cõtinetur cognitio cauſarum, quæ ſunt in illo genere: cõtingit vt omnis ſcientia debeat dici Philoſophia. ſed nos poſuimus hoc eſſe ſciẽtiam aliã à ſcientijs particularibus, quæ dicitur Philoſophia, quod eſt dubitatio. D.d. Philoſophia autem altera, &c. ideſt, ſed ſi cõceſſerimus, ꝙ oĩs ſcientia dicitur Philoſophia, tamen neceſſe eſt, vt ſcientia, q̃ dicitur Philoſophia ſimpl'r, ſit illa, quæ conſyderat in cauſa finali vltima omnium entiũ. oĩs autẽ cauſę ſunt propter iſtam cauſam. D.d. Et iam
I diximus primo, ꝙ Philoſophia cauſarum, &c i. ꝙ illud, ꝙ dicitur Philoſophia, eſt quæ notificat cũ cauſa finali prima cauſam primã, quæ eſt forma, & ſubſtãtia. ſcientia enim, q̃ attribuitur cognitioni cauſarũ primarum, eſt ſcientia, q̃ eſt magis digna, vt dicatur Philoſophia. Res. n. vt dixit, notificatur multis modis. & magis quod notificatur eſt ꝓ ſuã ſubſtantiam. & ꝓp hoc iſta ſcientia debet dici Philoſophia, & non Naturalis ſcĩa. Scientia n. Naturalis cõſyderat etiã de duabus primis cauſis, ſcilicet motore, & materia: iſta autẽ de duabus cauſis vltimis, ſcilicet forma & fine. Et, quia hæ duæ cauſæ ſunt meliores illis, ideo iſta ſciẽtia ẽ melior Naturali. Finis autẽ eſt melior alijs cauſis, qa aliæ cauſæ ſunt ꝓp illã. Forma aũt eſt melior alijs, quia ſciẽtia rei per illã eſt perfectior q̃ ſciẽtia rei per aliam. D.d. teſtimonium ſuper hoc, ꝙ ſcientia ſubſtantiæ eſt perfectior ſcientia, q̃ fit per aliam rem omnium rerum exiſtentium in re, & d. Et cùm voluerimus ſcire vnãquãq; rerũ, &c. ideſt & ſignũ eius, ꝙ ſciẽtia ſubſtãtiæ eſt perfectior omni ſcientia, eſt, ꝙ cùm nos quæſiuerimus ſcire aliquid per demonſtrationem, nõ reputamus ipſum eſſe ſcitum, niſi qñ nos intellexerimus in nobis, ꝙ ſcimus illud ſecundum quid. i. per ſuã ſubſtãtiam, & definitionem. Deinde dedit exemplum, & d. ver. gra. quid eſt quadratura, &c. ideſt verbi gratia ꝙ nos non videmus nos ſcire * quadratum æquale ſuperficiei, niſi quando ſciuerimus ꝙ eſt illud, cuius latus mediũ inter duo latera ſuperficiei eſt æquale. D.d. Generationes aũt & actiones, &c. i. generationes aũt, & actiones nõ ſciunt᷑ vere, niſi qñ ſciuerimus naturam motus, & agẽs eũ. Deinde d. & iſta cauſa eſt alia à cauſa complementi. & intendit cauſam, quæ eſt principiũ paſſionis, ſcilicet ſubiectum, & materiam. D.d. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ cognitio, &c. ideſt declaratũ eſt igitur ex hoc, ꝙ cognitio vniuſcuiuſq; generũ iſtatum cauſarum habet ſciẽtiam propriam: & quòd eſt hæc vna ſcienna, quę dicitur Philoſophia, quæ proprie conſyderat de prima forma, & primo fine.

Scia Naturalis conſyderat

ſyderat
duab⁹ p
mis cáu
ſ. moto
& mat
ria: iſtã
de dual
vltimis,
forma,
fine.
Idẽ I ſu
proœmio
ſup. 1. Ph
ſi. & 4. M
ta. com.
& 7. Met
c. 5. &. 12
Met. cõ. 6

L

* a. l. qd
dratura

M

Scia Phil
ſophia
prie con
ſyderat d
prima fo
ma, & pr
mo fine.

At

A At vero & de principijs demonſtratiuis, vtrũ vnius ſcietiæ an plurium ſunt, ambiguũ eſt. Dico autem demõſtratiua, opiniones cõmunes, ex quibus oẽs demonſtrant. vtputa ꝙ neceſſe eſt oẽ, aut affirmare, aut negare: & ꝙ impoſsibile eſt ſimul eſſe & non eſſe: & quæcunq; alię ſimiles propoſitiones ſunt. Vtrũ vna iſtarum, ac ſubſtantię ſciẽtia eſt, an diuerſa. ꝙ ſi non vna, vtra dicenda eſt illa eſſe, q̃ nunc quæritur. Vnius itaq; nõ eſt rationabile eſſe. Cur.n. Geometriæ magis q̃ cuiuſcũq; ꝓpriũ ſit de his ſpeculari? Si itaq; æq̃liter quidem cuiuſcunq; eſt, de omnibus vero nõ contingit, ſicuti nec cæterarũ, ita nec illius, q̃ cognoſcit ſubſtãtias, propriũ eſt de eis cognoſcere. Et ad hæc, qũo eorum ſcia erit? qd.n. horũ quodq; eſt nunc quoq; cognoſcimus. vtuntur nãq; eis cæterę etiã artes, tanq̃ cognitis. Quòd ſi demõſtratiua de eis eſt, oportebit aliquod genus ſubiectum eſſe, & aliquas paſsiones, & aliquas eorũ dignitates eſſe. de oĩbus.n. demonſtrationẽ eſſe impoſsibile eſt. ſiquidẽ neceſſe eſt ex qbuſdã, & circa quippiã, & quorũdam demõſtrationem eſſe. Quare accidit cũctorũ, q̃ demõſtrãtur, vnũ quoddã genus eſſe. omnes.n. demonſtratiuę vtuntur dignitatibus. At vero, ſi altera, quæ de ſubſtantia, & illa, quæ de his, vtra earum principalior, & prior eſt? vniuerſaliter enim, & maxime principia omnium dignitates ſunt. Et, ſi non eſt Philoſophi, cuius alterius erit de eis verum, & falſum ſpeculari?

Vtrũ vnius ſciẽtiæ an pluriũ ſit de principijs inueſtigare demõſtratiuis.

De oĩbus demõſtratiuoné eſſe eſt impoſsibile.

B C D

Et etiam vtrum principia demonſtrationis ſint vnius ſcientiæ, aut plurium, eſt dubium. Et dico principia demonſtrationis illud, quod eſt acceptum de propoſitionibus vniuerſalibus, ex quibus quæritur demonſtratio ſuper omne quid. v.g. dicere quòd de quolibet affirmatio, vel negatio: et impoſsibile eſt affirmare, & negare inſimul: et aliæ propoſitiones ſimiles ſibi. Nos igitur perſcrutabimur, vtrũ ſcietia iſtorũ principiorum, & ſcietia ſubſtãtiæ ſint eadem, aut diuerſa. & ſi nõ ſint eadem, quæ ſcietia iſtarũ debet dici nõie ſciẽtiæ q̃ſitæ in hoc loco: nõ.n. neceſſe eſt vt oĩa ſint vnius ſciæ. Et cũ hoc, qũo erũt iſta vnius ſciẽtiæ. ſcimus.n. eſſe mõ vniuſcuiuſq; earum, & aliæ ſciẽtiæ vtũtur eis. ſicut cognitione nota. Si igitur habent demonſtrationem, oportet vt habeant aliquod genus ſubiectum eis, & quædã ſint magis latentia, & quædã manifeſta vniuerſalia. impoſsibile eſt.n. vt omnia habeãt demonſtrationẽ, quia neceſſe eſt vt demonſtratio fiat ex quibuſdã rẽbus, & ad quædã, aut vnũ eorum. Manifeſtũ eſt igitur quòd accidit,

E F

G *Vt vnum genus ſit ſubiectum omnium rerum habentium demonſtrationem. omnes enim modi demõſtrationis vtũtur propoſitionib. manifeſtis vniuerſalibus. Et etiã, ſi ſcientia ſubſtantiæ eſt alia à ſcientia principiorum demonſtrationis, quæ ſcientia iſtarum eſt prior alia nobilitate? & quæ earum eſt fixa per ſuam naturam? propoſitiones enim vniuerſales ſunt principia omnium ſcientiarum. Si igitur iſtæ*

H *propoſitiones non ſunt Philoſophi, cuius ſunt igitur?*

Cũ nonſi cauit, ꝙ ſcientia, quę di

4 citur Philoſophia vere, eſt illa, quæ cõſyderat de cauſa formali & finali vltimis, vult modo pſcrutari, vtrũ conſyderatio de principijs demonſtrationis eſt huius ſciẽtię, aut alterius, ſi aliqua ſcientia debet conſyderare de principijs, & quis eſt modus conſyderationis in eis, & cuius generis eſt. Et d. Et etiã vtrũ principia demſtrationis ſint vnius ſcientiæ, &c.i. &, ſi dixerimus ꝙ in principijs ſcientiarum eſt conſyderatio,

I vtrum conſyderatio illa eſt vnius, aut pluriũ. D.d. Et dico principia demõſtrationis, &c.i. & dico principia demonſtrationis primas propoſitiones vniuerſales, ex q̃bus adaptatur nobis quęrere demõſtrationem ſuper omne, cuius cognitio eſt quærenda. D.d. Nos igitur perſcrutabimur, &c.i. nos igitur perſcrutabimur, ſi principia habent ſcientiã, vtrũ ſcientia iſtorum principiorũ, & ſcientia ſubſtãtiæ, quę eſt forma, ſint eædẽ, aũt diuerſæ. & ſi ſcientia principiorum ſcientiarum eſt vna, & ſcientia ſubſtãtiæ eſt alia, quæ ea- K
rum debet dici Philoſophia ſimpliciter. nõ enim eſt neceſſe vt omnes ſcientiæ rerum ſint vnius ſcientiæ. D.d. Et cũ hoc, qũo, &c.i. ante hoc perſcrutandum eſt, ſi iſta principia habeant ſcientiam, cuiuſmodi ſciẽtiam habent. eſſe, n. eorum notum eſt nobis naturaliter, & aliæ ſcientiæ ponunt ea ſm hunc modũ, ſ. ſm ꝙ ſunt nota per ſe. D. confirmauit hanc dubitationem, & d. Si igit habent demonſtrationem, &c.i. ſi habent demonſtrationem, neceſſe eſt vt habeant genus ſubiectũ, de quo conſyderat ars cõſyderans in eis, &
vt quædam eorũ ſint manifeſtiora L
quibuſdã, ſ. vt in eis ſint aliqua nota per ſe, & alia declaranda per illa nota. D. d. impoſſe eſt. n. vt omnia habeant demonſtrationem, &c.i. ſed neceſſe eſt vt demõſtratio ſit ex q̃buſdam, & ad quædam, aut ad vnũ eorum ad minus. Iſta. n. demõſtratio eſt ex principijs notis per ſe, ſm ꝙ dictum eſt in ſua definitione, ꝙ ſyllogiſmus eſt compoſitus ex propoſitionibus neceſſarijs. D.d Manifeſtum eſt igitur, ꝙ accidit, &c.i. quomodo erit hoc? & manifeſtum eſt, ꝙ neceſſe eſt vt ſit genus ſubiectum oĩum habentiũ demonſtra- M
tionem, & vt demſtratio in illo genere habeat principia nota p ſe, & alia non nota, quæ demſtantur ab illis principijs. ſed in primis propoſitionibus non accidit hoc, ſ. vt quędam ſint manifeſtæ per ſe, & quędã non. ſed ſi hoc eſt, vnde fuit acq̃ſita ſciẽtia eorum? D.d. Et etiam, ſi ſciẽtia ſubſtantiæ, &c.i. & ſi ſcientia principiorum ſubſtantiæ eſt alia à ſciẽtia principiorum ſcientiarũ, quæ igit ſcientia iſtarum duarum eſt prior

alia

A alia, & oĩbus ſcientijs nobilitate? & quæ ſcientia eſt primo naturaliter & nota per ſe? exiſtimatur. n. q̃ vĩes propoſitiones ſunt hmõi, cum ſint principia omnium ſcientiarũ. D.d. Si igitur iſtæ propõnes nõ ſunt Philoſophi, cuius ſunt igitur? i. qm̃, ſi conſyderatio in iſtis primis propoſitionibus vniuerſalibus non fuerit Philoſophi, non videtur eſſe alicuius omnino: quod eſt *impoſſibile. Et in hoc loco accidit in translatione diminutio. & hoc, quod diminuitur, eſt perſcrutatio de quæſtione conſequẽti quæſtionẽ prædictã, ſm quòd dinumerauit ī principio iſtius tractatus, vbi dixit: Et, ſi ſcientiæ eſt conſyderatio de ſubſtantia, vtrum illa ſciẽtia, &c. i. licet dubitatio accidat in hac quæſtione ſic. qm̃ ſi ſcientia ſubſtantiæ fuerit vna, cõtingeret vt oẽs ſubſtãtiæ ſint vnius generis. & ſic erunt oẽs res generabiles & corruptibiles: qđ eſt inopinabile. exiſtimatur. n. q̃ principia corruptibilium ſunt incorruptibilia. Et, ſi ſciẽtiæ ſubſtantiæ ſint plures, contingeret vt naturæ ſubſtantiarum ſint diuerſæ. & ſi fuerint diuerſę, aut erunt conſimiles, aut nomen ſubſtantiæ dicetur de eis æquiuoce. Si igitur fuerint conſimiles, cõtinget vt ſcientiæ ſubſtantiarũ ſint ſpecies vnius ſcientiæ. & ſi fuerint non conſimiles, tũc hoc nomen ſubſtãtia dicetur æquiuoce pure. & ſi hoc fuerit, tunc ſcientiæ ſubſtantiarum non reducũtur in vnam ſcientiam: quod eſt inopinabile. Et põt intelligi, vtrũ via Logicalis, per quã cognoſcentur ſubſtantiæ, ſit vna, ſ per definitiões, aut plures. Si vna, oportet dicere, q̃ eſt illa vna: & ſi plures oportet dicere, quæ ſunt, & quot. et hoc magis apparet ſm intentionẽ quia iſta eadẽ perſcrutatione pſcrutatus eſt in libro de Aĩa, & in Poſterioribus analyticis. & iſta pſcrutatio eſt Logicalis. & pp hoc magis appropriatur huic ſciẽtiæ. Deinde poſt hoc ĩduxit multas quæſtiones, quas nõ numerauit ĩ cap. q̃ſtionũ, & incępit dicere q̃ſtionẽ, cuius initium eſt diminutum in libro ſic.

D

Rõnes Logicæ magis appropriant huic ſcĩæ q̃ alijs. Idem 1. Ph. cõ. 35

*a.l. inopinabile. Prima expoſitio.

B

Et omnino, vtrum vna oĩum ſubſtantiarum, an plures ſcientiæ ſunt. Si igitur non vna, cui⁹ ſubſtantiæ hæc ſcientia erit ponenda? Vnam autem omnium eſſe non eſt rationabile. etenim demonſtratiua vna de oĩb⁹ accidentibus eſſet. ſiquidẽ oĩs demõſtratiua ea, quæ per ſe circa aliquod ſubiectũ accidunt, ſpeculatur ex cõibus opinionibus. Circa itaq; idem genus per ſe accidentia eiuſdem eſt ſpeculari, & eiſdem opinionib⁹. Circa. n. qđ eſt vnius, & ex quibus vnius, ſiue eiuſdem, ſiue alteri⁹. vnde & accidentia aut *hæ ſpeculabuntur, aut ex his vna.

Vtrũ oĩm ſubſtãtiarũ ſit vna ſcientia.

E

*a.l. eædẽ

F

Et oĩa accidentia habent vnã ſciam ſcientiarũ demonſtrationis, cùm omnis demonſtratio ex vniuerſalibus propoſitionibus notificat accidẽtia ſingularia in aliquo ſubiecto. Manifeſtum eſt igitur, quòd ſcientia demonſtrationis notificat ex propoſitionibus vniuerſalibus accidentia ſingularia, q̃ accidunt vni generi. Quoniam, ſi ſcientia fuerit cognitio demõſtrationis,

C

Secunda expoſitio.

G *& alterius ſcientiæ eſt cognitio, ex quibus rebus eſt illud, & illa eſt ſcientia, aut demonſtrationis cognitio, aut alia, manifeſtum eſt, quoniam cognitio accidẽtium eſt, aut ſcientia demõſtrationis vniuerſalis, aut vnius modi modorum demonſtrationis.*

Apparet mihi, ꝙ iſta q̃ſtio eſt q̃ſtio dicens, vtrũ ſcientia accidentiũ exiſtentium in vnoquoq; generũ entium eſt vnius ſcientię ſcientiarũ artium ſpeculatiuarũ, aut plurium
H vna. Deinde dicit. Et omnia accidentia habent vnã ſcientiã, &c. i. & apparet, ꝙ cognitio accidẽtium eſt vnius ſcientiæ, non plurium, & eſt ſcientia conſyderans in genere, in quo exiſtunt accidẽtia. Deinde dedit cauſam in hoc, & d. cùm omnis demonſtratio, &c. i. cùm omnis demonſtratio, quæ fit de accidẽtibus, notificat accidentia ſingularia ex vniuerſalibus propõnibus, quæ exiſtunt in re ſubiecta illis accidẽtibus. Deinde dicit. Manifeſtum eſt igit, ꝙ ſcientia demonſtrationis, &c. i. & cum ita ſit, manifeſtum eſt, ꝙ ſcien-
I tia demonſtrationis non notificat ex propoſitionibus vniuerſalibus, niſi accidentia ſingularia, quæ accidunt vni generi. i. ſcientia ergo accidentium eſt vnius ſcientiæ generũ ſcientiarum. D. d. Qm̃, ſi ſcientiæ fuerit cognitio demõſtratiõis, &c. i. & quia quędã demõſtrationes dãt quia, & quædam propter quid, manifeſtum eſt, ꝙ ſcientia accidẽtium aut erit modorũ demõſtrationis vniuerſalis, aut vnius modi eorum. cognitio igitur accidentium eſt vnius ſcientiæ. Et ex hoc ſermone accidit

Documẽtum.

ſermo contradicens illi, q̃ diminuit
K In principio capituli: & eſt, ꝙ nos videmus, ꝙ quędam ſcĩæ dant de accidentibus vnius generis quia tantũ, & quædam de illis accidentibus ꝓpter quid: & ſunt ſcientiæ, quæ ſunt ſubalternantes, & ſubalternatæ, verbi gra Perſpectiua ad Geometriã, & Muſica ad Arithmeticam. Si ergo ſermo fuerit acceptus in omni ſciẽtia vniuerſaliter, erit Logicus: & ſi determinate, erit verus.

Idem. 1. Poſte.

Item, vtrum circa ſubſtãtias ſolum ſpeculatio eſt, an etiã circa accidẽtia eis. Dico aũt, vtputa ſi ſolidũ quædã ſubſtãtia eſt, ac lineæ, & plana, vtrũ eiuſdem ſcientiæ eſt iſta cognoſcere, & q̃ circa vnumquodq; genus accidũt, de qbus Mathematicæ demõſtrãt, an alterius. Si. n. eiuſdẽ, demõſtratiua quæ dã erit etiam q̃ ſubſtantiæ. non vr aũt ipſius quid eſt demr̃atio eſſe. Quòd ſi alterius, quæ erit, quæ ſpeculaẽ circa ſubſtantiã accidentia? hoc enim difficillimum reddere eſt.

Vtrũ hæc ſcĩa ſit ſolum circa ſubſtãtias.

L

Et etiam perſcrutandum eſt, vtrum ſcientiæ huius quæſitæ hic ſit conſyderatio de ſubſtantijs tantum, aut eſt eius cõſyderatio et de accidentibus contingentibus ſubſtantijs. Verbi gratia, ſi corpus eſt ſubſtantia, & lineæ, & ſuperficies, vtrũ cognitio ſubſtãtiarum, & cognitio accidẽtium, quæ accidant vnicuiq; generũ, quæ declarant ſcientia Mathematicæ, ſunt vnius ſciẽtiæ: aut cognitio accidẽ-

M

tium

A *tium eſt ſcientia alterius à ſcientia ſubſtantiæ. Quoniam, ſi cognitio eorum fuerit vnius ſcientiæ, tunc ſcientia ſubſtantiarum et erit ex ſcientijs demonſtrationis. ſed nos nō exiſtimamus quòd ſermo, in quo dicitur, quid eſt hoc, habet demonſtratione aliquam. Et, ſi ſcientia accidentium eſt alia à ſcientia ſubſtantiarum, tūc expoſitio iſtius ſermonis eſt valde difficilis.*

6 Cùm perſcrutatus eſt, vtrum cog-
B gnitio ſubſtantiarum eſt vnius ſcientiæ, aut plurium, & vtrum cognitio accidentium eſt vnius ſcientiæ aut plurium, vult etiam pſcrutari vtrū cognitio ſubſtātiarum & accidētiū eſt vnius ſcientiæ, ſ. ſcientiæ, in qua modo conſyderatur, & d. Et etiā pſcrutandum eſt, &c. i. & ſi iſta ſcientia conſyderat de ſubſtantijs, q̄ opponunt accidentibus, vtrū cum cōſyderatione de ſubſtantijs conſyderat et de accidentibus ſuis, aut ſcientia ſubſtantiarum eſt alia à ſcientia accidentium. D. dedit exemplum, ſicut diximus, ſi corpus eſt ſubſtan-
C tia, &c. i. v. g. ſi corp⁹ & ſuperficies, & lineæ ſint ſubſtantiæ, vt quidam dicunt, vtrum cognitio iſtarū rerū, & cognitio accidentium, q̄ accidūt vnicuiq; iſtorū generū, in quib⁹ cōſyderant ſcientiæ Mechanicæ, ſint vnius ſcīæ, i. vnius artis, aut p vnam viam: aut cognitio accidentiū iſtarum rerū eſt ſcientiæ alterius à ſcientia iſtarum rerum, ſ. corporum, & ſuperficierū, & linearū, quas poſuimus eſſe ſubſtantias. D. d. dubitationem contingentem, ſi poſuerimus q̄ cognitio eorum eſt vnius artis, &
C alia à principijs rerũ incorruptibiliũ, cõtingit nobis quæſtio difficilis: & eſt, vtrũ principia corruptibiliũ ſint corruptibilia, aut incorruptibilia. Manifeſtũ eſt enim, ſi principia corruptibiliũ fuerint corruptibilia, ꝙ ſunt ex alijs principijs neceſſario. qm̃ oĕ corruptũ diſſoluit' in ea, ex quibus cõponit'. Si igit' principia rerum corruptibiliũ fuerint corruptibilia, neceſſario habent principia. & accidit ex hoc impoſſe: & eſt ꝙ principia habent principia. & hoc procederet in infinitũ, & facient entia infinita eſſe in actu eſſentialr. D.d. D
Et etiã, ſi principia nõ corrumpantur, &c. i. &, ſi principia rerũ corruptibiliũ ſunt incorruptibilia, ſicut principia incorruptibilium, qua de cauſa fiũt à principijs incorruptibilibus q̃dã incorruptibilia, & quædã corruptibilia. hoc. n. aut eſt impoſſe, aut indiget maximo ſermone ī cauſam illius dandã. Et, quia d. difficultatẽ cõtingentẽ poſitioni principiorum rerũ corruptibiliũ & incorruptibiliũ eſſe diuerſa, d. Et ét nullus dixit, &c. i. & pp apparentiã impoſſibiliũ cõtingentiũ poſitioni principiorũ diuerſorũ, ſ. incorruptibiliũ E
& corruptibiliũ, ita ꝙ quædã agant corruptionẽ, & quædã permanẽtiã, ideo nullus Antiquorum dixit hoc eſſe, ſed dixerũt ꝙ principia omniũ ſunt eadem, & laborauerũt perſcrutando de q̃ſtione difficili, quã diximus. & dixit hoc vilipẽdendo dicentes duos Deos eſſe, quorũ vnus agit bonum, & alius malum.

Vilipẽdendi ſunt dicẽtes duos eſſe Deos, quoꝝ vn⁹ agit bonũ alĩ⁹ malũ.

An ens & vnum ſint rerum ſubſtantiæ. Cap. 5.

OMnium aũt & ad ſpeculandũ difficillimũ, & ad cognoſcendũ veritatem F
maxime neceſſariũ eſt: vtrum ipſum ens, & ipſum vnũ ſubſtãtiæ entiũ ſint, & nõ aliq̃d aliud vtrunq; eorũ ſit, ſed hoc vnum, illud vero ens ſit: aut oporteat quid nã ſit ipſum ens, & ipſum vnũ quærere, tanquã altera natura ſubiecta. Quidã enim illo, quidã vero hoc modo putãt natura habere. Plato nanq;, ac Pythagorici nõ eſſe aliud q̃d ipm ens, nec ipſum vnum aiebãt, ſed

hoc

G hoc eorũ naturã eſſe tanquã ſub ſtantia idem vnũ, & ens, eſſet. Qui aũt de natura tractarũt, vt Empedocles, tanquã in magis cognitũ reducens, dicit ꝙ vnũ eſt ens. videri nanꝙ poſſit dicere hoc amicitiã eſſe. cauſa enim hæc oĩbus eſt, vt vnũ ſint, Alĩ vero ignẽ, & alĩ aerem aiunt ipſum vnum, & ipſum ens eſſe, ex quo entia & eẽ & facta eſſe. Silr, & qui plura elementa ponunt. neceſſe enim & his eſt tot eſſe dicere ipſum ens, & ipſum vnum,
H quot aiũt principia eſſe. Accidit aũt, ſi quis nõ ponet eſſe aliquã ſubſtantiã ipſum vnũ, & ipſum ens, nec aliorũ vniuerſaliũ quicquã eſſe. hæc enim vltia maxime omniũ ſunt. Quòd ſi non eſt aliquid ipſum ens, & ipſum vnũ, multo minus quicquã aliorũ ſit p̃ter ea, q̃ ſingularia dicunt. Itẽ, ſi ipſum vnũ non ſit ſubſtantia, patet ꝙ neq; numer⁹ erit tanquã natura alia ſeparata ab entibus. numerus enim vnitates, vnitas vero vnũ quid eſt. Quòd ſi qd
I eſt ipſum vnũ & ipſum ens, neceſſe eſt eorũ ſubſtãtiã eſſe vnũ & ens. non enim aliquid aliud vlr prædicatur, ſed eadem ipſa. At vero ſi quid erit ipſum ens, et ipſum vnũ, magna dubitatio eſt, quonã modo aliquid aliud p̃ter hæc erit. dico aũt quomodo entia erunt plura vno. quod enim aliud ab ente eſt, non eſt. quare ſm Parmenidis rõnẽ neceſſe eſt accidere oĩa entia eſſe vnũ, & hoc eſſe ens. V troq; aũt modo difficile eſt. ſiue enĩ vnũ K
nõ ſit ſubſtãtia, ſiue ipſum vnũ ſit, impoſſe eſt numerũ eſſe ſubſtantiã. Si igitur nõ ſit, dictũ eſt prius quare. Si aũt ſit, eadẽ ac de ente dubitatio eſt. ex quo enim & præter ipſum vnũ erit aliud vnũ, neceſſe, pfecto eſt nihil eſſe. oĩa vero entia, aut vnũ, aut plura, quorũ vnũquodq; vnũ eſt. Item, ſi ipſum vnũ indiuiſibile, ſm quidẽ Zenonis poſitionem nihil vtiq; fuerit. Quod.n. neq; additũ, neq; demptũ facit aliqd
maius, id nõ eſſe entiũ aiũt, tan- L
quã ens magnitudo ſit. & ſi magnitudo corporalis: hæc nanq; omniquaq; ens. cętera vero quodammodo qdẽ addita faciẽt maius, quodãmodo vero nihil: vt ſuperficies & linea faciẽt, punctũ vero & vnitas minime. Sed, cũ ipſe moleſte ſpeculetur, ac cõtingat aliqd indiuiſibile eſſe, ſic ad illũ habeẽt aliqua rñſio. huiuſcemodi nãq; additũ nõ maius, ſed plus efficit. Sed qũo ex vno tali, aut plurib⁹ magnitudo erit: ſiue
nanq; eſt, ac ſi dicaẽt ex pũctis li- M
neã eſſe. Quòd ſi qs ita putat, vt quẽadmodũ quidam dicũt, ex ipſo vno, & alio quodã nõ vno numerus fiat, nihilomin⁹ tamẽ quærendum eſt, cur, & quomodo qñq; numerus, qñq; magnitudo erit, quod fit, ſi ipſum non vnum inæqualitas, ac eadẽ natura erat. Nec enĩ apparet, quo pacto ex vno, & iſta, neq; quo pacto ex aliquo numero, & iſta magnitudines fieri queant.

Et

A Et nos videmus, quòd difficilior iſtarum quæſtionum, & magis neceſſaria ad ſciendum veritatẽ eſt, vtrum ens & vnum ſint ſubſtantiæ entium, & vtrũ non attribuatur alij, ſed hoc eſt ens, & hoc eſt vnũ: aut oportet quærere quid eſt ens, & quid vnũ tali q̃one, quaſi alia natura eſſet eis ſubiecta. Quidam.n.hoĩes exiſtimant, quòd natura eorum eſt talis, & quidã aliter. Plato aũt & Pythagorici nõ
B finxerunt ens & vnũ eſſe aliud, ſed finxerunt quòd natura eorum hæc eſt, & ſubſtantia eorũ, vt ſint vnũ, & ens. Naturalis autem, ſicut Emp. attribuit vnũ alij manifeſtiori, & fingit quòd vnũ eſt ens. & forte dicit, quod illud vnũ eſt amicitia. & finxit, quòd hoc vnũ eſt amicitia, q̃ eſt cã, per quã oĩa ſunt vnũ. Et alij fingunt hæc, vnum & ens eſſe ignem, & alij aerẽ, ex quo facta ſunt oĩa entia.
C Et ſimiliter illi, qui finxerunt elementa eſſe plura. iſti.n.coacti ſunt ad dicendũ, quòd vnũ & ens ſignificant plura ſecundũ numerũ principiorũ, q̃ dicunt eſſe. Et, ſi aliquis finxerit, quòd vnũ & ens nõ ſunt ſubſtantiæ rei alicuius, accidit vt nihil aliorũ vniuerſalium ſit ſubſtantia alicuius rei. vnum.n.et ens ſũt vniuerſalia magis, quàm alia. Si autem vnum non fuerit exiſtẽs per ſe, ſimiliter nec ens eſt exiſtẽs per ſe, nullum.n. aliud eſt exiſtens D per ſe, niſi particularia. Et etiam, ſi vnum non fuerit ſubſtantia, manifeſtum eſt quòd non eſt numerus abſtractus a numeris, quaſi aliqua natura ſeparata ab entibus numerus.n. vnitas eſt. vnum aũt eſt aliquid exiſtens per ſe, ſolitariũ. Et, cùm aliquid ſit vnum & ens, neceſſe eſt vt ſit ſubſtantia. quoniam de eis non dicetur aliquid vniuerſale, ſed illa dicentur de ſe. Et non eſt poſſibile, ſi aliquis dixerit quòd E vnum & ens ſunt idem. multæ.n. ſunt quæſtiones difficiles cõtra illũ. quarum vna eſt, quo eſt poſſibile, vt aliquid aliud ab iſtis ſit, ſ. quo eſt poſſibile, vt generationes ſint plures vna. generatio.n.nõ eſt niſi entis. & ideo accidit vt entia ſint vnum neceſſario, ſicut dixit Parmenides, & vt iſtud vnũ ſit ens. Secundũ igitur vtrũlibet iſtorum duorũ modorum dicatur, hoc difficile eſt & graue. quoniã, ſi di F xerimus quòd vnum ſubſtãtia nõ eſt, & ſi dixerimus quòd vnũ eſt aliquid exiſtens per ſe, impoſſibile erit vt numerus ſit ſubſtantia, ſi vnum non fuerit ſubſtantia. Si autem aliquis dixerit, quòd numerus eſt ſubſtãtia, in hoc quidẽ erit quæſtio difficilis. & eſt quæſtio quærens de ente, vtrum ſit aliud ab vno, aut eſt vnum. & neceſſe eſt vt ens omne non ſit vnum. & ne-

G ceſſe eſt etiam vt ſit, quia omnia aut ſunt vnum, aut plura compoſita ex vnis. Et, etiam ſi hoc vnū eſt indiuiſibile, erit ſecundū hoc, quod Zeno opinabatur, nihil eſſe omnino. Fingit enim, quòd illud, quod non augmentatur apud additionē, neque diminuitur apud diminutionem, non eſt entium. manifeſtum eſt igitur, quòd entia ſecundū ſuū figmentum ſunt magnitudines. ſi igitur entia ſunt magnitudines,
H ſunt magnitudines corporales: quoniam magnitudo corporalis eſt ens omnibus modis. aliorum autē quædam ſunt, quæ quando componuntur, fit ex eis magnitudo: & quædam ſunt, quæ quando componuntur, non fit magnitudo, ſecundum quòd diximus. finxit.n. quòd ſuperficies & linea, quando componuntur, faciunt magnitudinem, punctus autem, & vnum non faciūt magnitudinem. Quia igitur iſte
I Zeno errat in ſuo ſermone & tenet opinionem tortuoſam, & poſſibile eſt vt aliquid ſit indiuiſibile, oportet nos reſpondere iſti ſermoni aliquantulum. & dicamus, quòd quado vni additur aliquid nō maius erit, ſed plus: & ideo non erit magnitudo. Quoniam quomodo eſt poſſibile vt magnitudo ſit ex tali vno, & ex pluribus, quæ non ſunt vnum? Et dicens hoc, eſt ſimilis dicenti lineam componi ex punctis.

Et, ſi aliquis exiſtimauerit hoc eſſe, & quòd numerus fit ex hoc vno, & ex alio, quod non eſt vnum, ſicut quidam dicunt, quæratur ab eo, quare hoc non eſt in numero in quibuſdam generibus numerus, et in quibuſdam magnitudo, ſi illud, quod non eſt vnū, eſt æquale vni, & habeat eandem naturam. Nō enim eſt manifeſtum, quomodo numeri fiunt ex vno, & ex alio, quod non eſt vnum: neque quomodo eſt poſſibile vt magnitudines ſint ex
L aliquo numerorum, & ex hoc, quod non eſt vnum. K

Et nos videmus, &c. vtrum ens, & vnum &c.i. & iſta q̄ſtio eſt vtrū ens, & vnum ſignificent ſubſtantias entium, & vnumquodq; eorum, qđ ſignificant nō attribuitur alicui alij entium, ita q̄ ſubiectum eius, quod ſignificant hæc nomina vnū & ens, non ſit aliud: aut ſi ſignificant de entibus aliqua conſtituta per aliquā alia, i. aliqua in ſubiecto. Et hoc intendebat cùm d. aut oportet quærere quid eſt ens, &c.i. q̄, cùm quæſiuerimus definitionem entis, & vnius, definiemus illa, ſm q̄ definiunt̄ res, quæ conſtituuntur per aliam naturam. D. d. Quidam.n. hoīes exiſtimant, &c.i. quidam.n. hoīes reputāt vnum, & ens ſignificare naturas exiſtentes per alias, & quidā exiſtimāt ea ſignificare naturas exiſtētes p̄ ſe. D. d. Plato aūt, & Pythagorici &c.i. Plato & Pythagorici opinati non ſunt q̄ vnum, & ens ſignificēt de entib⁹ naturas compoſitas, ſed fingūt, q̄ vtrūq; eorum ſignificet vnam in
M ten-

A tentionem,ſ.ſimplicem, nõ compoſitam,i.non vnum compoſitũ,ſicut ſignificant nomina denoĩatiua D. d.Naturalis ãt,ſicut Emp &c.i.Naturalis aũt,ſ.Emp. & alij conueniũt cum Platone,& Pythagoricis,ꝙ hęc noĩa vnum:& ens ſignificent de rebus vnas naturas & ſimplices.Sed tñ Naturales dicũt in hoc vno ſermonem manifeſtiorem,q̃ dixerunt Pythagorici & dixit hoc, quia Pythagorici dicebant,ꝙ vnum & ens, qd̃ eſt ſubſtãtia entium,eſt ipſe numerus: Plato vero dicebat ipſum eſſe formas numerales. Naturales autẽ

B poſuerunt vnum & ens eſſe elementum rerum ſenſibilium, aut ignem ſm ſermonem quorundam, aut aerem,aut aquam.Et,quia Empe.posuit cauſam ſenſibilis vnius eſſe amicitiam,& hoc eſt proprium ei inter omnes Naturales,d.& finxit,ꝙ hoc vnũ eſt amicitia,&c.i.qm̃,cùm opinatus eſt ꝙ amicitia eſt cauſa, quæ facit oĩa eſſe vnum, ideo eſt magis digna vno.quia quod eſt cauſa vnitatis,eſt vnum eſſentialiter, & primo.D.d.Et alij fingunt &c.i. & innuit per hoc illos,qui fuerunt ante

C Empe qui non poſuerunt cauſam agentem. D.d. Et ſimiliter illi,qui finxerunt elementa eſſe plura,&c.i. ꝙ qm̃ iſti etiam opinantur, ꝙ hæc noĩa vnũ & ens,quę dñr multipliciter,ſignificant de rebus numerum elementorum. Et,quia iſtis contingit dicere, ꝙ hæc nomina vnum & ens non ſignificant idem vnum, ſicut Antiqui fingebant,adeo ꝙ Parmenides propter hoc dixit, ꝙ nulla eſt multitudo oĩno,& ꝙ ens eſt ſimplex non compoſitũ,& vnum, & ꝙ non hẽt elementum,d.iſti.n.coacti ſunt ad dicendum, ꝙ vnũ & ens ſignificant.i.iſti.n. qui ponebãt vnũ & ens eſſe principia rerum,& poſuerunt principia eſſe multa, cõtingit eis dicere,ꝙ hæc nomina vnũ &ens ſignificant plures intentiones. v. g. ignem,& aerem,aquam, & terram apud opinantes ꝙ iſta elemẽta ſunt principia oĩum entiũ. Et,cùm compleuit ſermonẽ de dicẽtibus, ꝙ vnũ & ens ſignãnt ſubſtantias exiſtẽtes, ſ quarũ natura ẽ alia à natura vni⁹, incœpit dicere qõnes contingentes ẽt dicentibus,ꝙ non ſignãnt de reb⁹ ſubſtantias,& d. Et, ſi aliquis finxerit,&c.i.&,ſi aliquis finxerit, ꝙ hoc nomen vnũ ꝑdicabile de oĩbus, & E ens non ſignãnt de reb⁹ ſubſtãtias, continget vt nihil ex vĩribus ſignẽt ſubſtantias rerum: & ſic deſtruẽtur demonſtrationes, & definitiones. vnum enim & ens, ſicut dixit, magis vniuerſalia ſunt, quàm omnia alia.D.d.Si aũt vnũ non fuerit,&c. i.& ẽt ſi vnum vĩe, & ens non ſignificent ſubſtantias exiſtentes p ſe nõ erit hic vnum, quod eſt ſubſtantia rerum particularium.D.d. Et ẽt, ſi vnum non fuerit ſubſtantia, &c.i. & ẽt,ſi poſuerimus ꝙ vnum non ſignificat ſubſtantiam, ſed naturam ſenſibilem,manifeſtum eſt eſſe im- F poſſibile vnum eſſe abſtractũ exñs per ſe ſolitarium à rebus numerabilibus,ſm ꝙ poſuerunt ponentes numeros exiſtentes per ſe abſtractos à numerabilibus. Deinde dicit,& dedit cauſam in hoc exemplo,&dixit: numerus enim vnitas eſt, &c. ideſt, cauſa in hoc eſt,ꝙ numerus coacer uatio eſt vnitatum. Si igitur vnitates non ſignificant aliquod ens, tũc numerus non erit aliquid, ne dum ſit abſtractus. Deĩde incœpit dicere quæſtiones contingẽtes ponẽtibus

Vnum & ens ſunt magis vniuerſalia alijs.

Numerus eſt coacer uatio vnitatum.

oĩa deoĩatiua gñant v. ĩ cõpoſi i. vide. 1. 2. cõ. 25. ide op. 2.5. Met. 2.14.& 7 leta.c.18 ide cõt. im.

qd̃ eſt cã nitatis ẽ nũ eſſen ialiter, & rimo.

Deopĩone Parmenidis.vide.1. Phy.25.

G dici niſi in ſubſtantijs rerum naturalium. nullus. n. poteſt dicere domum eſſe vſem exiſtentem extra animam artificis aliam à domibus particularibus,& literam vniuerſalem eſſe aliã à literis particularib⁹.

Null⁹ põt fingeꝛ vniuerſale ſeparatũ in artificialibus.

Et ad hæc vtrũ vna erit omnium ſubſtantia, vtputa hominum. Sed abſurdum eſt, non. n. vnum eſſent omnia, quorũ ſubſtãtia vna, ſed multa atq; diuerſa. ſed hoc etiam inconueniens eſt. Simul autem quomodo materia vnumquodq; horum eſt,
H & eſt totum hæc ambo?

Et cum hoc perſcrutãdum eſt, vtrum ſubſtantia omnium hominũ eſt vna, aut nõ. Si.n. dixerimus quòd ſubſtantia eorum eſt vna, cõtinget inopinabile. quoniam omnia, quorum ſubſtantia eſt vna, ſunt vnum. & ſi dixerimus quòd ſubſtantiæ eorũ diuerſæ ſunt, hoc etiam erit impoſſibile. Et cum hoc quomodo poteſt eſſe ut materia ſit in aliqua hora quælibet iſtarum, cùm omne ſit vtrunq;, ſcilicet vniuerſalia & particularia.
I

13 Et perſcrutandum eſt etiã, vtrũ ſubſtantia oĩum entiũ eſt vna ſubſtãtia, aut plures. Si igit̃ vna, auferꝛ multitudo, & erit ens vnum, qd̃ eſt contra ſenſum. Et, ſi ſubſtantiæ entium fuerint plures, nihil erit ĩ ſpecie omnino, in quo cõicent duo, qd̃ eſt impoſſe. Et, ſi dixerimus q̃ nihil eſt vnũ omnino, qũo ẽ poſſe vt materia ſit in aliqua hora eadẽ cũ oĩb⁹ particularibus, in quibus exiſtit? & hoc eſt vtrunq;, ſ. materia, & qd̃ recipit materiam. Et ĩtendit ſicut diximus q̃ nihil eſt vnũ oĩno. põt.n. aliquis dicere q̃ materia inuenitur diſtincta ĩ aliqua hora ab indiuiduis, quorum eſt materia.
K

Vtrum principia ſint eadem numero, vel ſpecie. Et an corruptibilium, & incorruptibilium eadẽ ſint principia, vel ne. Cap. 4.

ITem de principĩs hoc etiam aliquis dubitabit. nam ſi ſpẽ ſunt vnũ, nihil erit numero vnũ, nec ipſum vnũ, & ipſiũ ens. Ipſumq; ſcire qũo erit, ſi non aliquod vnum in oĩb⁹ erit? At vero ſi vnũ numero, quod̃q; principiorũ vnum, & non, vt in ſenſibilibus, alia aliorũ, vtputa huius ſyllabæ cum ſpecie ſit eadẽ, ẽt principia ſpẽ eadem ſunt. etenim hæc nũero alia ſunt. Quòd ſi non ita, ſed principia entiũ numero ſunt vnum, non erit p̃ter elemẽta aliquid aliud. numero enim vnum dicere, aut ſingulare, nil differt. ita.n. ſingulare dicimus, quod vnum numero eſt: vſe vero, quod in his. quemadmodum ſi vocis elementa, eò q̃ vnũ numero eſt, determinata eſſent, neceſſe eſſet tot omnes literas eſſe, quot elementa, cum nõ eſſent duo, aut plura eadem.
L Vtrũ principia ſint eadẽ numero, vel ſpecie.
M

Et quærendum eſt etiam quæſtionem difficilem de principijs, quoniam, ſi principia ſint vnũ in forma, nihil eſt vnum in numero. neq; unum generabile. Et ſi ita ſit, & nullum vnum ſit prædicatum de omnibus rebus quomodo eſt ſciẽ

tia

A *tia,aut cognitio? Si autem omnia principia ſint vnum in numero, et non fuerint principia quorundam alia à principijs quorundam, ſicut principia rerum ſenſibilium, v.g. quòd iſta litera & alia eſt vna in forma, et principia earum ſunt vna in forma, & diuerſa in numero. Si igitur principia entium non fuerint talia, ſed vnum numero, non erit aliud ab elementis. nulla enim eſt differentia inter dicere*

B *ſermonem dicentem vnum in numero, & dicentem vnum particulare. ab vno autem particulari nõ niſi vnum particulare, quare nec ab vno numero non niſi vnum numero. dicimus. n. in omni eſſe particulare in eo, quod eſt vnum in numero: & dicimus vniuerſale de illo, quod prædicatur de iſtis particularibus. v.g. quòd ſi elemẽta vocis eſſent terminata ī numero, tũc omnes literæ eſſent ſecundum nu-*

C *merum elementorum, neq; multiplicarentur, neq; magis eſſent.*

Iſta q̃ſtio eſt dicens, vtrũ principia ſenſibilia ſunt omnia vnũ ī forma, aut vnum in numero. Et d. q̃, ſi omnia fuerint vnum ſm formã, nihil erit hoc ſm numerũ, neq; vnũ generabile erit vnum ſm numerũ: quod eſt valde inopinabile. &, cum hoc non fuerit vnũ particulare, nõ erunt multa particularia: & ſic non etit vſe: & ſic non etit ſcĩa. hoc igit̃ contingir, ſi principia fuerint vnũ ſm formam. D.d. Si aũt oĩa principia, &c.i. ſi autem vnũquodq; principium rerum ſenſibiliũ fuerit vnũ in nũero, & non fuerit quoddã vnũ ſm formã, neq; diuerſa ſm formã, ſicut eſt diſpoſitio in principijs rerũ ſenſibilium, & in rebus ipſis ſenſibilibus, & nõ fuerit illic vnum ſm formam omnino, & oĩa principia fuerint vnum ſm numerum, nihil erit aliud ab ipſis elementis. i. ſi igit̃ principia entium nõ fuerint talia, nihil erit aliud ab elementis. D.d. cãm in hoc, & d. nulla. n. eſt differentia &c.i. & hoc neceſſe eſt. quoniã vnũ numero ſynonymum eſt cum particulari: &, cùm iſta principia non fuerint niſi particularia, nõ erit vſe oĩno, ſ. forma &, cùm ita ſit, nihil erit aliud à principijs, cùm poſuerimus q̃ nihil eſt hoc aliud à particularibus, q̃m ex vno non fit compoſitum. Et, quia aliquis poteſt dicere, q̃ principia ſunt vnum in numero tm̃, & generata ex eis ſunt multa in numero, dedit inopinabile contingens ex hoc, & eſt q̃m tunc generabilia eſſent ſm numerum primorũ principiorũ, & non magis, & d. v.g. &c.i. q̃m, ſi elemẽta vocis eſſent terminata in numero, i. particulatia, tunc voces eſſent ſm numerum eorum, & non generarentur à literis plus ſuo numero.

D

Vnũ nũero ſynonymũ eſt cũ particulari.

E

F

Nihilo autem minor dubitatio & à præſentibus & à prioribus prætermiſſa eſt, vtrum eadem corruptibilium & incorruptibilium principia ſint, an diuerſa. Si enim eadem ſunt, quomodo hæc quidem incorruptibilia, hęc vero corruptibilia ſũt & propter quam cauſam? Quicunque igitur circa tẽpora Heſiodi

G ſiodi fuerunt,& cuncti Theologi,ſolum quò ad ſibi perſuaderent,curæ habuerunt, nos autẽ contempſerũt.Cùm enim principia Deos facerent, & ex Dijs fuiſſe dicerent,quæcunq; nõ guſtarunt nectar, & ambroſiam, mortalia dicunt fuiſſe. Manifeſtũ autẽ eſt, q̃ ſibi ipſis hæc nomina cognita dicẽtes,talesq; afferentes cauſas. ſupra vires noſtras dixerunt.nam.ſi voluptatis gratia ea attigerunt, nequaquã ſunt ipſius eẽ cauſa nectar,
H & ambroſia.q̃ ſi ipſius eſſe gratia,quomodo eſſent ſempiterni
Dgs cibo nõ ẽ ſempiternum. cùm alimento indigerent? Sed de his.quæ fabuloſe & ſophiſtice dicuntur,non eſt dignum accurate conſyderare. Ab illis vero,qui per demonſtrationem dicunt,petere oportet, ac interrogare,cur cùm ex eiſdẽ ſint, hæc quidem entium ſempiterna natura ſunt,hæc vero corrumpuntur?cũ aũt neq; dicant cãm, neque rationabile ſit ita ſe habere, patet q̃ nõ ſunt eorũ eadẽ prin-
I cipia neq; cauſę.Emped. nanq;, quem quis maxime ſibi ipſi putauerit conſona dicere, is quoq; idẽ paſſus eſt.ponit. n. quoddã principium corruptionis cãm, contentionem. nihilominus tñ & hæc videbitur generare, præter Deum,dicit enim.

,, Ex quibus omnia q̃ erant,quę ſunt,quæq; in poſterum erunt,
,, Ac arbores pullularunt, & viri, ac mulieres, (triti,
,, Ferę,alitesq;,& piſces ĩ aq̃ nu-

Ac Dñ longæui. K

At etiam abſque his patet.nam, ,,
ſi non ineſſet in rebus contẽtio, vnum omnia,vt ait,eſſent.cum enim conueniant, tunc extima ſtatuitur contentio.Vnde & accidit ei felicisſimum Deum minus ſapientem cæteris eſſe. non enim cognoſcit omnia elementa.contentionem nanq; nõ hẽt. Vide t. 4 Aſa. t. 25.
cognitio autem ſimilis ſimili.

Terra enim ait,terram inſpici- ,,
mus,aquam vero aqua:

Aetheræ autem æthera diuũ, ,,
ſed igne ignem manifeſtum. L

Ac amicitia amicitiam, & con ,,
tentionẽ contentione pnitioſa.
Sed vnde ſermo digreſſus eſt?
hoc eſt manifeſtum, quod accidit ei,contentionem non magis corruptionis,q̃ ipſius eſſe cauſam eſſe. ſimiliter nec amicitiã ipſius eſſe.cum enim congreget in vnum.corrumpit cætera. & ſimul ipſius trãſmutationis nullam cauſam dicit,niſi q̃d ita natura aptum eſt.ait enim.

Magna contentio in membris ,,
nutrita fuit. M

Ac ad honores aſcendit tempo ,,
re perfecto.

Quod eis cũ alternum ſit, am- ,,
plum præceſſit iuſiurandum.
Tanquam neceſſe ſit quidẽ trãſmutari,causã tñ neceſſario nullã manifeſtat. tm̃ tñ ſibi ipſi conſentanee dicit, q̃ non facit hæc quidem entium corruptibilia, hæc vero ĩcorruptibilia.ſed oĩa corruptibilia,præter elementa.
Quæ autem dicitur nunc dubi-

tatio

A tatio eſt,cur ſi omnia ex eiſdem ſunt,hæc quidem ſunt, hæc vero non.Quòd igitur non ſint eadem principia,hæc demũ dicta ſint. Quòd ſi diuerſa principia ſunt,vnaqdẽ dubitatio eſt,vtrũ incorruptibilia ẽt iſta erunt, an corruptibilia. Si.n.corruptibilia,patet q̃ neceſſe ẽ ea quoq; ex aliqb⁹ eſſe.oĩa.n.in illa, ex qbus ſunt,corrumpuntur. quare accidit principiorum alia eſſe principia priora.hoc autem impoſſibile,ſiue ſtatur, ſiue in infinitũ B progreditur. Item, ſi principia adimentur, corruptibilia quomodo erunt? Quòd ſi incorruptibilia ſunt,cur ex his quidem cùm incorruptibilia ſint,corruptibilia erunt, ex alteris vero in corruptibilia? hoc enim nõ eſt rationabile, ſed aut impoſſibile eſt,aut multis ĩdiget rationib⁹. Item nemo conatus eſt alia oſtẽdere,ſed eadem omnium principia dicũt,& quod primo dubitatum eſt,tanquam paruũ quiddam putantes,prætereunt.

a corrũ nõ in ea quibus it. Idẽ.t v. te.65. 9.ph.45

C *Et nos dimiſimus perſcrutari de quæſtione non minus difficili p̃dictis. & eſt vtrum principia corruptibilium ſint principia incorruptibilium, aut alia. Quoniam, ſi principia corruptibilium fuerint principia incorruptibiliũ, quomodo quædam erunt corruptibilia,et quædam incorruptibilia? & quare? Epicurei autem, & omnes loquentes in Diuinis laborant ratione dãdo, vt ſufficerent * animæ ſuæ tantum, non nobis. Ponunt enim principia eſſe Deos, & ex Deis: et fingunt quòd principia,quæ nõ potauerunt de ſublimatione, & non guſtauerunt de manna, & nectare,moriũtur. Manifeſtũ eſt igitur, quòd ipſi dixerũt iſta, & ſunt nota apud eos. ſed hoc, quod poſuerũt de iſtis cauſis,quoniã guſtant & potant,eſt extra rõnes noſtras. quoniam ſi receptio eorum eſt propter* D *a.Leanſ*

voluptatem,tunc nec nectar, nec E manna eſt cauſa alicuius permanẽtiæ. & ſi illa receptio eſt vt eſſentiæ eorum remaneant, q̃o erunt æterna, & indigent cibo? Et ideo non oportet perſcrutari de ſermonibus eorum, quorũ Philoſophia eſt ſimilis picturæ. Sed oportet perſcrutari, & quærere à dicentibus illud,quod dixerunt, ſecundum demonſtrationem,quare,ſi principia rerum ſunt conuenientia, accidit quòd quædam ſunt ſemper perma F nentia, & quædam corruptibilia: & non eſt neceſſe, vt iſta ſint ſic, cũ non dabunt cãm in hoc. manifeſtum eſt igitur,quòd principia entium non ſunt conuenientia. Si igitur aliquis exiſtimauerit ſe dicere aliquid ĩ hoc,cõtinget ei quod cõtigit Empedocli. Emp.n.finxit,quòd lis eſt cauſa corruptionis, & principiũ eius. & exiſtimat quòd iſta lis generat omnia præter vnum.

&

G & oĩa præter Deum facta ſunt ab hac lite. Fingit enim in ſuo ſermone manifeſtum eſſe, quòd ex lite eſt generatio omnium, quæ fuerunt, & quæ ſunt, & quæ erunt: & quòd ex ea naſcuntur arbores viri, & mulieres, & piſces, quorum nutrimentum eſt in aqua, & Dij, quorum vita eſt longiſſima, & alia. Et fingit quòd, ſi lis non eſſet in rebus, omnia eſſent vnũ. lis enim cum fuerit cum rebus, di
H ſperget eas, & non dimittet eas quieſcere. Accidit igitur ex hoc ſermone, vt Deus, qui eſt perfectus in forma, ſit minoris ſcientiæ quàm aliud, cum neſciat omnia elementa. quia lis non eſt in eo, et ſimile cognoſcitur per ſimile. Verbi gratia, terra per terram, & aqua per aquam, et amicitia per amicitiam, & lis per litem. Manifeſtum eſt igitur quòd accidit ex ſuo ſermone, vt lis ſit cauſa
I corruptionis, non cauſa generationis. et ſecundum hunc modum accidit, vt amicitia non ſit cauſa generationis. quoniam, cũ congregata fuerint aliqua in vnum, corrũpentur alia. & cum hoc Emped. non narrauit, quæ eſt cauſa tranſmutationis rerum, ſed finxit quòd natura earum eſt ita. & finxit quòd cũ lis, quæ eſt maxima, fuerit interfuſa in membris, & admixta in eis erunt generata, erit generans in fine temporis illud, K
quod tranſmutatur, & tranſmutat res, & abſtrahit eas à termino. Et ſecundum hunc ſermonem apparet quòd tranſmutẽtur res neceſſario. neq; narrauit quæ eſt cauſa huiuſmodi neceſsitatis, ſed tantũ dicit hunc modum ſermonis, quaſi eſſet manifeſtus. & non fingit quòd quædã entia corrumpuntur, & quædã non corrũpuntur, ſed fingit quòd omnia en
tia ſunt corruptibilia præter ele- L
menta. Noſtra autem perſcrutatio, & quæſtio difficilis eſt, quare quædam corrumpuntur, et quædam non, ſi ſint ex eiſdem principijs. Et hoc, quod diximus, ſufficit in hoc, quòd principia rerum non ſunt eadem. Si autem principia ſunt diuerſa, contingit etiam quæſtio difficilis, vtrum iſta principia corrumpantur, aut nõ. Manifeſtum eſt igitur, ſi corrumpan
tur, quòd ſunt ex alijs neceſſario. M
omnia. n. corrupta vadunt ad ea, ex quibus ſunt. & ſic accidit vt principia habeant alia principia: quod eſt impoſsibile. hoc. n. procedit in infinitum. Et etiam, ſi principia corrumpantur, & confundantur, quomodo erit generatio rerum corruptibilium? Et etiam ſi principia non corrumpuntur, quomodo ex quibuſdam principijs non corruptibilibus fiunt corruptibi-

lia,

A *lia, & ex quibuſdam incorruptibilia. hoc enim non eſt rectum: ſed aut impoßibile eſt hoc eſſe, aut indiget multo ſermone ad confirmandum hoc. Et etiam nullus dixit, quòd principia ſunt diuerſa, ſed omnes finxerunt, quòd principia omnium ſunt eadem, & voluerunt perſcrutari de prædicta quæſtione, vt illi, qui perſcrutati ſunt de hac quæſtione.*

15 B Iſta quęſtio fit ponendo eſſe aliqua hic æterna, & aliqua corruptibilia, & vtraque habere principia. Et d. Qm̃, ſi principia rerũ corruptibilium, &c. i. ſi enim dixerimus, ꝙ principia rerum incorruptibiliũ & corruptibilium ſunt eadem, qũo ex eiſdem principijs fiunt corruptibilia & incorruptibilia? & cauſa in æternitate & corruptiõe ſunt principia? D.d. Epicurei aũt, & oẽs loquentes in Diuinis, &c. & intendit ꝑ loquentes in Diuinis loquẽtes ſermonem extra intellectũ hominis. & ideo dixit, ꝙ iſti in ſermone ſuo ſufficiunt ſibi, non nobis: quia ipſi C intelligunt per Apologos, aliquas intentiones, per quas ſunt contenti. D.d. Ponũt. n. principia eſſe Deos, & ex Deis. ideſt ponunt. n. principia eiuſdem naturæ, & faciunt ea diuina, & eſt natura rerum ingenerabilium: & faciunt Deos corruptibiles ex incorruptibilibus. D.d. cãm eorũ in hoc, & d. & fingunt ꝙ principia, quæ non potant, &c. i. dicũt ꝙ Dij, qui potant aquam de tali loco noto, & guſtant de tali, ſunt immortales: & Dij, qui non guſtant, ſunt mortales. D.d. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ ipſi dixerunt iſta, &c. i. & diximus, ꝙ ſollicitudo eorum fuit, vt ſufficerent ſibi: ꝙa dixerunt iſta, & ipſi intelligunt intentiones, quas ipſi apologizauerunt in hoc. D.d. ſed hoc, quod poſuerũt de iſtis cauſis, &c. i. & hoc, quod poſuerunt de differentia inter corruptibile & incorruptibile, eſt extra intellectum hoĩs. qm̃, ſi potant aquam de illo loco, & recipiũt cibũ ab illo loco alio ꝓp delectationem, tunc delectatio, ſm ꝙ eſt delectatio, non eſt cã permanentiæ alicuius rei. Deinde dicit: qm̃, ſi receptio, &c. ideſt, & ſi accipiunt potum ab illo loco, & cibum ab alio, vt non moriantur, mirum eſt quomodo qui indiget cibo & potu remaneat in æternum. cibus enim, & potus non ſunt neceſſarij, niſi vt reſtaurent corruptum. qũo igitur remanet ęternum illud, quod eſt innatũ corrumpi? Et, ꝙa iſte ſermo nõ eſt dignus vt perſcrutetur de eo in ſcientijs, d. Et iõ non opꝫ perſcrutari, &c. D.d. Sed oportet perſcrutari, &c. ideſt, ſed oportet quærere de hoc ab eis, qui dicũt illud, quod dicunt, ſm demonſtrationẽ, ſ. quomodo oĩa fiunt ex eiſdem principijs in natura, & quędã ꝑ ſunt æterna, & quædam corruptibilia, cùm cauſa permanentię & nõ permanentiæ nihil aliud ſit niſi natura illius, quod eſt cauſa. Deinde dicit: manifeſtũ eſt igitur, ꝙ principia entium non ſunt conuenientia, ideſt, manifeſtũ eſt igitur, quoniam cùm principia rerum corruptibilium fuerint per ſuam naturam, & permanentia rerum ęternarum ſint etiam per ſuam naturam, & natura eorum non eſt niſi cauſę, ex quibus componuntur, manifeſtum

D

Delectatio, ſẽdm ꝙ eſt delectatio, nõ é cã ꝓmanentiæ alicuius rei.

E

Cibꝰ, & ꝓtꝰ nõ ſunt neceſſarij, niſi vt reſtaurent corruptũ.

ꝑ

G ſtum eſt ꝙ cauſæ generabilium & corruptibiliū aliq ſunt à cauſis æternorum. D.d. Si igitur aliquis exiſti mauerit ſe dicere, &c.i. & ideo, ſi aliquis voluerit dare rōnē in hoc, contingeret ei quæſtio ſimilis contingenti Empedocli. Empe.n. dixit i hoc, ꝙ lis eſt cā corruptionis, & ꝙ amicitia eſt cauſa generationis: & ꝙ entium quædā ſunt facta ex quatuor elementis, & lite & amicitia, & ſunt generabilia & corruptibilia: & quędam ſunt facta ex quatuor elementis, & amicitia ſine lite. & hoc eſt cœlū, qđ eſt Deus apud ipſum. Et, cū
H narrauit ſermonem Emped. induxit ſermonem eius, ne aliquis fingat ꝙ diminutus erat Ariſt. in illo, & d. Fingit.n. in ſuo ſermone eſſe manifeſtum. &c.i. quoniam Empedo in hoc, ꝙ ponit litem cām corruptionis, contradicit ſibi in hoc, ꝙ ponit eam neceſſariā in generatione omnium generabilium. Deinde induxit cauſam, propter quam ponebat litem eſſe neceſſariam in oībus generabilibus, & d. Et fingit, ꝙ ſi lis non eſſet, &c i. & Emped. opinabatur ꝙ amicitia, qū dominatur, facit entia eſſe vnum: & ideo lis eſt ne-
I ceſſaria in multiplicando & diſpargendo, & amicitia in adunando. D. dedit inopinabile contingens ex illis, & d Accidit igitur ex hoc ſermone, vt Deus &c.i. & contingit Empedocli in hac opinione, vt Deus ſit minoris ſcientiæ alijs. Scientia.n. apud ipſum, & alios Antiquos ſit p ſimile. Dicunt.n. ꝙ terra cognoſcitur per terrā, q̄ eſt in nobis, & aqua per aquā, & amicitia per amicitiā, & lis p litē: ſed in Deo non eſt lis: ergo nō cognoſcit litē, neq; qđ fit ex ea: ergo eſt minoris ſcīæ oībus enti bus. D.d. Manifeſtū eſt igitur ꝙ ac- K
cidit ex ſuo ſermone, &c.i cōtingit igitur ex ſermone Empe. dicētis ꝙ lis eſt cā corruptionis, vt lis ſit cauſa corruptionis, ipſa & amicitia. D. dedit cauſam pp quam accidit, vt amicitia ſit cā corruptiōis, & d. q̄n, cū cōgregata fuerint aliqua in vnū, corrūpent alia. D.d. & cū hoc Emped. non narrauit, &c.i. & cū hoc, ꝙ iſte hō ponit cauſas mouētes, tn nō pōt dare nobis cauſas generationis & corruptiōis. Qrit.n. ab eo qua re amicitia agit i aliqua hora, & lis in alia tūc.n. cogit ad dicendū ſer-
monē negantiū cām agentē, q̄ di- L
cunt, ꝙ natura entiū q̄rit de neceſſitate generationē & corruptionē. Deinde induxit ſermonē eius, ex quo contingit hoc, & d. & finxit, ꝙ cùm lis maxima, &c. ideſt & iſte homo in rei veritate nullā cauſam dedit in generatiōe. D. enim quòd, cùm lis maxima impoſita eſt i mēbris animalium, tūc membra eius fuerunt generata: quia diſtinguit vnum congregatum, deinde in fine temporis venient oīa ad corruptionē propter litem. Sed m igitur hunc ſermonē cōtingit vt res gene-
rentur p ſe, & corrumpantur per ſe. M
& ſic nihil prodeſt ponere hāc cām mouentē in generatione & corruptione, ſed erunt ſicut illi, qui non ponūt in generatiōe, neq; in corruptione cauſam mouētem omnino, & ſunt dicentes materiam. Deinde dicit neque narrauit, quæ eſt cauſa huiuſmodi neceſſitatis, &c. ideſt & ſecundum hoc, ſermo eius erit imperfectior ſermone dicentium neceſſitatem eſſe. Illi enim dicunt neceſſitatem, & dant cauſam neceſſitatis, & eſt materia: iſte aūt nullam

cauſam

A cauſam dedit, quaſi cauſa neceſſitatis eſſet manifeſta p ſe. D.d & non fingit, ꝙ quædã entia corrumpuntur &c. t.& nõ eſt opinio Empedo. ꝙ quædã entia ſunt corruptibilia,& quædã nõ,ſed opinat ꝙ oĩa corrumpunt præter elementa. & dixit hoc, quia quæſtio,de qua loquebat,non accidit niſi ponẽtibus duos modos entiũ,ſ. corruptibilẽ & incorruptibilẽ:& cauſę eorũ ſunt eędẽ. Et,cũ declarauit, ꝙ iſta q̃ſtio nõ cõtingit Empedo.niſi inquantũ ponit principiũ primũ incorruptibile,quia in eo nõ eſt lis longo tpe, nõ incorruptibile ſimplr, reuerſus eſt ad quæſtionẽ p̃dictã,& d. Noſtra aũt pſcrutatio,&c. i.& cũ ſermo eduxit nos à quæſtione intẽta pp hoc,q̃ accidit ex verbis cum Empedocle,reuertamur modo ad quæſtionẽ noſtrã,ſ. quare quædã entia ſunt corruptibilia,& quædã nõ, cũ habeant eadem principia. & qd diximus de impoſſibilibus cõtingẽtibus huic poſitioni ſufficit. D.incœpit dicere impoſſia cõtingẽtia ſermoni cõtradicenti,ſ. ſi principia fuerint diuerſa, & d. Si aũt principia,&c. i.& ſi poſuerimus ꝙ principia rerũ corruptibiliũ ſunt C alia à principijs rerũ incorruptibiliũ,cõtingit nobis quæſtio difficilis: & eſt, vtrũ principia corruptibiliũ ſint corruptibilia,aut incorruptibilia. Manifeſtũ eſt enim, ſi principia corruptibiliũ fuerint corruptibilia, ꝙ ſunt ex alijs principijs neceſſario. qm̃ oẽ corruptũ diſſoluit in ea, ex quibus cõponit. Si igit principia rerum corruptibiliũ fuerint corruptibilia,neceſſario habent principia.& accidit ex hoc impoſſe:& eſt ꝙ principia habent principia.& hoc procederet in infinitũ,& facient entia infinita eſſe in actu eſſentialr. D.d. D Et etiã, ſi principia nõ corrumpantur,&c.i. &,ſi principia rerũ corruptibiliũ ſunt incorruptibilia, ſicut principia incorruptibilium, qua de cauſa fiũt à principijs incorruptibilibus q̃dã incorruptibilia, & quædã corruptibilia.hoc.n.aut eſt impoſſe, aut indiget maximo ſermone ī cauſam illius dandã. Et,quia d.difficultatẽ cõtingentẽ poſitioni principiorum rerũ corruptibiliũ & incorruptibiliũ eſſe diuerſa,d. Et ét nullus dixit,&c.i.& pp apparentiã impoſſibiliũ cõtingentiũ poſitioni principiorũ diuerſorũ, ſ. incorruptibiliũ E & corruptibiliũ,ita ꝙ quædã agant corruptionẽ,& quædã permanẽtiã, ideo nullus Antiquorum dixit hoc eſſe,ſed dixerũt ꝙ principia omniũ ſunt eadem,& laborauerũt perſcrutando de q̃ſtione difficili, quã diximus. & dixit hoc vilipẽdendo dicentes duos Deoseſſe, quorũ vnus agit bonum,& alius malum.

Vilipẽdendi ſunt dicẽtes duos eſſe Deos, quorũ vnus agit bonũ alius malũ.

An ens & vnum ſint rerum ſubſtantiæ. Cap. 5.

OMnium aũt & ad ſpeculandũ difficillimũ, & ad cognoſcendã veritatem F maxime neceſſariũ eſt: vtrum ipſum ens, & ipſum vnũ ſubſtãtiæ entiũ ſint, & nõ aliq̃d aliud vtrunq; eorũ ſit,ſed hoc vnum, illud vero ens ſit: aut oporteat quid nã ſit ipſum ens, & ipſum vnũ quærere,tanquã altera natura ſubiecta. Quidã enim illo, quidã vero hoc modo putãt natura habere. Plato nanq;,ac Pythagorici nõ eſſe aliud qd ipm ens,nec ipſum vnum aiebãt,ſed

hoc

ẽ corruptũ diſſoluit in ea, x quibus ponit.

G hoc eorũ naturã eſſe tanquã ſub ſtantia idem vnũ, & ens, eſſet. Qui aũt de natura tractarũt, vt Empedocles, tanquã in magis cognitũ reducens, dicit ꝙ vnũ eſt ens. videri nanꝙ poſſit dicere hoc amicitiã eſſe. cauſa enim hæc oĩbus eſt, vt vnũ ſint, Alĩ vero ignẽ, & alĩ aerem aiunt ipſum vnum, & ipſum ens eſſe, ex quo entia & eẽ & facta eſſe. Silr, & qui plura elementa ponunt. neceſſe enim & his eſt tot eſſe dicere ipſum ens, & ipſum vnum,
H quot aiũt principia eſſe. Accidit aũt, ſi quis nõ ponet eſſe aliquã ſubſtantiã ipſum vnũ, & ipſum ens, nec aliorũ vniuerſaliũ quicquã eſſe. hæc enim vltima maxime omniũ ſunt. Quòd ſi non eſt aliquid ipſum ens, & ipſum vnũ, multo minus quicquã aliorũ ſit p̃ter ea, q̃ ſingularia dicunt. Itẽ, ſi ipſum vnũ non ſit ſubſtantia, patet ꝙ nec numer⁹ erit tanquã natura alia ſeparata ab entibus. numerus enim vnitates, vnitas vero vnũ quid eſt. Quòd ſi qd
I eſt ipſum vnũ & ipſum ens, neceſſe eſt eorũ ſubſtãtiã eſſe vnũ & ens. non enim aliquid aliud vltr prædicatur, ſed eadem ipſa. At vero ſi quid erit ipſum ens, et ipſum vnũ, magna dubitatio eſt, quonã modo aliquid aliud p̃ter hæc erit. dico aũt quomodo entia erunt plura vno. quod enim aliud ab ente eſt, non eſt. quare ſm Parmenidis rõnẽ neceſſe eſt accidere oĩa entia eſſe vnũ, & hoc eſſe ens. Vtroꝙ aũt modo difficile eſt. ſiue enĩ vnũ K
nõ ſit ſubſtãtia, ſiue ipſum vnũ ſit, impoſſe eſt numerũ eſſe ſubſtantiã. Si igitur nõ ſit, dictũ eſt prius quare. Si aũt ſit, eadẽ ac de ente dubitatio eſt. ex quo enim & præter ipſum vnũ erit aliud vnũ, neceſſe, pfecto eſt nihil eſſe. oĩa vero entia, aut vnũ, aut plura, quorũ vnũquodꝙ vnũ eſt. Item, ſi ipſum vnũ indiuiſibile, ſm quidẽ Zenonis poſitionem nihil vtiꝙ fuerit. Quod.n. neꝙ additũ, neꝙ demptũ facit aliqd maius, id nõ eſſe entiũ aiũt, tan- L
quã ens magnitudo ſit. & ſi magnitudo corporalis: hæc nanꝙ omniquaꝙ ens. cętera vero quodammodo q̃dẽ addita faciẽt maius, quodãmodo vero nihil: vt ſuperficies & linea faciẽt, punctũ vero & vnitas minime. Sed, cũ ipſe moleſte ſpeculetur, ac cõtingat aliqd indiuiſibile eſſe, ſic ad illũ habeẽt aliqua rñſio. huiuſcemodi nãꝙ additũ nõ maius, ſed plus efficit. Sed qũo ex vno tali, aut plurib⁹ magnitudo erit: ſiltr
M nanꝙ eſt, ac ſi dicaẽt ex pũctis lineã eſſe. Quòd ſi qs ita putat, vt quẽadmodũ quidam dicũt, ex ipſo vno, & alio quodã nõ vno numerus fiat, nihilomin⁹ tamẽ quærendum eſt, cur, & quomodo qñꝙ numerus, qñꝙ magnitudo erit, quod fit, ſi ipſum non vnum inæqualitas, ac eadẽ natura erat. Nec enĩ apparet, quo pacto ex vno, & iſta, neꝙ quo pacto ex aliquo numero, & iſta magnitudines fieri queant.

Et

A Et nos videmus, quòd difficilior iſtarum quæſtionum, & magis neceſſaria ad ſciendum veritatẽ eſt, vtrum ens & vnum ſint ſubſtantiæ entium, & vtrũ non attribuatur alij, ſed hoc eſt ens, & hoc eſt vnũ: aut oportet quærere quid eſt ens, & quid vnũ tali cõne, quaſi alia natura eſſet eis ſubiecta. Quidam.n. hoies exiſtimant, quòd natura eorum eſt talis, & quidã aliter. Plato aũt & Pythagorici nõ
B finxerunt ens & vnũ eſſe aliud, ſed finxerunt quòd natura eorum hæc eſt, & ſubſtantia eorũ, vt ſint vnũ, & ens. Naturalis autem, ſicut Emp. attribuit vnũ alij manifeſtiori, & fingit quòd vnũ eſt ens. & forte dicit, quòd illud vnũ eſt amicitia. & finxit, quòd hoc vnũ eſt amicitia, q̃ eſt cã, per quã oĩa ſunt vnũ. Et alij fingunt hæc, vnum & ens eſſe ignem, & alij aerẽ, ex quo facta ſunt oĩa entia.
C Et ſimiliter illi, qui finxerunt elementa eſſe plura. iſti.n. coacti ſunt ad dicendũ, quòd vnũ & ens ſignificant plura ſecundũ numerũ principiorũ, q̃ dicunt eſſe. Et, ſi aliquis finxerit, quòd vnũ & ens nõ ſunt ſubſtantiæ rei alicuius, accidit vt nihil aliorũ vniuerſalium ſit ſubſtantia alicuius rei. vnum.n. et ens ſũt vniuerſalia magis, quàm alia. Si autem vnum non fuerit exiſtẽs per ſe, ſimiliter neq; ens eſt exiſtẽs per ſe, nullum.n. aliud eſt exiſtens D
per ſe, niſi particularia. Et etiam, ſi vnum non fuerit ſubſtantia, manifeſtum eſt quòd non eſt numerus abſtractus à numeris, quaſi aliqua natura ſeparata ab entibus numerus.n. vnitas eſt. vnum aũt eſt aliquid exiſtens per ſe, ſolitariũ. Et, cùm aliquid ſit vnum & ens, neceſſe eſt vt ſit ſubſtantia. quoniam de eis non dicetur aliquid vniuerſale, ſed illa dicentur de ſe. Et non
E eſt poſsibile, ſi aliquis dixerit quòd vnum & ens ſunt idem. multa.n. ſunt quæſtiones difficiles cõtra illũ. quarum vna eſt, quo eſt poſsibile, vt aliquid aliud ab iſtis ſit, ſ. quo eſt poſsibile, vt generationes ſint plures vna. generatio.n. nõ eſt niſi entis. & ideo accidit vt entia ſint vnum neceſſario, ſicut dixit Parmenides, & vt iſtud vnũ ſit ens. Secundũ igitur vtrũlibet iſtorum duorũ modorum dicatur, hoc
F difficile eſt & graue. quoniã, ſi dixerimus quòd vnum ſubſtãtia nõ eſt, & ſi dixerimus quòd vnũ eſt aliquid exiſtens per ſe, impoſsibile erit vt numerus ſit ſubſtantia, ſi vnum non fuerit ſubſtantia. Si autem aliquis dixerit, quòd numerus eſt ſubſtãtia, in hoc quidẽ erit quæſtio difficilis. & eſt quæſtio quærens de ente, vtrum ſit aliud ab vno, aut eſt vnum. & neceſſe eſt vt ens omne non ſit vnum. & ne-

G ceſſe eſt etiam vt ſit, quia omnia aut ſunt vnum, aut plura compoſita ex vnis. Et, etiam ſi hoc vnū eſt indiuiſibile, erit ſecundū hoc, quod Zeno opinabatur, nihil eſſe omnino. Fingit enim, quòd illud, quod non augmentatur apud additionē, neque diminuitur apud diminutionem, non eſt entium. manifeſtum eſt igitur, quòd entia ſecundū ſuū figmentum ſunt magnitudines. ſi igitur entia ſunt magnitudines,
H ſunt magnitudines corporales: quoniam magnitudo corporalis eſt ens omnibus modis. aliorum autē quædam ſunt, quæ quando componuntur, fit ex eis magnitudo: & quædam ſunt, quæ quando componuntur, non fit magnitudo, ſecundum quòd diximus. finxit.n. quòd ſuperficies & linea, quando componuntur, faciunt magnitudinem, punctus autem, & vnum non faciūt magnitudinem. Quia igitur iſte
I Zeno errat in ſuo ſermone & tenet opinionem tortuoſam, & poſſibile eſt vt aliquid ſit indiuiſibile, oportet nos reſpondere iſti ſermoni aliquantulum. & dicamus, quòd quado vni additur aliquid nō magis erit, ſed plus: & ideo non erit magnitudo. Quoniam quomodo eſt poſſibile vt magnitudo ſit ex tali vno, & ex pluribus, quæ non ſunt vnum? Et dicens hoc, eſt ſimilis dicenti lineam componi ex punctis. Et, ſi aliquis exiſtimauerit hoc eſſe, & quòd numerus ſit ex hoc vno, & ex alio, quod non eſt vnum, ſicut quidam dicunt, quæratur ab eo, quare hoc non eſt in numero in quibuſdam generibus numerus, et in quibuſdam magnitudo, ſi illud, quod non eſt vnū, eſt æquale vni, & habeat eandem naturam. Nō enim eſt manifeſtum, quomodo numeri fiunt ex vno, & ex alio, quod non eſt vnum: neque quomodo eſt poſſibile vt magnitudines ſint ex
L aliquo numerorum, & ex hoc, quod non eſt vnum.

K

Et nos videmus, &c. vtrum ens, & vnum &c.i. & iſta q̄ſtio eſt vtrū ens, & vnum ſignificent ſubſtantias entium, & vnumquodq; eorum, qđ ſignificant nō attribuitur alicui alij entium, ita q̄ ſubiectum eius, quod ſignificant hæc nomina vnū & ens, non ſit aliud: aut ſi ſignificant de entibus aliqua conſtituta per aliquā alia, i. aliqua in ſubiecto. Et hoc intendebat cùm d. aut oportet quærere quid eſt ens, &c. i. q̄, cùm quæſiuerimus definitionem entis, & vnius, definiemus illa, ſm q̄ definiunt res, quæ conſtituuntur per aliam naturam. D'd. Quidam.n. hoīes exiſtimant, &c. i. quidam.n. hoīes reputāt vnum, & ens ſignificare naturas exiſtentes per alias, & quidā exiſtimāt ea ſignificare naturas exiſtētes p ſe. D.d. Plato aūt, & Pythagorici &c. i. Plato & Pythagorici opinati non ſunt q̄ vnum, & ens ſignificēt de entib⁹ naturas compoſitas, ſed fingū, q̄ vtrūq; eorum ſignificet vnam in

M

ten-

A tentionem,ſ.ſimplicem, nõ compoſitam,i.non vnum compoſitũ,ſicut ſignificant nomina denoĩatiua D. d.Naturalis ãt,ſicut Emp &c.i.Naturalis aũt,ſ.Emp. & alij conueniũt cum Platone,& Pythagoricis,ꝙ hęc noĩa vnum:& ens ſignificent de rebus vnas naturas &ſimplices.Sed tñ Naturales dicũt in hoc vno ſermonem manifeſtiorem,q̃ dixerunt Pythagorici & dixit hoc , quia Pythagorici dicebant,ꝙ vnum & ens, qđ eſt ſubſtãtia entium,eſt ipſe numerus: Plato vero dicebat ipſum eſſe formas numerales . Naturales autẽ

B poſuerunt vnum & ens eſſe elementum rerum ſenſibilium , aut ignem ſm ſermonem quorundam, aut aerem,aut aquam. Et,quia Empe ponit cauſam ſenſibilis vnius eſſe amicitiam,& hoc eſt proprium ei inter omnes Naturales,d.& finxit,ꝙ hoc vnũ eſt amicitia,&c.i.qñ,cùm opinatus eſt ꝙ amicitia eſt cauſa , quæ facit oĩa eſſe vnum , ideo eſt magis digna vno.quia quod eſt cauſa vnitatis,eſt vnum eſſentialiter , & primo. D.d. Et alij fingunt &c. i. & innuit per hoc illos,qui fuerunt ante Empe. qui non poſuerunt cauſam

C agentem. D.d. Et ſimiliter illi,qui finxerunt elementa eſſe plura,&c.i. ꝙ qñ iſti etiam opinantur , ꝙ hæc noĩa vnũ & ens,quę dñr multipliciter,ſignificant de rebus numerum elementorum. Et,quia iſtis contingit dicere , ꝙ hæc nomina vnum & ens non ſignificant idem vnum, ſicut Antiqui fingebant,adeo ꝙ Parmenides propter hoc dixit, ꝙ nulla eſt multitudo oĩno,& ꝙ ens eſt ſimplex non compoſitũ,& vnum, & ꝙ non hẽt elementum,d.iſti.n.coacti ſunt ad dicendum , ꝙ vnũ & ens ſignificant.i.iſti.n. qui ponebãt vnũ & ens eſſe principia rerum,& poſuerunt principia eſſe multa , cõtingit eis dicere, ꝙ hæc nomina vnũ &ens ſignificant plures intentiones. v. g. ignem,& aerem,aquam , & terram apud opinantes ꝙ iſta elemẽta ſunt principia oĩum entiũ. Et,cùm compleuit ſermonẽ de dicẽtibus, ꝙ vnũ & ens ſignãnt ſubſtantias exiſtẽtes, ſ quarũ natura ẽ alia à natura vni⁹, incœpit dicere qõnes contingentes ẽt dicentibus,ꝙ non ſignãnt de reb⁹ ſubſtantias,& d. Et, ſi aliquis finxerit,&c.i.&,ſi aliquis finxerit , ꝙ hoc

D nomen vnũ ꝑdicabile de oĩbus, & ens non ſignãnt de reb⁹ ſubſtãtias, continget vt nihil ex vĩbus ſignẽt ſubſtantias rerum: & ſic deſtruẽtur demonſtrationes , & definitiones. vnum enim & ens , ſicut dixit, magis vniuerſalia ſunt, quàm omnia alia. D.d .Si aũt vnũ non fuerit,&c. i.& ẽt ſi vnum vĩe, & ens non ſignificent ſubſtantias exiſtentes p ſe nõ erit hic vnum , quod eſt ſubſtantia rerum particularium. D.d. Et ẽt , ſi vnum non fuerit ſubſtantia , &c.i. & ẽt,ſi poſuerimus ꝙ vnum non ſignificat ſubſtantiam , ſed naturam

E ſenſibilem,manifeſtum eſt eſſe impoſſibile vnum eſſe abſtractũ exñs per ſe ſolitarium à rebus numerabilibus ſm ꝙ poſuerunt ponentes numeros exiſtentes per ſe abſtractos à numerabilibus. Deinde dicit,& dedit cauſam in hoc exemplo,&dixit: numerus enim vnitas eſt, &c. ideſt, cauſa in hoc eſt,ꝙ numerus coacer uatio eſt vnitatum . Si igitur vnitates non ſignificant aliquod ens, tũc numerus non erit aliquid , ne dum ſit abſtractus. Deĩde incœpit dicere quæſtiones contingẽtes ponẽtibus

F vnum

Noia deoĩatiua ſignant vnũ cõpoſi. vide. 1. 2. cõ. 25. ide op. 25. Met. cõ. 14. & 7 leta. c. 18 ide cõt. im.

Vnum & ens ſunt magis vniuerſalia aliis.

Numerus eſt coacer uatio vnitatum.

Ad eſt cãſa vnitatis ẽ vnũ eſſen ialiter, & imo.

Oppoſione armenidis. vide. 1. liy. 25.

G vnum ſubſtantiale eſſe ſignificans intentionē vlem,& d.vnum autem eſt aliquid exiſtens per ſe.i.vnū aūt intelligitur,ꝙ eſt intentio exiſtens per ſe,non habens ſubiectum,neq; ſitum.eſt igit vna ſubſtantia,i.particularis.D.d.Et,cū aliquid ſit vnū, & ens,&c.i.& cum hoc nomen vnū & ens ſignificant vnā intentionem numero,neceſſe eſt,vt ens & vnum ſignificent vnam ſubſtantiam particularem in numero.D.d.qñ de eis non dicetur,&c.i.& cùm vnū & ens fuerint ſubſtantiæ,& nullum habēt vſe ſubſtantialiter, quod prædicet
H de eis ſm quid,ē manifeſtū,ꝙ vnū & ens ſignificant vnam ſubſtantiā numero.D.d.Et non eſt poſſibile,ſi aliquis dixerit,&c.i. & impoſſe eſt dicere,ꝙ vnum,& ens ſignificant ſubſtantiā vnā numero.dicentibus.n. hoc contingunt quæſtiones graues ad diſſoluendum qñ, ſi vnū & ens ſignificatent ſubſtantiā vnam numero, qūo erunt res generabiles in ſubſtātia?generabile.n. aliud eſt ab ente vno.& ſic vnum erit duo, aut plᵒ.qñ generationes non ſunt, niſi in ſubſtantijs,non in accidentibus. Et intendebat ꝙ, ſi eſſet in accidenI tibus,non contingeret eis,vt ens eēt vnum.ens.n. nō dr apud eos niſi de ſubſtantia. D.d. ſm igitur vtrumlibet iſtorum modorū,&c.i. & cùm dixerimᵒ,ꝙ ſignificat vnum numero,ſ.non plura, ſm igitur vtrūlibet iſtorum modorū fuerit dictū, erit difficile,ſ.ſiue fuerit dictum ꝙ ſignificat ſubſtantiam, aut non ſubſtantiam. Qñ,ſi fuerit dictum de ſubſtantia, auferetur multitudo.&, ſi non de ſubſtantia, auferentur vnitates, q̄ ſunt ſubſtantiæ: & erit impoſſibile numerum eſſe ſubſtantiā ſm opinionem dicentiū hoc.& fuit K contentus in hac contradictione in poſitione opinantium, ꝙ numerus eſt ſubſtantia. quia licet dicens hoc non opinetur ꝙ numerᵒ eſt ſubſtātia,tñ contingit ei vt non inueniat vnum,quod ſit ſubſtātia,neq; aliud in ſubſtantia omnino:quod eſt contrarium ſenſui. Et,ſi poſitum fuerit numerum eſſe ſubſtantiam,& ens, continget eadem quæſtio, ꝑ quam dixerunt, ꝙ vnum ſignificat vnam intentionem numero:& eſt vt nulla multitudo ſit oīno. qñ hoc nomē ens aut ſignificat vnum numero,aut multitudinem.ſi igitur ſigni L ficat vnū nūero,ens erit vnū in nūero:& ē ſermo Parmenidis: & ſi multitudinem,tunc erit multum:quod eſt impoſſibile. omne enim aut eſt vnum,aut plura. Et hoc intēdebat, cùm d.Si autē aliquis dixerit,ꝙ numerus eſt ſubſtantia, &c.& iſtæ oēs quæſtiones contingunt Antiquis, quia non intellexerunt de hoc noīe vnum, niſi vnam intētionem dictā vniuocē:&Parmenides intelligebat per hoc ipſum eſſe vnum particulare,& iſtæ quæſtiones diſſoluunt ꝑ hoc,ꝙ hæc noīa vnum,& ens dicuntur multipliciter,ſm ꝙ Ariſt.contra M dixit Parmenidi in Primo Phyſico. Et,quia quidam eorum ēt deſtruxerunt vnum eſſe,incœpit loqui contra illos,& dixit: Et etiā,ſi hoc vnū, &c.i.ꝙ iſte homo,ſ. Zeno dicebat, ꝙ manifeſtum eſt vnum eſſe indiuiſibile,& omne tale non augmentatur apud additionem in eo, neq; diminuitur,quia neq; diuiditur, ergo non recipit additionem, neque diminutionem:& ens eſt illud, qđ recipit augmentum & diminutionē:ergo non eſt ens.D.d & incœpit

con-

A contradicere ei, & d. manifeſtū eſt igitur, ꝙ entia ſm ſuum figmentū ſunt magnitudines, &c. i. & continget ſm ſermonem iſtius, vt ens non ſit aliud q̄ magnitudo: cùm ens eſt illud, quod recipit additionem & diminutionem. D.d. ſi igitur entia, &c. i. & dicebat ſuper hoc, ſi ens eſt illud, quod recipit diuiſiones, tunc illud, quod recipit diuiſionem ſ. omnibus partibus, & eſt corpus, eſt ens in rei veritate. D.d aliorum autem quædam ſunt, &c. i. & dicebat, ꝙ ea, quæ ſunt præter corpus, ex quibus non componitur corpus, nō eſt ens.

B & hæc eſt diſpoſitio vnius & p̄ncti. & ſuperficies, aut linea ſunt apud eū entia, cùm ex illis, vt dicebat, componitur corpus. Et cū narrauit ei⁹ ſermonem, incœpit diſſoluere eū, & d. Quia igitur iſte Zeno, &c. i. q̄a ſermo iſtius hoīs eſt valde dubitatiuus, & tortuoſus, ex quo exiſtimauit ꝙ cē, quod non diuiditur, non eſt ens, oportet nos reſpondere illi.

D.d. & dicamus, ꝙ q̄n vni, &c. i. ꝙ ſermo Zenonis, ꝙ nihil addit̄ vni, quia tunc eſſet maius, & diuideret̄ omnino, & non remaneret vnum, non eſt verus: immo dicimus, ꝙ ad

C ditur ei, & fit plus, non maius. & ideo non debet fieri linea, ita ꝙ recipiat diuiſionem, ſicut finxit ille. Deinde dicit, cauſam, propter quam fuit neceſſe, vt ex eo non ſit magnitudo, & d. quoniam quomodo eſt poſſibile, vt magnitudo, &c. i. magnitudines enim impoſſibile eſt vt generē̄tur ex vno, neq; ex multis reb⁹ alijs ab vno, ſ. ꝙ ex vno, neq; cum vno, neq; cum alia re fit magnitudo. magnitudo enim eſt de natura continui: vnum aūt eſt de natura diſcreti. D.d. Et dicens hoc eſt ſimilis, &c. ideſt dicens, ꝙ additio vni facit vt ex vno & addito fiat magnitudo, eſt ſicut dicēs, ꝙ magnitudines fiūt ex punctis, & ex indiuiſibilibus: q̄d iam deſtructū eſt. D.d. Et ſi aliquis exiſtimauerit hoc eſſe, &c. i. ſi aliqs dixerit, contradicendo Zenoni, ꝙ iam aſſueti ſunt homines quidam ad dicendum, ſ. ꝙ numerus & magnitudo ſunt compoſiti ex vno, & ex aliquo non vno, dicatur ei, quare componuntur ex vno, & ex nō vno duo genera diuerſa, quorum vnū eſt numerus, & aliud magnitudo. & natura vnius & non vnius; ex quibus componitur numerus, eſt ęqua E lis naturæ vnius & non vnius, ex q̄bus componitur magnitudo. Et intendit, ꝙ contingit huic poſitioni, ꝙ elementa rerum diuerſarū in ſpęcie ſunt conuenientia in ſpecie: q̄d eſt inopinabile. D.d. Non enim eſt manifeſtum, &c. i. q̄n, q̄n dixerim⁹ ꝙ intentio non vnius eſt, quod nō habet naturam vnius, ſed cōtrariā, tunc impoſſibile erit vt ex eo componatur magnitudo, aut numerus. talia. n. contraria non admiſcentur.

Magnitudo ē de natura cōtinui: vnum autem eſt de natura diſcreti.

An numerus, et magnitudo ſubſtantiæ ſint, vel ne. Cap. 6. F

HIs autem conſequens dubitatio eſt, vtrum numeri, & corpora, & ſuperficies, & puncta aliquæ ſubſtantię ſint, an non. Si enim nō ſunt, fugit nos quidnam ipſum ens, & quæ entium ſubſtantiæ ſint. Paſſiones enim, & motus, & q̄ ad aliquid ſunt, ipſæq; diſpoſitiones, ac rationes nullius ſubſtantiam ſignificare videntur. cuncta etenī de aliquo ſubiecto

G dicuntur, nihilq; horum ipſum
* Hoc ali. quid. qd eſt. Quæ vero maxime ſubſtantiam videantur ſignificare, ſunt aqua, terra, & ignis, ex quibus cõpoſita corpora conſiſtũt. horum aũt caliditates quidem, & frigiditates, & huiuſcemodi pasſiones non ſubſtantiæ ſunt. corp⁹ vero ſolum, quod hæc patitur, permanet tanquam aliqd ens, & aliqua exiſtens ſubſtãtia. At vero corpus minus eſt ſubſtantia, q; ſuperficies, & ſuperfi
H cies q; linea, & linea q; vnitas, & punctum. his. n. corpus definitur. & hæc quidem videntur poſſe ſine corpore eſſe, corp⁹ vero abſq; his impoſsibile eẽ. Quare plures quidem, & Antiquiores ſubſtantiam quidem & ens, putabant eſſe corpus, cætera vero huius pasſiones: vt & principia corporum entiũ eſſent principia. Poſteriores vero, & illis ſapiẽtiores habiti numeros. Quẽadmodum itaq; diximus, ſi hęc non ſunt ſubſtantiæ, nulla ſubſtãtia, nec aliquod ens omnino
I eſt. quæ. n. eis accidunt, non conuenit entia nominare. At ſi hoc quidem conceditur, q; longitudines, & puncta magis q; corpora ſubſtantiæ ſint, at qualia corpora hæc ſint non videmus (in ſenſibilibus nanq; impoſsibile eſt eſſe) nõ erit profecto vlla ſubſtantia. Item videntur hæc oĩa dimenſiones corporis eſſe, hoc quidem ad latitudinem, hoc vero ad profunditatem, illud porro ad longitudinem. Et ad hæc ſimiliter ineſt in ſolido quæcun
K que figura. Quare ſi nec in lapide Mercurius, nec in cubo dimidium cubi, ſic vt diſterminatũ, ergo nec ſuperficies. nam ſi quæ cunq;, & ea profecto ſit, quæ dimidium diſterminat. eadem autem ratio & de linea, puncto, & vnitate eſt. Quare ſi corpus maxime ſubſtantia eſt, hæc aũt corpore magis, hæc vero non ſint, neq; ſubſtantiæ quædã ſint, fugiet nos, pfecto quidnã ſit ens, quæue entium ſubſtãtia eſt. Ad
L hæc. n. quæ dicta ſunt, etiam q circa generationẽ, & corruptionem accidunt inconuenientia. Videtur. n. ſubſtantia, cum ante non exiſtens, nunc ſit, aut cum antea exiſtens, poſtea non, cum generatione & corruptione hęc pati. At puncta, lineas, & ſuperficies, neq; fieri, neq; corrumpi contingit, cum qñq; ſint, qñq; vero non ſint. Cũm enim tãgãt, aut diuidãt corpora, qñq; vna, cùm ſimul tangunt, qñq; duæ, cùm diuidunt, fiunt. quare neq;
M iam compoſitis, ſunt, ſed corruptæ ſunt: & diuiſis, ſunt, cùm antea non eſſent. punctum nanq; indiuiſibile, non eſt diuiſum in duo. Cęterum, ſi generantur, & corrumpuntur, ex aliquo fiunt. Similiter autem ſe habet & circa nunc, quod eſt in tempore. Hęc nõ l
bet Aue nec hoc enim contingit generari, & corrumpi, ſed tamen aliud eſſe ſemper videtur, cùm non ſubſtantia aliqua ſit. Patet autẽ quod etiam circa pũcta, lineas,

&

A & ſuperficies ſimiliter ſe habet. eadem enim ratio eſt. cuncta nā que ſimiliter, aut fines, aut diuiſiones ſunt.

Et iſtam quæſtionem conſequitur alia difficilis, & eſt, Vtrum numeri, et corpora, & ſuperficies, & lineæ, & puncta ſint ſubſtantiæ, aut non. Quoniam ſi nō fuerint ſubſtantiæ, tunc recedet à nobis cognitio, quæ ſit ſubiecto, & quæ eſt ſubſtantia entium. Motus autem,

B *& paſſiones, & ſpecies relationis, & diſpoſitionum, & dictionum exiſtimantur non ſignificare ſubſtantiam alicuius. quia oīa dicuntur de ſubiecto, & nihil eorum dicitur, quod eſt hic. Illud autem, quod exiſtimatur in maiori parte ſignificare ſubſtantiā eſt aqua, & terra, & aer, & ignis, ex quibus conſtituuntur omnia compoſita corpora. caliditates vero, & frigiditates in iſtis rebus, & ſimilia*

C *ſunt paſſiones ſubſtantiæ. corpus vero ē illud, quod determinat iſtas paſſiones ſolum, quia eſt ens aliquid, & alia ſubſtantia. Sed corpus eſt minus ſuperficie in ſubſtantialitate, & ſuperficies minus quàm linea, & linea minus quā punctū. & vnum corpus definitur per iſta. iſta enim exiſtimantur eſſe ſine corpore: & hoc poſsibile eſt: corpus aut impoſsibile eſt vt ſit ſine iſtis. Et ideo exiſtimabāt Antiqui Philoſophorū quòd ſubſtātia,* D *& ens eſt corpus, et quòd alia ſūt paſsiones iſtius corporis. et ideo iſti exiſtimauerūt quòd principia corporum ſunt principia entiū. alij autē, qui reputabantur ſapientiores illis, exiſtimauerunt, quòd ſubſtantia, & ens eſt numerus. Sicut igitur diximus, ſi iſta, quæ diximus, non ſunt ſubſtantiæ, nulla eſt ſubſtantia oīno. neq; ens, quoniam rectum non eſt vt accidentia, q̄ accidunt iſtis ſubſtantys, dicātur ſub-* E *ſtantiæ & entia. Sed, cùm ſit manifeſtum quod longitudines, et puncta, q̄ ſunt corporis, ſunt maioris ſubſtantialitatis quàm corpus, & non videmus ea eſſe ſubſtantias, ex quibus igitur corporibus ſunt ſubſtantiæ entium? & impoſsibile eſt vt ſint ex corporibus inſenſibilibus. aut forte nulla ſubſtantia omnino eſt. Et etiam videmus, quòd omnia iſta ſunt dimenſiones corporis. quædam enim ſunt lati-* F *tudinis, quædam ſpiſsitudinis, & quædam longitudinis. Et cùm hoc dicitur, quòd iſta ſunt in corporibus, ſicut figuræ ſunt in eis. corpus enim neceſſe eſt vt habeat aliquā figuram. Si igitur poſsibile fuerit, vt corpus non habeat figuram, poſsibile erit vt non habeat dimenſionem, verbi gratia, quoniam, ſi fuerit poſsibile vt figura*

G *Mercury nõ ſit in idolo Mercurij, poſsibile eſt vt figura ſemigrandinis ſit in tota figura grandinis. Et cũ hoc, quod diximus, accidit iſtis error, cũ perſcrutati fuerimus de rebus, quibus contingit generatio & corruptio. Exiſtimant. n. quòd ſubſtantia non primo fuit, deinde fuit: aut fuit primo, deĩde corrumpitur: & quòd paſsiones contingũt ei apud generationẽ & corruptionem. Puncta aũt, & lineæ, & ſu-*

H *perficies impoſsibile eſt vt habeãt generationem & corruptionẽ, aut vt ſint quandoq; , & quandoq; nõ. Corpora. n. continua & diſcreta apud continuationem adunantur, & apud diſcretionem fiunt duo. & nihil corrũpitur, niſi corruptio accidat ei. & ea, quæ diuiduntur, non ſunt ſine generatione. Punctus autem, ſi non diuiditur, non fit duo puncta: & ſi generatur, & corrumpitur, eſt neceſſario ex ali-*

I *quo illud.*

17 Et eſt quæſtio difficilis perſcrutanda in hac ſcientia, vtrũ numeri, & corpora, & ſuperficies, & lineæ, & puncta ſunt ſubſtantiæ entium, ſ. q̃ dicuntur ſm quid, ſicut quidam dicunt, aut non. Exiſtimatur. n. ꝙ, ſi iſta non fuerint quiditates ſubſtantiarum entium, ꝙ recedat à nobis cognitio naturarum eorũ, ſ. entiũ exiſtentium per ſe: quia omnes cõueniunt in hoc, quod appellant eas ſubſtantias. D.d. Motus autem, & paſſiones, &c.i. & iſta exiſtimantur eſſe ſubſtantiæ, quia illa, quæ ſunt præter iſta, v.g motus, & accidẽtia, & relationes, & diſpoſitiones, manifeſtum eſt, ꝙ non notificant ſubſtãtias entium, ſ. q̃ vocantur ſubſtãtiæ. & intendit per paſſiones qualitates attributas ſenſibus, v. g. calorem & frigus. & per diſpoſitiones modum qualitatis, quæ dicit diſpoſitio & habitus. per dictiones autem forte intendebat intellecta ſubiecta. D. dedit cauſam, propter quã omnes conueniunt in hoc, ꝙ iſta nõ ſunt ſubſtantiæ, & d. quia omnia dicuntur, &c.i. quia oĩa iſta ſunt in hoc indiui

K duali, quod eſt indiuiduum ſubſtã-

L tiæ, & nullum eorum dicit ex hoc. D.d. Illud autem, quod exiſtimat, &c.i. illud autem, quod videtur eſſe ſm exiſtimationem ſubſtantia entium compoſito tũ indiuidualium, ſunt quatuor elementa, ex quibus componuntur ſubſtantię ſenſibiles: & intendit ꝙ iſta videntur eſſe ſubſtãtiæ compoſitorum ſm materiã, non ſm illud, quod dicitur in reſpõſione ad quid. D.d. corpus vero eſt illud, quod determinat, &c.i. qñ definiuntur iſta accidentia, corpus determinat naturam eorũ, ſ. ꝙ eſt de definitionibus eorum, quaſi differẽ

M tiæ eorum ſunt determinantes naturam entis, & diſtinguentes ipſum ab alijs. D.d. Sed corpus eſt minus, &c.i. ſed cùm feceris comparationẽ inter iſta, videbis ꝙ corp⁹ eſt minoris ſubſtantialitatis q̃ ſuperficies, & ſupficies q̃ linea, & linea q̃ punct⁹.

Deinde d. cauſam in hoc, & d. corpus enim poſt iſta inuenitur in definitione: quia corpus definitur, ꝙ eſt illud, quod eſt diuiſibile in tres ſuperficies: aut illud, quod continetur à ſuperficie, aut ſuperficiebus:

&

A & etiam quia iſta videntur priora corpore naturaliter. & innuit modum prioritatis ſm cõſequentiam. aut intendit vt corpus. impoſſibile enim eſt vt intelligatur ſine ſuperficie. ſuperficies autem impoſſibile eſt vt intelligatur ſine corpore. ſimiliter eſt de linea cum ſuperficie, & de puncto cum linea. Et, cùm dedit rationes ſufficientes, ꝙ corpus eſt ſubſtantia abſq; ſuperficiebus, & lineis, d. Et ideo exiſtimabant Antiqui Philoſophorum, ꝙ ſubſtãtia, & ens eſt corpus, & ꝙ alia non definiũtur per definitionem corporis, &c.i.

B quia opinati ſunt, ꝙ corpus eſt ſubſtantia, credidetũt ꝙ principia corporum, ex quibus componunt, ſunt corpora, quæ ſunt principia omniũ entium. ſi. n. corpora ſunt prĩcipia, ergo principia corporum ſunt principia entium. D.d alij vero, qui reputabantur, &c.i. illi autem, qui reputabantur ſapientiores iſtis, dixerunt, ꝙ ſubſtantia ſm hanc cõſyderationem debet eſſe numeri, ſ. quia ſunt priores in imaginatione alijs entibus: & quia ſunt priores naturaliter: & quia ſunt ſicut magis liberati à materia q̃ corpus. D.d. Sicut igi

C tur diximus, &c.i. contingit igit ſm hunc ſermonem, ſi iſta non fuerint ſubſtantiæ, exiſtimari nullam eſſe ſubſtantiam omnino entiũ. impoſſibile. n. eſt vt poſteriora ab iſtis ſubſtantijs, ſ. accidentia, ſint ſubſtantiæ alicuius eorũ, de quibus omnes conueniunt, vt ſint ſubſtãtię ſenſibiles.

D.dedit dubitationẽ ſuper hoc, & d. Sed cùm ſit manifeſtum, ꝙ longitudines, &c.i. ſed iſta conſyderatio facit ꝙ ſuperficies, & lineæ, & pũcta ſint ſubſtantiæ: & apparet de iſtis ꝙ non ſunt ſubſtantiæ, & ſunt priora corporibus mathematicis: ergo cor

D pora mathematica non ſunt ſubſtãtiæ. Ex quibus igitur ſunt ſubſtãtiæ entiũ? impoſſibile. n. eſt vt ſint corpora ſenſibilia. Iſta. n. ſunt, quorum ſubſtantiæ quæruntur, cum dicim⁹ in eis, quæ ſunt ens & vnum. q̃rim⁹ enim q̃ eſt iſta ſubſtantia, quam ſignificat hoc nomen ens, & vnum. & nullum corpus eſt niſi mathematicum, aut ſenſibile. D.d. aut forte nulla ſubſtantia oĩno eſt. i. oportet vt dicamus ſm hanc queſtionem, ꝙ contingit vt ſubſtantia nõ ſit alicuius rei, i ꝙ, cùm ſit deſtructũ, ꝙ qui ditates entium ſunt corpora, recte videt opinari ſm hoc ꝙ entia non ſunt, neq; habent quiditates. Et, q a declaratio, ꝙ corpus mathematicũ non eſt ſubſtãtia, fundatur ſup hoc, ꝙ longitudo & latitudo ſunt accidẽtia, & differentiæ ipſius corporis, d. Et ẽt videmus, ꝙ oĩa iſta, &c.i & declarat, ꝙ corpus mathematicum eſt accidens, & ꝙ definitio corporis cõſtituitur ex tribus dimenſion⁹, & videmus cum hoc ꝙ dimenſiones ſunt corpori quaſi figuræ, ſ. differẽtiæ eius. D.declarauit hoc, & d. cor-

F pus enĩ neceſſe eſt vt habeat aliquã figuram, &c.i figura enim talem habet diſpoſitionem de corpore, ſicut dimenſio in hoc, ꝙ corpus non poteſt denudari ab eis niſi corrumpatur, ſicut eſt diſpoſitio de differẽtia rei ſubſtantiali. D.dedit exemplũ, & dixit. v.g. qm̃, ſi fuerit poſſibile, &c.i. qm̃, ſi figura non fuerit ſubſtãtialis corpori, poſſibile erit vt figura propria auferat, & remanear res. v.g. vt figura hois auferat, & remanear hõ, aut figura idoli Mercurij, i. temanente idolo Mercurij Et, ſi eſſet poſſe vt figura ꝓpria rei auferret

tunc

Nullũ corpus ẽ, niſi mathematicũ, aut ſenſibile, cõtra ponentes corpus metaphyſicum.

G tũc poſſibile eſſet vt ſemifigura rei auferretur, remanente tota figura. & hoc intendebat cùm d. poſſibile ẽ vt ſemifigura grandinis ſit in tota figura grandinis. Et dedit exẽplũ de tunica. quia tunica eſt de rebus, q̃ non habent hoc nomen, niſi ſm figurã habendam. figura igitur eiꝰ eſt dꝛia eiꝰ, q̃ diſtinguit eam ab alijs indumentis. Et intendit declarare ex hoc capitulo ꝙ cùm poſuerimꝰ, ꝙ dimenſiones ſunt accidentia, tũc corpus erit accidẽs. &, ſi poſuerimꝰ, ꝙ corpus eſt ſubſtãtia, tũc iſta erũt ſubſtantiæ. D.d. Et cum hoc, quod

H diximus, &c.i. & cum iſtis inopinabilibus cõtingentibus huic poſitioni, ſ. corpora eſſe ſubſtãtias, accidũt etiam alia inopinabilia ex apparentibus in rebus generabilibus & corruptibilibus. D.d. Exiſtimant. n. ꝙ ſubſtantia, &c.i. exiſtimatur. n. & ponitur. & eſt cõceſſum ab omnibus, ꝙ ſubſtantia generatur & corrumpitur, & accidũt ei paſſiones apud generationem & corruptionẽ, ſ. ꝙ, cùm generatur, fit ſubſtantia, quæ non fuit: & cum corrumpitur, corrumpitur illud, quod fuit. D.d. Punc-

Vide 1. ca. ta autem, & lineæ, &c.i. puncta aũt,

I & lineæ, & ſuperficies nec generant nec corrumpuntur, neq; ſunt quandoq; & quandoq; nõ, cùm linea nõ corrumpitur in non lineam, neque generatur ex non linea. & ſiꝛ eſt ẽt de corporibus. D. incœpit declarare hoc, & d. Corpora enim cõtinua, & diſcreta, &c.i. & d. ꝙ nihil corrumpitur, niſi corruptio contingat ei. i. & non omnis compoſitio eſt generatio, neq; oĩs diſſolutio eſt corruptio: vt quidã Antiquorum dicunt, ſ. ꝙ congregatio eſt generatio, & ſegregatio corruptio. ſed generatum eſt illud, in quo fit ſubſtantia, q̃ nõ K
fuit, & corruptũ eſt illud, in quo corrupta eſt ſubſtantia, quæ fuit. D.d. & ea, quæ diuiduntur, non ſunt ſine generatione, i. ea, quæ diuiduntur in partes conuenientes ſm nomẽ & definitionẽ, nõ ſunt ſine gñatione. Et, quia accidit ei in hac intentione punctus: punctus. n. non diuidit, & non hẽt gñationem: & dixerũt etiã ꝙ illud, qđ diuidit in talia ſemp ſm nomen & definitionem, non hẽt generationem, d. & illa, q̃ non diuidũtur ex re diuiſibili, non ſunt ſine generatione. minima. n. partiũ corporis ſenſibilis, q̃ non diuidit, ſm ꝙ eſt L
illud corpꝰ, eſt compoſita. v. g. ꝙ minima pars ignis eſt cõpoſita ex materia & forma. D.d. Punctus aũt, ſi non diuidit, &c.i. punctus aũt, ſi eſt indiuiſibilis, non gñabit: cũ punctꝰ non diuidit in duo puncta, ergo nõ hẽt generationẽ. q̃m, ſi haberet generationem, eſſet cõpoſitus & hoc intendebat, cùm d. eſt neceſſario ex aliquo illud. i. & cùm punctus gñatur, & corrumpit, neceſſario generatur ex aliquo. & ſic erit diuiſibilis: quod eſt impoſſibile.

Minima pars ignis ẽ cõpoſita ex materia et forma.

Dubitationes de Ideis. Cap. 7. M

OMnino autẽ aliquis dubitabit, quare oportet alia quædam pręter ſenſibilia, & media quærere, vtputa eas, quas ponimus, formas. Si enim propterea ꝙ mathematica quidẽ ab his, quæ hic ſunt, alio quodam differunt, in eo ſanè, ꝙ plura eiuſdẽ ſpeciei ſunt, nihil differunt. & ideo non erũt eorum principia, numero determinata, ſicuti etiam literarũ

quæ

Conſimilem modũ arguẽdi. vid 1. Phy. cõ. 26.

de ſubſtãtia orbis.

A quæ hic, numero quidē nō ſunt omniū principia determinata, ſed ſpecie. niſi quis huius ſyllabæ, & huius vocis accipiat. harum enim numero ēt determinata erunt. ſiſr etiam de medijs. infinita etenim ēt illic ſunt, quæ eiuſdē ſpeciei ſunt. Quare, ſi prę ter ſenſibilia, & mathematica nō ſint alia quædā, qualia dicūt quidam formas eſſe, nō erit vna numero, & ſpecie ſubſtātia: nec entium principia aliqua numero aliquot, ſed ſpecie erunt. Si B itaq; hoc neceſſarium eſt, & formas ppea neceſſe eſt eſſe. etenim quanquā nō bene declarēt, qui hæc dicūt, hoc tñ eſt, qđ volūt: & neceſſe ē eis hoc dicere, q̄ formarū vnaquæq; ſubſtātia quędam ſit, & nulla ſm accidens. At vero ſi ponemus formas eē, & principia vnū numero, non ſpecie eſſe, diximus quæ impoſſibilia neceſſe eſt accidere.

Et rectū eſt quærere de quæſtione difficili, quare quærendæ ſunt C *aliæ ſubſtātiæ à ſenſibilibus, & a medijs, ſcilicet formæ, quæ fingun tur eſſe. Quoniā, ſi quærimus iſtas ſubſtantias propter hoc, ſ. quòd mathematica diſtinguūtur à ſenſibilibus per aliud, nō diſtinguūtur ab eis per hoc, quòd sūt multæ formæ, ſicut iſtæ formæ. manifeſtū eſt igitur, quòd principia iſtorū non erūt terminata in numero, quēadmodū principia qualitatis, quæ ſunt hic, nō ſunt terminata in numero. principia enī cuiuslibet qualitatis non* D *ſunt terminata in numero, ſed forma. niſi principia literæ compoſitæ ex duabus literis, aut principia vocis compoſitæ ex duabus vocibus. principia enim iſtius literæ ſunt terminata forma, & numero. & ſimiliter erit etiā in rebus medys. Si igitur non fuerint aliæ ſubſtantiæ, aliæ à ſubſtantijs ſenſibilibus, & à ſubſtantijs mathematicis, ſicut quidam dicunt, manifeſtū eſt formam non eſſe. Sed, ſi conceſſerimus* E *formas eſſe, & principia eſſe terminata numero nō forma, iam narrauimus, quod contingit ex hoc neceſſario, & quod eſt impoſſibile omnino.*

Et quærendum eſt qua de cauſa 18 fuit neceſſe ponere in poſitione eſſ ſubſtātijs ſenſibilibus, & mathematicis, quas vocāt medias ſubſtantias, quas dicunt formas. cauſa enim, propter quam fuit neceſſe formas medias ponere, manifeſta eſt. & eſt, q̄ nos videmus mathematicas formas F differre ſm definitionem à formis ſenſibilibus. Et hoc intēdebat, cùm dixit: Qm̄, ſi quærimus, &c. D. d. & non diſtinguuntur ab eis, &c. id eſt, & iſti non ponunt iſta media diſtincta à rebus ſenſibilibus: ita q̄ vnum quodq; eorum ſit vnum numero tantum, ſicut ponunt facientes formas: ſed diſtinguuntur ab eis ſecundum q̄ ſunt ſimilia eis, ſcilicet multa ſm formas, & multa ſm numerū.

Deinde dicit: manifeſtum eſt igitur, &c. 1. & dicere formas eſſe, cōtingit ex eo, vt principia rerum, quæ

ſunt

G ſunt hic, ſint determinata numero, ideſt diuerſa numero tantum, & nō forma. & hoc intēdebat, cùm d. manifeſtum eſt igitur per ſe, ꝙ res, quæ ſunt hic diuerſæ numero, & forma, ſunt diſpoſitio ī qualitate, id eſt manifeſtum eſt igitur per ſe, ꝙ ſunt res tales. Et hoc intēdebat, cùm dicit, quæ ſunt hic: quia ſunt diuerſæ forma & numero, ſicut literæ compoſitæ ex literis, & voces compoſitæ ex vocibus: quia neceſſe eſt vt principia iſtorum ſint diuerſa numero & forma. & ſic ponunt media, dicētes ea, ſcilicet diuerſa numero & forH ma. & hoc intendebat, cùm dicit. Et ſic erit etiā in rebus medijs. Deinde dicit. Si igitur non fuerint ſubſtantiæ aliæ, &c. ideſt & cum determinatum eſt ex hoc ſermone, ꝙ nō ſunt niſi duæ ſubſtantiæ, ſenſibilis, & mathematica, manifeſtum eſt ꝙ formæ nō ſunt. Deinde dicit: Sed, ſi conceſſerimus, &c. ideſt iam narrauimus quod accidit ex hoc de impoſſibili quæſtione, de qua perſcrutati ſumus, vtrum ſit vna numero, aut forma.

Vtrum principia potentia ſint, vel alio modo: Et vtrum vi inerſalia, an ſingularia. Cap. 8.

I

Vtrū principia ſint ī potentia.

HIs autem propè eſt dubitare, vtrum potentia, an alio quodam modo elementa ſint. Si enim alio qudam modo, erit aliquid aliud principijs prius. potentia nanq; prior illa cauſa eſt. non eſt autem neceſſe, vt omne, quod potētia eſt, illo modo ſe habeat. Quòd ſi elementa potentia ſunt, contingit nihil entium eſſe. poſſibile enim eſt eſſe, etiam quod nōdum eſt. fit enim quod non eſt. ſed nihil K eorum fit, quæ eſſe impoſſibilia ſunt. Et has itaq; de prīcipijs dubitationes neceſſe eſt dubitare.

Et aſſimilatur iſtis quæſtionibus dictis iſta quæſtio, vtrum elementa ſint potentia, aut alio modo. Si igitur alio modo, quomodo eſt poſſibile, vt aliquid ſit ante elemēta, & ſunt principia. potētia enim eſt ante illam aliam cauſam. illud autem, quod non habet potentiam, nō L *eſt ante potētiam neceſſario. Si autem elemēta fuerint potentia, tūc poßibile erit vt elementa non ſint aliquod entiū. illud enim quod habet potentiam vt ſit, nondum eſt. & non fit niſi illud, quod non habet eſſe. & nihil erit, quod non habet potentiam vt ſit. Hæ igitur quæſtiones ſunt difficiles, de quibus perſcrutandum eſt in cognitione principiorum.*

Quærit vtrum elementa prima, 19
& principia omniū entium ſint po- M
tentia, aut actu. & hoc intēdebat per alium modū. Deinde dicit. Si igit alio modo, &c. ideſt ſi igitur elemēta ſunt actu, habent elemēta. potentia enim eſt ante actum, ideſt illud, quod eſt in potētia aliquid, eſt ante illud, quod eſt in actu illud quid. & ſic elementa habebunt elementa.

Deinde dicit: illud autē, quod non habet potentiam, &c. id eſt, illud autem, in quo non eſt potentia, vt ex eo fiat aliquid, nihil fit ex eo, quod ſit in potentia oīno. quapp non erit elementum alicuius rei aliquo mō.

Et

A Et abbreuiario eius eſt, ꝙ ſi elementa ſunt actu ſecundum ꝙ ſunt elementa, & fuit potentia prior eis, cū ſint in actu, contingit ꝙ elementa habeant elementa. &, ſi potentia nō fuerit prior eis, non erit in eis potentia omnino ad aliquid. & ſic nō erit elementum alicuius rei, Et, cùm dicit: impoſſibile contingens poſitioni elementorum in actu, incœpit dicere etiam quid contingit poſitioni eorum in potentia, & dicit. Si autē elementa fuerint potentia, &c. ideſt, ſi elementa fuerint potentia, poſſibile erit vt omnia entia, quæ ſunt
B actu, deſtruantur, & nihil remaneat niſi illud, quod eſt in potentia. D. dedit cauſam in hoc, & dicit: illud enim quod habet potentiam, &c. ideſt illud enim, quod eſt in potentia, eſt aliud quid in actu. cùm enim eſt in potentia, impoſſibile eſt vt illud ſit in actu. actus enim & potentia ſunt contraria. Deinde dicit: & non fit niſi illud, quod non habet eſſe, ideſt & non fit niſi illud, quod non habet eſſe in actu. & nihil fit, quod non habet potentiā vt fiat.

Act⁹ & potētia ſunt contraria.

Et vtrum vniuerſalia ſint, an, vt dicimus, ſingularia. Si enim vniuerſalia, non erunt ſubſtantiæ. nihil enim cōmunitū quod
C quid, ſed quale quid ſignificāt. ſed ſubſtātia quod quid. Quòd ſi quod communiter prædicatur, qđ quid ſit, & exponi poſſit, multa animalia erūt ipſe Socrates, & homo, & animal. ſi ſingula quidē, quod quid, & vnū ſignificant. Si igitur principia vniuerſalia ſunt, hæc accidunt. Quòd ſi nō vniuerſalia ſint, ſed vt ipſa ſingularia, non erunt ſcibilia. ipſius enim vniuerſalis
D omniū ſcientiæ ſunt. quare erūt alia principia priora de principijs vniuerſaliter prædicata, ſi ſit quidem eorū futura ſcientia.

Vtrū principia ſint vniuerſalia an ſingularia.

Et etiam perſcrutandum eſt, Vtrum principia ſint vniuerſalia, aut particularia. Si vniuerſalia, non ſunt ſubſtantiæ. cōmunia enim non dicuntur eſſe hoc ſingulare, ſed exemplaria hæc. ſubſtantia autem dicitur eſſe hoc ſingulare. Si igitur dicitur prædicabile de rebus modo communi, quod ex hoc,
E *tūc Socrates erit multa animalia, ſcilicet Socra. et homo, & animal. quoniam vnumquodq; eorum ſignificat quòd eſt hoc vnū. Iſta igitur accidētia accidunt, ſi principia fuerint vniuerſalia. Si autem non fuerint vniuerſalia, & fuerint ſicut principia particularia, tunc ſcitū non habebit eſſe. ſcientiæ enim omnium ſunt vniuerſales. manifeſtū eſt igitur, quòd, ſi fuerit poßibile,*
F *vt iſta principia cognoſcātur, quòd alia principia ſunt vniuerſalia ante particularia, quæ prædicantur de particularibus.*

Et etiam perſcrutādum eſt, vtrū principia ſint vniuerſalia, aut particularia. Si autem vniuerſalia, non erunt ſubſtantiæ. Vniuerſalia enim ſunt communia, quia ſunt in pluribus: & commune non eſt hoc ſingulare, quod eſt ſubſtantia, ſed eſt exemplar huic ſingulari, ſcilicet formæ communis eis, & omnibus indiuiduis

20 Cōe nō ſ ſingle, ſed eſt exēplar oīb⁹ ſi larib⁹ bētib⁹ formā. 12. M com. & quæ ibi.

G uiduis habentibus illam formam: ſubſtantia autem dicitur eſſe hoc ſingulare: propter quod cõcluditur in ſecunda figura, ꝙ ſubſtantia non eſt vniuerſale. D.d. Si igitur dicitur prædicabile, &c. i. ſi igitur vniuerſale eſt commune, ſm ꝙ eſt ſingulare exiſtens in pluribus, tunc Socrates erit cõpoſitum ex multis animalibus. in Socrate enim erit humanitas exiſtens in omnibus hominibus, quia eſt hoc ſingulare in numero. & ſic Socra. & omnia indiuidua hominis erunt compoſita ex vna re, & ſimiliter erit compoſitus
H cum omnibus animalibus. animalitas. n. hęc indiuidualis exiſtit ī oĩbus indiuiduis animalium, aut indiuidua animalium exiſtunt in ea. iſtæ igitur quæſtiones accidunt, ſi principia fuerunt vniuerſalia. D.d. Si autem non fuerint vniuerſalia, &c. ideſt ſi autem nõ ponantur hic eſſe vniuerſalia entia, contingit vt ſcientiæ neceſſariæ non ſint. & hoc mouit Platonem ad dicendum formas eſſe. D. dixit ſcientiæ enim omnium ſunt vniuerſales. & intendit Scientias Speculatiuas neceſſarias. Deinde dixit manifeſtum eſt igi-
I tur, &c. ideſt, & cùm neceſſe eſt vt principia particularia cognoſcantur non generabili cognitione neque corruptibili, neceſſe eſt hic eſſe principia vniuerſalia ante particularia.

✣

ARISTOTELIS
METAPHYSICORVM
LIBER QVARTVS,

Cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima agitur de quibus habeat prima Philoſophia pertractare. In Secunda de Principiorum cognitione.

Summæ primæ Ens, prout eſt ens, & primas cauſas à primo Philoſopho conſyderari. Cap. 1.

Est ſciẽtia quædam, quę ſpeculatur ens, L prout ens eſt, & q̃ ei per ſe inſunt: Hęc autem nulli earum, quæ in parte dicuntur, eadem eſt. nullæ nanq; cæterarum vniuerſaliter de ente. prout ens eſt, conſyderant, ſed eius aliquam partem abſcindentes, quod ei accidit ſpeculantur, vt Mathematicæ ſcientiæ. Cùm autem principia, & ſupremas cauſas quæramus, patet ꝙ alicuius naturę p̃ ſe neceſſe eſt eas eẽ. Si igit̃ M illi etiã, qui entium elemẽta q̃rebant, iſta principia q̃rebant, neceſſe eſt ẽt elementa entis nõ ſm accidens eſſe, ſed prout entia ſunt. Quare nobis quoq; entis, prout entis, primas cauſas accipiendum eſt.

Vnius quidem ſciæ ſcientiarũ eſt conſyderatio de ente, & de rebus, quæ ſunt entis per ſe. Et iſta ſcia non eſt vna earum, quæ dicuntur particulares, quoniam nõ eſt

alicuius

A *alicuius ſcientiæ particularis conſyderatio de ente vniuerſali, ſed ſcīarū particulariū eſt conſyderatio de accidenti, quod accidit alicui parti partium entis diuſæ ab eo, ſicut faciunt ſcīæ Mathematicæ. Si igitur inquiſitio principiorum, & cauſarum vltimarū eſt à nobis, manifeſtum eſt quòd neceſſe eſt, vt iſta principia ſint ſicut principia alicuius naturæ per ſe. Et, cùm quæſierunt iſta prin-*

B *cipia illi, qui quærebant elementa entis, neceſſe eſt vt non ſint elementa entis modo accidentali, ſed ſint eſſentialiter. Et ideo oportet nos q̄rere cauſas, quæ ſunt in ente.*

1 ESte tractat⁹ cōtinet duas partes. Prima igitur eſt in definiēdo ſubiectum iſtius artis, & accidentia, & cauſas eius, & vſr in rebus Logicis, quæ appropriant⁹ huic ſcīæ. In

C ſcḋa aūt diſputat cum Sophiſtis, q negāt primas ꝓpōnes, & deſtruūt ſcire, * prius declarando ꝙ diſs huius artis dēt diſputare cū iſtis. Quia igit⁹ intētio eius eſt loqui de modo cōſyderationis iſtius artis, & iā perſcrutatus eſt in tractatu ꝓcedenti de ſcīa, q dr̄ Philoſophia, quæ ſcīa ſit, & d. ꝙ, ſi ſcīa oīum cauſarū eſt vna, illa ſcīa debet dici Philoſophia: deinde declarauit, ꝙ conſyderatio de oībus cauſis oīum entium non eſt vnius ſcīæ, cùm entia ſint diuerſa, q̄m in quibuſdā inueniunt⁹ de cauſis quatuor, qđ nō inuenit⁹ in q̄buſdā, hoc. n. eēt poſſ, ſi entia eēnt vnū

gen⁹: deīde induxit ipſe ſermonē, ꝙ † Philoſophia ſorte ē illa, q̄ cōſyderat de nobiliſſima cauſarum, ſ. de prīo fine, & forma prīa: īcœpit ī hoc tractatu declarare hoc ſm demōnē & declarationē pfectā, & d. Vni⁹ quidē ſcīæ, &c. i. dicamus igit⁹, ꝙ manifeſtū eſt p ſe hic eē aliquā ſcīam, q̄ cōſyderat d ente, inquātū eſt ens, & de accidētibus eſſentialibus enti, ideo ꝙ ē ens. D.d. Et iſta ſcīa, &c. i. & apparet, ꝙ iſta cōſyderatio nō ē alicuius ſcīæ ſcīarū particulariū. Manifeſtū eſt. n. ꝙ non eſt alicuius ſcīę ſcientiarū particulariū cōſyderatio de ente, ſm ꝙ eſt ens: ſed tm̄ eſt ſcīarū particulariū conſyderatio de accidentibus, quę accidunt alicui parti partiū entū, accipiendo illā partē quaſi diſtīctā ab ente, * ſicut faciūt ſcīæ Mathematicę, q̄ accipiunt numeros & magnitudines diſtinctas ab ente, & cōſyderāt de eis, & ſuis accidētibus eſſentialibus. Et ſimiliter ēt ſcīę Naturales cōſyderāt de quadā ꝑte entis, ſ. de ente mobili, & de accidentibus eſſentialibus eidē, ſm ꝙ eſt mobile, & de motu. D.d. Si igitur inq̄ſitio principiorū, &c. i. & cū manifeſtū eſt, ꝙ nos q̄rimus in hac arte principia vltima, q̄ ſunt principia ſimpliciter, manifeſtū eſt, ꝙ q̄rendū eſt iſta principia iſtorū principiorū ſenſibiliū ſm iſtū modū, ſm quem q̄rimus principia nāę exiſtētis p ſe. Et intendit, ꝙ principia ſimpliciter debēt q̄ęri de entibus, q̄ ſunt ſimpliciter. † &, ſi acciderit q̄buſdā, vt ſint ſenſibiles nō ſimplices, tunc nō q̄rūtur iſta eis principia, niſi ſm ꝙ ſunt entia ſimpliciter, nō ſm ꝙ ſunt entia, v.g. mobilia aut mathematica. D.d. Et, cū quæſiuerūt iſta prīcipia, &c. i. & ꝓp hoc, quod diximus, q̄ñ

D Met. cō. 5. & 12. Met. c. 6. & ī ꝓlogo ſuo ſup. 1. Ph.

* Scię Mat. ſunt d̄ numeris, & magnitudinibus, & ſcīa naturalē de ente mobili, ſcḋm ꝙ ē mobile. S; vid̄ oppoſitum. 12.

E Meta. c. 5. vbi d. ꝙ ē d̄ corpore mobili & ꝓœmio. primi Ph. dixit ꝙ eſt d̄ reb⁹ ſenſibilib⁹ tā- q̄ d̄ ſubto Vid̄. c. 21.

† Si accidetit vt I Metaph. d̄ ſenſibilib⁹ prīcipia q̄rāt, hoc ñ ē in- q̄tū ſēſibilia, ſ. inq̄tū entia. Idē 6. Met. cō. 1. & 12. Met. c. 5. et 6. & 7. Me. cō. 9. & 1. Me. c. 15. et 18. & 2. Ph. c. 21. ex hoc ſumit⁹ Me. nō cōſyderare q̄dtates rerū in ꝑticulari. vid̄ ꝓ hoc. 1. Ph. c. 11. & quę ibi.

* Diſputare cōtra negātes prīas ꝓpōnes, et contra deſtruētes ſcire ſpectat ad dām ſtū artis. vide idē. 3. Cœ. cō. 4.

† Prīa Philoſophia cōſideratde nobiliſſima cātū ad prīo fine & forma rtīa. Idē. 3.

Antiqui

G Antiqui quærunt principia prima entium, ſm ꝙ ſunt entia, & non q̄runt cauſas entium, quę ſunt hmōi, tunc quæſtio eorum hominum in cauſis eſt accidentaliter. Et intendit ꝙ, cum quæſiuerunt cauſas entis, & non quæſiuerunt cauſas entium tranſmutabilium, v.g. tunc quæſtio eorum fuit eſſentialis. &, ſi quærerent cauſas entium propriorum, tunc eſſet q̄ſtio accidentalis.

Quo pacto ens multipliciter dicatur. Ens, & vnum idem eſſe. Item de ente, vt ens eſt, et de eius ſpēbus, ac cō-
H *ſequentibus hanc conſy-derare ſcium. Ca. 2.*

ENs autē multipliciter qui dē dicitur, verum ad vnū, vnamq; quandā naturā, et non ęquiuoce, ſed quēadmodū omne ſalubre ad ſanitatē: q̄dam eò ꝙ conſeruat: quoddā, eò ꝙ facit: quoddā, eò ꝙ ſignū ſanitatis: quoddam vero capax eius eſt. Et medicinale ad medicinā: quoddam enim, eò quod habet medicinam, medicinale dicitur: quoddam, propterea ꝙ
I natura aptū ad eā ſit: quoddā, ppea ꝙ opus medicinæ ſit. eodē modo cętera quoq; accipiemus. Ita & ens multipliciter q̄dē dicitur, ſed totū ad vnū principium: quædam. n. qm̄ ſubſtātiæ, entia dicuntur: quædam, qm̄ paſſiones ſubſtantiæ: q̄dā, qm̄ via ad ſubſtantiā, aut corruptiones, aut priuatiōes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua ſubſtātiæ, ſiue eorum, quæ ad ſubſtantiā dicunt̄, aut ad aliquorū ex his negatiōes, aut ſubſtātias. Quare et ipſum nō ens, eſſe non ens dicimus. Quemadmodū igitur ſanorum omnium vna ſcīa eſt, ita & de cæteris eſt. Nō. n. ſolum eorū, q̄ ſm vnum dicuntur, verum ēt eorū, quæ ad vnā naturam dicunt̄, vnius ſcīæ eſt ſpeculari. etenim hęc ēt quodammodo ſm vnum dicūtur. Patet itaq; vnius eſſe, & entia prout entia, ſpeculari. Vbiq; autem proprie primi, et ex quo cætera pendent, & pp qđ dicūtur ſcīa. Quòd ſi hoc ſubſtantia
K
L
eſt, oportet profecto vt ſubſtantiarum principia, & cauſas Philoſophus habeat. Omnis autem generis, & ſenſus vnus vnius, & ſcīa: velut Grammatica vna exiſtens, oēs voces ſpeculatur. Quare entis quoq; quot ſpecies ſunt, & ſpecies ſpecierū ſpeculari vniuis ſcientiæ genere eſt.

Et ens dicitur multis modis, et non dicitur æquiuoce, ſed attribuitur vni rei, & vni naturæ, ſicut omne ſanans attribuitur ſanitati. quoddam enim dicitur ſanū, quia cōſeruat ſanitatem: quoddam autem ſic, quia facit ſanitatem: & M *quoddā; quia ſignificat: et quoddam, quia recipit. Et ſimiliter attribuitur eſſe medicū medicinæ. quoddam. n. dicitur medicū, quia acquirit medicinam: & quoddā, quia conuenit medicinæ: et quoddam, quia facit actionem medicinæ. & ſecundum hunc modum*

poſſibile

Nō ſol
eorū, q̄
cūdū v
ſed, &
rū, q̄ ad
nā natu
dicuntu
vnius ſc
ē ſpecul

A *possibile est nobis inuenire res, q̃ attribuuntur vni rei, sicut ista, q̃ diximus. Et similiter ẽt ens dicitur multis modis. sed omnes illi modi attribuuntur vni primo. quædã enim dicũtur entia, quia sunt substantiæ: & quædam etiam, quia sunt passiones: et quædam quia sunt viæ ad substãtiam, aut ad relationẽ, aut quia sunt non ens, aut qualitates, aut agentes: aut generantia substantiam, aut aliud eo-*

B *rum, quæ dicuntur esse in substantia, aut quia negant aliquod istorum accidentium, aut substantia. Et similiter dicimus etiam de eo, quod non est ens, vnum quòd non est ens. Quemadmodum igitur sciẽtia sanorũ est vna, sic scientia aliorum similiũ. Quoniã non est vnius scientiæ cõsyderatio de rebus, quæ dicuntur de vno tãtum, sed etiam consyderatio de rebus, quæ attribuuntur vni naturæ. Et, quia ista*

C *dicuntur de vnoquoq; modo, manifestum est igitur, quod vnius scientiæ est consyderatio de entibus vniuersaliter. Et scientia, quæ est sciẽtia in rei veritate in omnibus rebus, est scientia rei prioris, per quã continuantur aliæ res, & propter quam vocantur, & dicuntur. Si igitur hoc prius sit substantia, manifestum est, quòd cognitio principiorum, & causarum substantiæ debet esse in Philosopho. Sed vnũ-*

D *quodque genus habet vnam scientiam: verbi gratia scientia vocis est vna, & debet consyderare in omnibus vocibus. Et ideo dicimus, quòd consyderatio de omnibus formis entis vniuersaliter est vnius scientiæ secũdum genus. formæ autem sunt formæ formarum.* 2

De æquiuoco non cõsyderat vna ars.

Cùm autẽ declarauit, ꝙ vna sciẽtia debet consyderare de ente, fm ꝙ ens est, vult declarare, ꝙ hoc nomẽ ens non est æquiuocum. si. n. esset æquiuocũ non consyderaret de eo E vna ars. Et d. Et ens dicitur multis modis, &c. i. & nomen ens dicit' multis modis, & non ęquiuoce, sicut canis, qui dicitur de latrabili & marino: neq; vniuoce, vt animal de homine, & asino: sed est de nominib', quæ dicuntur de rebus atribũtis eidem, & sunt media inter vniuoca & ęquiuoca. Et hoc intendebat, cum d. sed attribuitur vni rei, &c i. & ista, quæ attribuuntur eidem non attribuunt' eodem modo, sed modis diuersis, & quædã attribuunt' eodẽ modo, sed diuersantur fm magis & minus. sicut hoc nomẽ substantia, F quæ dicitur de formis & de indiuiduo. Et, quia sana attribuunt' sanitati modis diuersis, sicut nouem prædicamenta attribuunt' ad esse, quia sunt in vero ente, quod est substantia modis diuersis, incœpit notificare diuersitatem modorũ, qui inueniuntur in talibus nominib', ad demonstrandum ꝙ ita est de hoc nomine ens cum substantia & cũ alijs prædicamẽtis, & d. quoddam enim dicitur sanum, &c. i. quædam enim dicuntur sana, quia attribuunt' sanitati hoc modo, s. quia conseruant sa

G nitatem. ſicut dicim⁹ ꝙ exercitium eſt ſanum, quia cõſeruat ſanitatem: & quædam attribuunt̃ ſanitati, qa faciunt ſanitatem, ſicut dicimus ꝙ potio accepta eſt ſana. & ſiſr dicim⁹ ſanum ſignum, quod nunciat ſanitatem: ſicut dicimus de criticis laudabilibus. & ſiſr dicimus ſanum illud, quod cito recipit ſanitatem, ſicut corpus mundum ab humorib⁹. Et, cùm adduxit ea, q̃ attribuuntur vni fini, induxit exemplum ẽt de rebus, quæ attribuunt̃ vni agenti, & d. Et ſimiliter attribuit̃ eſſe medicũ medicinæ, i. & ſimiliter omne adiu-

H uans actionem medicinæ attribuit̃ medicinę. Et intendebat per hoc declarare, ꝙ attributa ei, aut attribuũtur eidem fini, aut eidem agẽti, aut eidem ſubiecto, ſicut nouem prædicamenta ſubſtantiæ. D.d. quoddam enim dr̃ medicum, &c. i quoddã. n. dicit̃ medicum, quia acquirit artem medicinæ, v.g hõ medicus: & quoddam, qnia conuenit actioni medicinæ, v.g. dieta. D.d. & quoddam, qa facit actionem medicinæ, licet non ſit medicus. vetula. n. q̃ medicabat cũ illa herba, ſicut dr̃, agebat actionem medicinalem, licet nõ erat me-

I dica. D.d. Et ſiſr etiam ens dicitur multis modis. ſed omnes illi modi attribuuntur vni primo. i. & ſiſr hoc nomen ens, licet dicatur multis modis, tñ in omnibus dicitur ens, quia attribuitur primo enti ſubſtantiæ. & iſtæ attributiones in vnoquoque eorum ſunt diuerſæ. prædicamẽta enim attribuuntur ſubſtantiæ, non quia eſt agens aut finis eorum, ſed quia conſtituunt̃ per illam, & ſubiectum eſt eorum. & vſr non dicunt̃ entia, niſi quia ſunt diſpoſitiones entis, & multi homines negãt ea eſſe.

Prędicamẽta accidentiũ nõ attribuuntur ſubꝫ, quia ſit agens, aut finis eorũ

albedo enim non eſt, ſed album. D. incœpit declare modos, ſm quos attribuunt̃ ſubſtantiæ, & d. quædã enim dr̃ entia, &c. i. quoddam dr̃ ens, quia eſt exiſtens per ſe, & eſt ſubſtantia: & quoddam dicit̃ ens, quia eſt paſſio ſubſtantiæ. & intendit per viam ad ſubſtãtiam motum ad ſubſtantiam. motus. n. dicitur ens, quia eſt via ad verum ens. Et intẽdit per relationem, quia eſt comparatio entis ad ens. & intendit relationem, q̃ dr̃ ens, ſm ꝙ determinatũ eſt ĩ aliis locis. & dr̃ ẽt ens illud, quod eſt priuatio entis. & hoc nomen ẽt ens dicitur modo cõſimilitudinis. dr̃. n. ſubſtantia illud, quod facit ſubſtantiã, ſicut dicentes hic eſſe virtutes & formas facientes ſubſtantiam. & ſiſr dicit̃, ꝙ elementa ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ. & hoc intendebat, cũ d. aut generantia ſubſtantiam. D. d. aut aliud. i. & dicit̃ ẽt ens illud, quod exiſtit in ſubſtantia. & hoc vſr eſt cæteris prædicamentis. D d. aut qa negãt, &c. i. qm̃ quemadmodum hoc nomen ens dr̃ de oĩbus iſtis modis, ita etiam dicitur de negatione & affirmatione. Et intendebat per hoc, ꝙ hoc nomen ens dr̃ de ptimis ĩtelligibilibus, & ſecũdis: & ſunt res Logicæ. Et, cum declarauit, ꝙ hoc nomen ens dr̃ omnibus modis iſtis, incœpit declarare ꝙ cognitio eorum, quæ dñr tali modo, eſt vnius ſcientiæ, & d. Quemadmodum igit̃ ſcientia vna conſyderat de rebus attributis ſanitati, ſ. medicinal, ita vna ſcĩa debet conſyderare de omnib⁹ attributis enti. D.d. Qm̃ non eſt vnius ſcĩæ conſyderatio, &c. i. res enim, q̃ habent vnam ſcĩam, non tm̃ ſunt, quarum ſubiectum eſt vnum genę, aut ſpecie dicto vniuoce, ſed qua-

K ſed q̃a cõſtituunt̃ p illã, & ſubiectum eſt eorum. Sed vi. oppoſi. 2. de Anima. 36 Vide cõc. Zim.

Motus dr̃ ens, quia ẽ via ad verum ens.

E

Hoc nom ẽ ens dr̃ de primis intelligibilibus & ſecundis.

M

Res. q̃ hñt vnã ſciam nõ tm̃ ſũt quarũ ſubiectũ ẽ tm̃

A quatum eē attribuitur vnī finī, aut vni agēti, aut vni ſubiecto. Et dixit hoc, quia iſta eſt diſpoſitio entium, ſ. quæ attribuuntur vni fini, aut vni complemento. & hoc eſt quæſitum in hac ſcientia. D.d. Et, quia iſta dicuntur, &c.i. &, quia declaratum eſt ꝙ hoc nomen ens dī modo modorum rerum, de quib⁹ dī hoc nomē vnum, manifeſtum eſt, ꝙ vna ſcīa conſyderat de ente. & diſpoſitio in hoc modo generis eſt ſicut diſpoſitio in genere, quod dicitur vniuoce: quia prædicabilia eſſentialia inueniuntur in hoc genere, quod dicitur multipliciter, ſicut inueniunt in genere, quod dī vniuoce. ſed hoc nō inuenitur in genere, quod dicit æquiuoce. & licet īueniatur in quodam aliquod verum, tn̄ non eſt eſſentialiter. poſſibile ē. n. vt aliquod prædicabile prædicetur vere de aliquo noīe æquiuoco, v. g. omnis canis eſt pulcher, ſed nō inuenitur in eis prædicabile eſſentiale omnino. D.d. Et ſcientia, quæ eſt ſcientia in rei veritate, &c.i. & manifeſtum eſt, ꝙ vera ſcīa in talibus rebus, quæ dicuntur per attributionē, eſt ſcientia primi, quod eſt in illo genere, per cuius continuationem cum alijs attribuuntur illa alia ei, & à ſuo nomine denominantur. D. dedit aliam propoſitionem manifeſtam, & d. Si igitur hoc prius ſit ſubſtantia, &c.i. ſi igitur prius decem entium eſt ſubſtantia, vt poſt declarabitur: & Philoſophus eſt ille, qui ſcit primas cauſas omnium, neceſſe eſt vt cognitio principiorum ſubſtantię ſit accepta in definitione Philoſophi. Dicitur enim, ꝙ Philoſophus eſt ille, q ſcit principia & cās ſubſtātiæ. & iſta eſt declaratio p̄dictæ qōnis, in qua dī, vtrū vnius ſcīæ eſt conſyderatio de ſubſtantia, aut non. D.d. Sed vnūquodq; genus, &c.i. & ēt manifeſtū eſt, ꝙ quodlibet genus entium hēt vnā artē, & vnam ſcīam conſyderātē in oībus ſpēbus illius generis. v.g. ꝙ ſonus eſt vnum genus, & hēt vnā ſcīam conſyderantem in oībus ſpecieb⁹ ſonorum, ſ. Muſicam. D.d. Et ideo dicimus, ꝙ conſyderatio, &c.i. & hoc, qđ d. manifeſtum eſt ex prædictis. Poſuit. n. ꝙ quodlibet vnum genus habet vnam ſcīam: & manifeſtum eſt ꝙ ens eſt vnum genus: ergo ens hēt vnam ſcīam. D.d. formæ autem ſunt formæ formarum. i. formæ autem, quas quidam dicunt, cō ſyderandæ ſunt in hac ſcientia. ſicut enim apud dicentes eas formæ formarum entium, & ita hæc ſcientia conſyderat de formis: ergo conſyderat de formis formarum.

Si itaq; ens, & vnū idē, ac vna natura ſunt, propterea ꝙ ſeinuicem ſequunt, quemadmodum principium, & cauſa, ſed non ꝙ vna ratione ſignificātur, * nihil quidem refert, ſi etiam ſimiliter putabimus, quinimmo magis proderit. Idem enim vnus hō, & ens hō, ac hō. & non ſignificat diuerſum aliquid ſm dictionem repetitam, i. homo, & homo, & vnus homo. Patet autē ꝙ non ſeparatur ens, nec in generatione, nec in corruptione. ſimiliter & ī vno. Quare manifeſtū eſt ꝙ additio in his idē ſignificat, & ꝙ vnum nihil aliud eſt præter ens. Itē cuiuſq; ſubſtātia vnum eſt, non ſm accidēs: ſimiliter & * ipſum ens quoduis

* a.l. nihil autem.

* a.l. quod ꝓprie ens quid.

G Quare quot vnius ſpecies, totidem & entis ſunt, de quibus ipſum quid eſt ſpeculari, eiuſdem genere ſcientię eſt. dico autem, vtputa de eodem, & ſimili, cæteriſque huiuſcemodi. ferè autem omnia contraria ad hoc principium reducuntur.

Vnum autem & ens cum ſint idem, et habeant eandem naturã, conſecutio vtriuſq; ad alterum eſt, ſicut conſecutio principij & cauſæ vnius ad alterum, non quia eadem
H *definitio ſignificat vtrunq;. Nulla autem differentia eſt inter ea, & ſi exiſtimantes fuerimus tali exiſtimatione. Sermo enim dicẽtis homo vnus, aut homo eſt, aut homo iſte, idem ſignificat, & non diuerſa ſignificat apud iterationem. Manifeſtum eſt. n. quòd ſermo dicens homo iſte, & homo vnus, & homo eſt, non ſignificat diuerſa: cũ non ſit differentia inter dicere homo iſte, & homo, neq; in generatio*
I *ne, neq; in corruptione. et ſimiliter eſt etiam de vno. Manifeſtum eſt igitur quòd additio in iſtis ſignificat idem, & non ſignificat vnum aliud ab ente. Et etiam ſubſtantia cuiuslibet eſt vna non modo accidentali: et ideo dicimus, quòd ſubſtantia cuiuslibet vnius cõis eſt eſſe eius. Manifeſtum eſt igitur, quòd formæ vnius ſunt ſecundũ numerum formarum entis, & vnius ſcientiæ eſt conſyderatio ſimiliter de iſtis formis. ſ. quòd vnius ſcientiæ eſt cõſyderatio de conuenienti,* K *& ſimili, & de alys rebus ſimilibus. & vniuerſaliter oĩa cõtraria attribuuntur huic primæ ſcientiæ.*

Cùm declaranit, ꝙ vnius ſcientię eſt conſyderatio de ente & de cauſis ſuis, ſ. ſubſtantia, & de cauſis ſubſtantiæ, vult etiam declarare, ꝙ iſtiꝰ ſcientiæ etiam eſt conſyderatio de vno, & dicit: Vnum autẽ & ens, &c. i. cõſyderatio aũt de eo, quod ſignificat vnũ, eſt iſtius ſcĩæ etiam. Q̃m vnum & ens, aut ſignificat idem oĩbus modis, ſ. definitione & ſubiecto, aut vtrunq; conuertit ſuper alterũ, & conſequit illũ: quia ſignificant eandem naturam ſubiectõ, & duas definitiones, ſicut principium & cauſa. Nulla n. eſt dĩa in hoc, quod intendimus inter iſta duo, ſ. ꝙqũocunque ſit illud, qui conſyderat de ente, debet cõſyderare de vno. & ſi exiſtimantes fuerimus, ꝙ diuerſas habent definitiones, tñ manifeſtũ eſt per ſe, ꝙ perfecte conſequuntur adinuicem. oĉ. n. ens eſt vnum & econuerſo. & iſta eſt cõſecutio, quam dixit. Et, cùm dixit ꝙ nulla eſt differẽtia inter has duas opiniones de vno & ente, ſ. in hoc ꝙ ſciẽtia vna debet conſyderare de eis, incœpit declara- M
re ea ſignificare eãdem naturam in forma, licet diuerſificentur ſm modum, & d. Sermo. n. dicentis, &c. i & eſt neceſſe vt vnum & ens ſignificẽt eandem naturã, non duas naturas diuerſas: quia eadem natura intelligitur cùm dicimus vnus homo, aut homo eſt, i. ens, aut iſte homo. quia iſtæ dictiones iterantur, licẽt importent diſpoſitiones diuerſas. Deinde confirmauit hoc, & d. Sermo. n. &c.

3 Ens & vnũ ſignĩãt eãdẽ naturã ſubiecto. Sed vid ꝙ poſitũ 12. Met. cõ. 2 & 22. vbi d. ꝙ nulli naturã ſignificant.

L Vide contra. Zim.

ideſt

A ideſt,qm̃,quemadmodum manifeſtum eſt, ꝙ nulla differentia eſt inter dicere iſte homo,& homo, neque in generatione, neq; in corruptione:ita eſt inter dicere homo, & iſte homo vnus,ſ. ꝙ quemadmodũ nou numeratur ſubiectum, quando dicimus iſte homo & homo, neque in generatione, neque in corruptione:quia dicere nec ī generatione nec in corruptuone eſt duplex negatio hominis: ita etiam eſt cùm dicimus iſte homo, & iſte homo vn⁹. hoc enim nomen vnum ſignificat ex eo negationem,& eſt priuatio di

B uiſibilitatis. Auic.autem peccauit

Digreſſio. Opin o Auic. multum in hoc, ꝙ exiſtimauit, ꝙ vnum & ens ſignificant diſpoſitiones additas eſſentiæ rei. Et mirum eſt de iſto homine,quomodo errauit tali errore.& iſte audiuit Loquẽtes in noſtra lege, cum quorum ſermonibus admiſcuit ipſe ſuam ſcientiam Diuinam. dixit enim ꝙ diſpoſitionum quædam ſunt intentionales,& quædam animales, ſiue eſſentiales.& dixit, ꝙ vnum & ens reducuntur ad eſſentiam diſpoſitam per illa,& non ſunt diſpoſitiones additę eſſentiæ,ſicut eſt diſpoſitio in albo

C & nigro & vno. Et iſte homo ratio

Motiuum Auicẽnæ. cinatur ad ſuam opinionem,dicendo ꝙ,ſi vnum & ens ſignificãt idẽ, tunc dicere ens eſt vnum eſt nugatio,quaſi dicere vnum eſt vnũ,aut

Solo com. ens eſt ens. Et hoc non ſequeretur, niſi diceremus, ꝙ dicere de aliquo ꝙ eſt ens & vnum,ꝙ ſignificant eãdem intentionem & eodem modo. Nos autem diximus, ꝙ ſignificant eandem eſſentiam,ſed modis diuerſis,non diſpoſitiones diuerſas eſſentiæ additas. & ſm hoc non eſt dr̃ia apud iſtũ hoīem inter ſignationes, q̃ ſignant eandẽ naturam modis diuerſis,abſq; eo ꝙ ſignent intentiões additas illi,& inter ſignificationes, q̃ ſignant ī eadẽ eſſentia diſpoſitiones additas illi, ſ. diuerſas ab ea in actu. Et fecerunt errare illũ hoīem res,quarũ quædã eſt, qa innuit hoc nomẽ vnũ de genere noīum denominatiuorũ,& iſta noīa ſignant accidens,& ſubſtantiã. Et ẽt, quia exiſtimauit,ꝙ hoc nomen vnũ ſignificat intentionem in re carente diuiſibilitate,& ꝙ illa intentio eſt alia ab intentione,q̃ eſt natura illius rei. Et ẽt,quia exiſtimauit, ꝙ vnum dictũ de oĩbus p̃dicamẽtis, eſt illud vnũ, qđ eſt principiũ numerorũ. numerus aũt eſt accidens. vnde opinatus fuit iſte,ꝙ hoc nomen vnũ ſignificat accidens in entibus: & non intellexit,ꝙ vnum,qđ eſt principiũ numerorum,eſt ex entibus, de quibus dr̃ hoc nomẽ vnũ,licet ſit magis dignum hoc,ſicut ſcies in Nono tractatu iſtius libri. D.d.Manifeſtũ eſt igit̃,ꝙ additio,&c. & intendit p additionem hoc, quod addimus vnũ &ens eidem.v.g.qñ dicimus iſte homo, & iſte homo vnus, & qñ dicimus,iſte homo & iſte homo, nec in generatione,nec in corruptione. & iſtæ duæ ſignationes ſunt idem: qa dicere, iſte homo ſignificat vnum hoīem p conſignificationem. & cũ propalatur hoc nomen vnũ,nõ erit dr̃ia inter duas ſignationes, niſi qa in illo ſignificatur vnũ p conſignificationem,& hic per ꝓpalationem. D.induxit aliã rõcinationẽ ad declarandũ,ꝙ vnũ ſignat de re diſpoſita ſuã naturã , non rẽ additã illi,& d. Et etiam ſubſtantia cuiuslibet,&c.i. & etiam apparet, ꝙ vnum non dicitur de re addita naturæ diſpoſitę ex

D

Cã erroris Auicẽnæ. Denolatiua ſignãt ſubſtãtiã, & accidẽs Idẽ.7. Me. c.16. & q ibi.

E

F

G hoc, quia ſubſtantia cuiuſq; rei eſt vna eſſentialiter, non per rem additam illi. Quoniam, ſi res eſſet vnū per aliquam rem additam ſuæ naturæ, ſicut credit Auicenna, tunc nihil eſſet vnum per ſe, & per ſuam ſubſtantiam, ſed per rem additam ſuæ ſubſtantiæ. Et illa res, quę eſt vna, ſi dicitur ꝙ eſt vna per intẽtionem additam ſuæ eſſentiæ, quęretur etiã de illa re, per quam fit vna, & per quid hæc vna: ſi igitur fit vna per intentionem additam illi, reuertitur quæſtio, & procedetur in infinitum.

Deinde d. & ideo dicimus, ꝙ ſubH ſtantia cuiuſq; vni' communis eſt eſſe eius. & ideo dicimus, ꝙ ſubſtãtia cuiuslibet vnius, per quam eſt vnum, eſt ſuum eẽ, ꝙ quod eſt ens.

Deinde d. Manifeſtum eſt igit', ꝙ formæ vnius ſunt ſecundum numerum formarum entis. i. declaratum eſt igitur ex hoc ſermone, ꝙ formæ, quas ſignificat vnum, ſunt ſecundum numerum formarum, & naturarum, quas ſignificat ens, ſ. ꝙ vtrunq; ſignificat decẽ ꝓdicamẽta.

Deinde d. & vnius ſcientię eſt conſyderatio, &c. i. & manifeſtum etiã, ꝙ vnius ſcientiæ eſt conſyderatio I de omnib' iſtis formis, & de ꝓprijs eis, & conſequentibus ipſas. & iã diximus prius, ꝙ vnius ſcientiæ eſt cõſyderatio, &c. i. ꝙ iſta ſcientia conſyderat de conuenienti & de diuerſo, & ſimili & diſſimili, & eodẽ, & ęquali & inęquali, & vniuerſaliter de omnibus contrarijs conſyderat, & reducit ea ad prima contraria. omnia enim contraria ſunt conſequentia ens, ſecundum quod eſt ens. & conſyderatio iſtius ſcientiæ eſt de primis cauſis in vnaquaque iſtarum rerum.

Conſyderata ſunt autem hęc K in electione contrariorum. Atq; tot Philoſophiæ ptes ſunt, quot ſubſtantiæ. quare neceſſe eſt vt aliqua earum prima, & alia ſequens ſit. ſunt autem ſubinde habentia genera, ipſum vnū & ens: quare ẽt ſcientiæ ſequentur iſta. Philoſophus nanq; eſt, vt ille, qui Mathematicus dicitur. & hęc. n. habet partes. ac prima q̃dam, & ſecunda ſcientia eſt. cæteræ quoq; conſequenter in Mathematibus. Cęterū, cùm vnius ſit oppoſita ſpeculari, vni uero L opponitur pluralitas, negationem quoque & priuationem vnius eſt ſpeculari: propterea quòd vtroque modo vnum ſpeculatur id, cuius eſt negatio, aut priuatio, ſiue quæ ſimpliciter dicitur, quòd non ineſt illi, ſiue alicui generi. ibi ſiquidem vni differẽtia eſt, præter illud, quod in negatione. negatio nanque abſentia illius eſt. in priuatione vero & ſubiecta quædam natura fit, de qua priuatio dicitur. vni autem pluralitas opponi- M tur. quare etiam prædictis oppoſita, diuerſum, diſſimile, & inæquale, & quæcunque alia, quæ aut ſecundum eadem dicũ tur, aut ſecundum pluralitatem, & vnitatem cognoſcere dì ctæ ſcientiæ eſt. ex quibus vnū quidem eſt, & ipſa contrarietas. contrarietas enim differentia quædam, differentia vero diuerſitas. Quare cùm vnum multipl' dicat', hęc quoq; multipl' qui-

A quidem dicentur. Vnius tamen est cuncta cognoscere. nō enim si multipliciter, ideo alteri⁹. sed si neque secundum vnum, neq; ad vnum rationes reducuntur, tūc alteri⁹. Cū āt ad ꝑmū cūcta reducunt, vtputa ꝗcunq; vnū dñr ad primum vnū, similiter de eodem, & diuerso & contrariis dicendum se habere. Quapropter diuidendo quoties singula dicuntur, sic attribuēdum est ad primum in vnoquoque predicamento, quomodo ad il-
B lud dicitur. quædam enim eò ꝙ habent illud, quædam eo ꝙ faciunt, quædam secundum alios huiusce modi modos dicentur. Manifestum itaque quod in dubitationibus dictum est, vnius esse tam de his, q̄ de substantia rationem habere. hoc autē vnū erat eorum, quæ in dubitationibus diximus.

Et nos perscrutabimur de hac opinione, cum distinguemus cōtraria. Et diuisiones, & partes Philo
C *sophiæ sunt secundum numerū substantiarum. manifestū est igitur, quòd istæ substantiæ habent vnā substantiam priorem illis, & altiorem omnibus necessario. & prima genera sunt vnum & ens: & ideo scientiæ consequuntur hæc genera. Philosophus enim assimilatur Mathematico. scientia enim mathematica habet partes. & istarum scientiarum Mathematicarum hoc est primum, & hoc est secundum. & similiter de alijs se-* D *cundum hūc modū. Et, cùm vnius scientiæ est consyderatio de substātys secundū oppositionē æqualem, & æqualiter oppositū vni in situ est multitudo, manifestū est igitur quòd vnius scīæ ē cōsyderatio de negatione & priuatione. consyderatio. n. de vtroq; est vna, & vnius aut erit negatio, aut erit priuatio, q̄ dicitur simpliciter, quòd non est hoc, aut alicui generi. inter igitur vnū, & negationē est differentia.* E *quia negatio est ablatio vnius, priuatio autem habet naturam subiectam sibi, de qua dicitur priuatio. Cum igitur fuerit oppositum in situ vnum multo, manifestum est, quòd opponetur in loco diuersum, & dissimile, & non æquale, & alia, quæ dicuntur hoc modo, aut modo multitudinis. Et, cum scientiæ, quā diximus, ē cognitio vnius & contrarietas est vnum istorum, & vnum dicitur multis mo-* F *dis, manifestum est, quòd hæc contraria dicuntur etiam de multis speciebus. Et vnius scientiæ est cognitio omnium, sicut est cognitio vnius. quoniam, si ista dicuntur de multis speciebus, tunc cognitio omnium non est plurium scientiarum: sed cognitio eorum erit plurium scientiarum, cum non fuerit proprium eis, sicut diximus aliquid vnū, & nō dicentur de vno:*

G *Cùm igitur attributio omniũ contrariorum eſt primo, quod eſt primum eorũ, verbi gratia, quòd omnia, quæ dicũtur vnum, attribuuntur vni priori. & ſimiliter dicimus de illo, quod dicitur idem & diuerſum, & de contrarijs. Oportet igitur determinare primo ſecũdum quot modos dicitur vnumquodq; iſtorum, & attributio eorũ ſuis principijs, & narrare quomodo attribuuntur eis omnia prædicamenta. quoddam enim dicitur*
H *primum, quia habet primum quoquo modo: & quoddam dicitur primum, quia agit aliquam actionẽ primi quoquo modo: & quoddam dicitur primum alio modo iſtorum modorum. Manifeſtum eſt igitur, quòd oportet ſcire iſta, & declarare definitionem eorum, & definitionem ſubſtantiæ. & iſta quæſtio eſt vna earũ, de quibus perſcrutati fuimus in capitulo quæſtionũ.*

I Et nos perſcrutabimur, & declarabimus, ꝙ cognitio omnium contrariorum attribuitur huic ſcientię
4 primæ, cùm diſtinguemus ſm quot modos dicuntur contraria. D.d. Et diuiſiones & partes Philoſophiæ, &c.i. & ſi diuiſiones, & partes ſcientiæ iſtius, quæ dicitur prima Philoſophia, ſint ſm numerum ſpecierũ ſubſtantiæ: & ſubſtantiæ ſunt multæ: manifeſtum eſt, ꝙ iſtæ ſubſtantię habent vnam ſubſtantiã priorẽ, & altiorem omnibus eorum neceſſario D.d. & prima genera eius ſunt vnũ, & ens. i. & manifeſtũ eſt, ꝙ genera prima iſtiꝰ ſcĩæ ſunt vnum, & ens. & ideo conſequuntᵉ genera partium vnius ſcĩæ eorum genera entium, i. ſm numerum eorum erit, & conſequentur partes ſcĩæ vnius earum, & partes entium, q̃ ſunt in illa ſcĩa. & ideo numerus partium iſtius ſcĩæ erit ſm numerum ſpecierũ ſubſtantiarum. D.d. Philoſophus. n aſſimilatᵉ Mathematico, &c. i. & diſpoſitio in partibꝰ Philoſophiæ Primæ eſt ſicut eſt diſpoſitio partium Mathematicarum. quẽadmodũ enim Mathematicarũ quædã eſt pars prima, v.g. Arithmetica, & Geometria
E & quædam ſecunda, v.g. Perſpectiua & Muſica, ita eſt diſpoſitio ĩ partibus iſtius ſcientiæ. Pars enim prima eius conſyderat de ſubſtantijs abſtractis, ſ. non prima in doctrina, ſed prima in eſſe. Secunda aũt conſyderat de ſubſtãtia ſenſibili, & hoc eſt ſecundum in eſſe. primum autẽ in cognitione eſt ſubſtantia ſenſibilis. Conſyderatio. n. de ſubſtãtia ſenſibili & accidentibus ſuis eſt prima in cognitione. conſyderatio autem in ſubſtãtia abſtracta eſt poſtrema in cognitione, & prima in eſſe: & iõ
M dꝰ ſcientia Metaph. Et, cum declaratur, ꝙ iſta ſciẽtia cõſyderat de vno, cui opponitur multitudo, & cõſyderatio de oppoſitis eſt vnius ſciẽtiæ, incœpit declarare hoc, & d. Et, cum vnius ſcientiæ eſt conſyderatio, &c. i. & cum neceſſe eſt vt eadem ſcientia cõſyderet de oppoſitis in ſubſtãtijs: & multitudo opponitᵉ vni: manifeſtum eſt, cum iſta ſcientia conſyderet de vno, ꝙ debet conſyderare de multitudine. D.d. manifeſtũ eſt igitᵉ, &c. i. neceſſe eſt cũ conſyderatio iſtius ſcĩæ ſit in affirmatiuo & nega-

Hic ſcĩas medias enumerat ĩter Mathematicas ſcias. oppoſitũ vt ponit 2. ph. t. te. com. 20 Metaphyſica diuidit ur ſ duas partes. Idé, 12. Me. cõ. 1. &. 29.

A negatiuo, vt cõſyderet ẽt de vno & multitudine. quia vnum, aut ſignificat negationem multitudinis, aut priuationem eius, ſ. priuationẽ abſolutã, non priuationem, q̃ eſt alicuius in aliqua hora, & non in alia: & in aliquo ſubiecto, & non in alio. D.d. Iter igit̃ vnum, & negationem, &c.i. & diximus, ꝙ vnum, & multũ aut opponũtur ſm negationẽ & affirmationem, aut ſm habitũ & priuationem: quia dr̃ia eſt inter priuationem, & negationẽ. negatio.n. eſt ablatio alicuius negati ſimpliciter, priuatio aũt eſt ablatio eius à natu-
B ra terminata. &, cum illa natura fuerit diſpoſita per priuationem, erit illud ī forma affirmationis. & hoc intendebat cum dixit: de qua dr̃ priuatio. Et dr̃ia inter negationẽ & priuationem declarata eſt in Logica. Modus aũt, ſm quem vnum & multũ ſunt oppoſita, declarabitur in tractatu, ī quo loquitur de vno & multo, & de alijs contrarijs. D.d. Cum igitur fuerit oppoſitum in ſitu vnum multo, manifeſtum eſt, &c.i. & manifeſtũ eſt ꝙ, cũ oppoſitũ vnius eſt multũ, ꝙ idem opponitur diuerſo, & ſimile opponit̃ diſſimili, & æquale opponitur ad non æquale, &
C talia ſimilia, quæ opponunt̃ ſibi hoc modo, aut mõ vnius & multi. D.d. Et, cũ ſcīę, quam diximus, eſt cognitio, &c.i manifeſtũ ẽ igit̃, ꝙ iſtius ſcīæ ẽ ſcire vnũ: & hoc nomen vnũ dr̃ de cõtrario ſm ꝙ vnũ dr̃ contrariũ, & vnũ dr̃ de multo: manifeſtũ eſt, ꝙ hoc nomen contrariũ dr̃ de multis rebus. D.d. Et vnius ſcīæ eſt cognitio oĩum, &c.i. & neceſſe eſt pp oĩa iſta, vt vnius ſcīæ ſit cognitio oĩum modorũ contrariorũ, & eſt iſta ſcīa. eſt. n. eius cognitio modorũ vnius. D.d. qm̃, ſi iſta dr̃, &c.i. qm̃ ſi iſta dr̃ de multis rebus, tunc cognitio eorum nõ erit multarum ſcīarum. multa. n. q̃ ſunt multarum ſcīarum, ſunt multa, q̃ non attribuunt̃ vni. iſta autem, quæ attribuuntur vni, ſunt vnius ſcīę, ſicut prius declarauimus. D.d. Cum igit̃ attributio omnium contrariorum eſt primo, qd̃ eſt primum eorũ. v.g. &c. i. & cùm omnia iſta habẽt primum, cui attribuunt̃: & fuit neceſſe in hac ſcīa ſcire primum in vnoquoq;, & quõ attribuunt̃ ei ea, q̃ cõtinent̃ in illo genere, v.g. ꝙ neceſſe eſt ſcire vnũ, cui attribuuntur oĩa, quæ dicunt̃ vnũ, E & ſimiliter eſt diſpoſitio de contrarijs, & de eodem, & de diuerſo: oportet igitur præſcire ſm quot modos iſtorum dr̃ vnumquodq; eorum. Deinde d. ſcire attributionem eorũ ad ſua principia. & hoc fecit ī tracta tu quinto. in illo n. tractatu poſuit ītentiones omnium nominũ, de quibus conſyderat iſta ſcīa. D.d. & narrare quõ attribuuntur, &c.i. & narrandum eſt quid eſt primum ī vno quoq; genere iſtarum rerũ, iſta. n. inueniũtur plus q̃ in vno tractatu. v.g. quia vnum inuenitur in quanto, & in quali, & in ſubſtantia: & pri F mo quærendum eſt primũ in prædicamento ſubſtantię, deinde ī vno quoq; aliorum prædicamẽtorum.

D.d. quoddam enim dicitur primum, quia habet primum, &c.i. & ſimiliter oportet ſcire ſm quot modos dicitur primũ, quoddam enim dicitur primum, quia hẽt ſpẽm ſpecierum primi: & quoddam dicitur primum, non quia habet aliquam ſpẽm ſpẽrum primi, ſed q̃a hẽt aliquã actionẽ, aut paſſionẽ primi i. aut agit, aut recipit actionẽ aliquã actio-

Vide. 10. Met. tex. com. 9.

G actionũ primi. D.d.Manifeſtũ eſt igitur,ꝙ oportet ſcire, &c.i. & cum ita ſit,eſt manifeſtũ,ꝙ oportet Philoſophum ſcire definitiones ſubſtãtię iſtarum rerum, & definitionem ſubſtantiæ,quæ eſt cauſa oĩum iſtorũ. D.d.& iſta quæſtio eſt vna earum,&c.i.& iſta, q̃ hic declarauim⁹ eſſe conſyderanda in hac ſcientia, eſt vna quæſtionum difficilium, de quibus perſcrutati fuimus in tractatu præcedenti.

Philoſophi ẽ ꝺ oĩbus poſſe ſpecuları.

Et Philoſophi eſt de omnib⁹ poſſe ſpeculari.Si.n. non Philoſophi,quis erit, qui conſyderabit,ſi idem Socrates,& Socrates ſedens:aut ſi vnum vni contrarium:aut quid eſt contrarium, aut quoties dicitur? ſimiliter de cęteris quoꝙ huiuſcemodi? Cũ itaq; vnius,prout vnius, & entis prout entis,hæ per ſe paſſiones ſint, & non prout numeri, aut lineæ,aut ignis, patet ꝙ illi⁹ ſciẽtiæ eſt,& quid eſt cognoſcere,& accidentia eis. Et non in hoc errant, qui de his conſyderant,tanquam non philoſophãtes,ſed qm̃ ſubſtantia, de qua nihil ſciunt,prior eſt.Nam, quemadmodum & numeri, prout numerus eſt,ꝓprię paſſiones ſunt, vt imparitas paritas, commenſuratio æqualitas,exceſſus defectus,& hæc tum abſolutis, tum mutuo relatis inſunt numeris, ſimiliter ſolido, & immobili & mobili,& leui & graui aliqua,ꝓpria ſunt,ita & enti,,put ens eſt, quædã propria ſunt.& hęc sũt, de quibus veritatem conſyderare Philoſophi eſt. Signum autẽ eſt,ꝙ Dialectici, & Sophiſtæ eãdem quidem, quã Philoſophus ſubeunt figuram. Sophiſtica.n. apparens ſolum Sapientia eſt. Dialectici quoꝙ de omnib⁹ diſputãt.ens vero commune omnibus eſt. Diſputant autem de his.ſ.eò ꝙ hæc propria Philoſophiæ ſunt.circa idẽ.n.genus Sophiſtica, & Dialectica verſatur cum Philoſophia. verum Philoſophia ab hac quidem mõ potẽ ſtatis,ab illa vero electione vitę differt. Dialectica autem eſt tentatiua, de quibus Philoſophia ẽ cognitiua: Sophiſtica vero apparens,exiſtens vero minime.

Circa idẽ genus verſãt Dialectica Sophiſtica,& Philoſophia.

Et oportet Philoſophũ habere poſſe cõſyderãdi in oĩbus iſtis. Quoniã,ſi hoc non eſt Philoſophi, quis igitur debet perſcrutari de ſermone dicentis,quòd Socrates eſt ſedẽs et de ſermone dicentis quòd Socrates eſt ſtans? & ,ſi iſti duo ſermones ſunt idem? & ,ſi vnum eſt cõtrarium alteri,quid eſt contrariũ, & ſecundum quot modos dicitur? & ſimiliter de alijs ſimilibus ? Cùm igitur iſta,& ſimilia ſint accidentia vnius ſolius,& paſſiones entis ſimpliciter, & non ſunt paſſiones vnius & entis, ſecundum quòd ſunt numerus,aut linea, aut ignis,manifeſtum eſt, quòd ſcientia,quæ notificat vnum & ens,debet ſcire quid ſit vnum & ens,& quæ ſunt accidentia, quæ accidũt eis. Perſcrutãtes igitur de talibus

Vnius vt vnũ, & entis vt ens, eædẽ ſunt paſſiones. Vni⁹ ſciæ ẽ quid eſt cognoſcere,& accidentia eis.

rebus

A rebus non peccant, quia nõ perſcrutantur de rebus Philoſophiæ, ſed peccant, quia non perſcrutãtur de ſubſtantijs iſtarum rerũ, quæ ſunt priores. Quemadmodum.n. numerus, ſecundum quòd eſt numerus, habet accidentia propria, ſ. par et impar, & æquale & inæquale, & addens & diminuens, & iſta ſunt numeri, per ſe, & ſibi adinuicem, et ſimiliter ſubſtantia mobilis & immobilis, & graue & B non graue, habent alia accidentia prima propria, ſic & ens ſimpliciter habet accidentia propria. et iſta accidẽtia ſunt, de quibus Philoſophũ oportet perſcrutari. Et ſignum eius eſt, quoniã Logici et Sophiſtæ laborant in hoc, quod Philoſophus debet laborare. Scĩa.n. Sophiſtica eſt ſcĩa deceptoria tantũ. Logici aũt loquuntur de omnibus rebus. et ens eſt ſcĩa communis oĩbus. Et manifeſtum eſt, quòd iſti C loquuntur de iſtis rebus, quæ ſunt propriæ Philoſophiæ. ſcietia enim Sophiſtarum et Logicorũ reducuntur in vnum genus, ſcilicet genus Philoſophiæ. ſed differt Philoſophia ab altera illarum modo virtutis, ab alia autem per conſyderationem regiminis vitæ. Logicus enim ſcit illud, quod ſcit Philoſophus: Sophiſta autem exiſtimat ſcire, & neſcit in rei veritate.

Philoſophus debet pſcrutarí de talibus iſtis qõnibus, ſ.q̃ contingũt enti, in eo q̃ eſt ens. Qm̃, ſi Philoſophus nõ debet pſcrutari de ſermone dicẽtis, v.g. q̃ Socrates eſt ſedẽs, aut nõ ſedẽs, aut ſtans vtrũ iſti duo diuidãt falſum & verũ, aut nõ, quis igiť debet? Et ſiť qs debet pſcrutari de contrario, vtrũ habeat vnũ cõtrariũ, aut plus, & quid eſt cõtrariũ, & fm quot modos dr̃ cõtrarium, & ſimiliter de alijs rebus, quę aſſimilãtur iſtis? Et intendebat, qm̃, cũ manifeſtũ eſt, q̃ iſtę qõnes perſcrutandę ſunt in aliqua arte, & eſt manifeſtũ, q̃ ſcĩæ particulares non perſcrutant de eis neceſſe eſt vt iſta ſcĩa vltis perſcrutetť de eis. D.d. cũ igiť iſta, & ſimilia ſint accidentia vnius, &c.i. & cũ iſtæ qõnes, & ſui ſimiles ſunt accidentia vnius in eo q̃ eſt vnũ, & accidentia entis in eo q̃ eſt ens, nõ accidentia vnius in eo q̃ eſt vnũ, aut numerus, aut linea, aut vnus ignis, neq; accidẽtia entis fm q̃ eſt ens numerus, aut ens linea, aut ens ignis, manifeſtum eſt ſcĩa, quæ debet declarare ens fm q̃ eſt ens, & vnũ fm q̃ vnũ, debet ſcire quid eſt vnũ fm q̃ eſt vnũ, & quid eſt ens fm q̃ eſt ens, & q̃ ſunt accidẽtia eſſentialia ꝑ pria eis. D. d. Perſcrutantes igitur, &c.i. quòd illi, qui opinantur quòd perſcrutatio de iſtis rebus non eſt neceſſaria, non ſolum peccant, quia dimittunt perſcrutationem de rebus, de quibus Philoſophus habet perſcrutari, ſed & quia per hoc q̃ dimittunt perſcrutationem de iſtis, dimittunt perſcrutationem de alijs rebus, quæ ſunt principia omnium entium: & ſic accidit eis, vt nullum ens ſciant quod ſit in rei veritate. Deinde dedit rationẽ ſuper hoc, &

D E F

Qui opinãtur ſciant iſtã nõ eſſe neceſſariã accidit eis vt nullum ens ſciãt i rei veritate.

d. Quem-

C d. Quemadmodum.n.numerus ſm
q̃ eſt numerus,&c.i.& ét manifeſtũ
eſt.q̃ quemadmodũ numerus, ſm
q̃ numerus eſt, hẽt accidentia pro-
pria,de quib⁹ conſyderat Arithme-
ticus,v.g parem & imparem, & ad-
dens & diminuens,& quædã iſtorũ
accidentium ſunt accidentia ꝓpria
quibuſdam : & ſimiliter ſubſtantia
mobilis habet accidentia propria,ſi
militer ſubſtantia immobilis,& ſub
ſtantia grauis & non grauis habẽt
accidentia ſibi propria,ſic ens, ſm q̃
eſt ens habet accidẽtia propria ſibi.

Ex hoc pa
tet ens ha
H bere pro-
prias paſ-
ſiones.

D.d.& iſta accidentia ſunt,&c.i. &
de iſtis accidentib⁹,q̃ ſunt entiś, ſm
q̃ eſt ens,debet Philoſoph⁹ perſcru
tari. D.d. Et ſignum eius eſt,qm̃ Lo
gici,&c.i.& ſignum eius, q̃ Philoſo
phus debet perſcrutari de ente,& de
ſuis accidentibus,eſt, qm̃ illi,qui vo
lunt aſſimilare ſe Philoſophis, labo
rant in perſcrutando de iſtis inten-
tionibus,ſicut Philoſoph⁹ debet la-
borare.& hoc fuit ita, q̃ iſti ét con-
ſyderant de ente cõſyderatione vñi.

Cõe ẽ Lo-
gico Sophi
ſtę & Me-
taphyſico
loquiꝺ en
I te.Idem.j.
Met. cõ.1.
& ſecũdo.

D.d.Scientia enim Sophiſtica, &c.
i.ſcĩa autem Sophiſtarum eſt ſcien
tia,q̃ exiſtimatur eſſe ſciẽtia, ſed nõ
eſt ſic. Logici autem loquunt de his
oĩbus,de quibus Sophiſta,& Philo-
ſophus:& cõe eſt eis loqui de ente.
Et,cùm d.q̃ iſti conueniunt in ſub
iecto,dedit modum, ſm quem diffe
runt,& d.ſcientia enim Sophiſtarũ,
& Logicorum,&c.i. gen⁹ enim iſta
rum trium,in quo conſyderant, eſt
vnum,& eſt ens ſimpliciter. ſed Phi
loſophia vera differt à Logica per
modum ſciẽtiæ. Philoſophia enim
conſyderat de ente conſyderatione
demonſtratiua. Logica autem con-
ſyderatione probabili. Sophiſta ve
ro diuiditur ab eis per intentionem
intentam in via. Sophiſta.n.intẽdit
ſe videri Philoſophum, vt acquirat
gloriam,aut aliud gratiarum huma
narum. Philoſophus autem tũ in-
tendit ſcire verum. D.d. Logicus n.
ſcit illud, quod ſcit Philoſophus.i.
& d.q̃ Philoſophia & Logica diffe-
runt modo ſcĩæ.quia Logicus ſcit il
lud,quod ſcit Philoſophus: ſed vn⁹
eorum ſcit quod ſcit demonſtrati-
ue,& alius probabiliter. Sophiſta au
tem nullam habet ſcientiam,ſed tã-
tum facit exiſtimare ſe eſſe ſcien-
tem,& non eſt.

Philoſo-
phia vera
differt à
Logica per
modũ ſci-
entiæ. So-
phiſta ve-
ro diuidit
ab eis p in
tẽnonem
in tentã in
via.

Item contrariorum altera co-
ordinatio priuatio eſt, & cũcta L
ad ens & non ens, & vnum &
pluralitatem reducuntur, vtpu
ta ſtatus quidem vnius eſt,mo-
tus vero pluralitatis. Entia ve-
ro,& ſubſtãtiam ferè cuncti cõ-
cedunt ex contrarĩs compoſitã
eſſe.oẽs etenim principia aiunt
eſſe cõtraria.quidam par & im
par,quidam calidũ & frigidũ,
quidam finem & infinitum, q-
dam amicitiam & cõtentionẽ.
cætera quoq; omnia videntur
reducta ad vnum, & pluralita-
tem.accipiatur.n. reductio à no M
bis.principia vero & omnino,
& quę ab alĩs,in hæc tanq; ĩ ge
nera cadunt. Manifeſtum itaq;
ex his etiam eſt, q̃ vnius ſciẽtię
eſt ens,prout ens eſt,ſpeculari.
Cuncta etenim, aut contraria,
aut ex contrarĩs. principia ve-
ro contrariorum, vnum & plu-
ralitas.hæc autem vnius ſcien-
tiæ,ſiue ſm vnum dicantur, ſi-
ue non:ſicuti fortaſſis & veritas
ſe habet. Et quamuis vnum
mul-

A multipliciter dicaſ, ad primum
ñ cętera reducent, & contraria
ſimiliter. Ac ppea & ſi ens, aut
vnū non eſt vlę, et idē in oībus,
aut ſeparatū, ſicuti fortaſis nō
eſt, hæc nihilominus ad vnū, il-
la vero conſequenter. Et ppea,
non eſt Geometrę quid contra-
trarium, aut perfectū, aut vnū,
aut ens, aut idem, aut diuerſum
ſit ſpeculari, niſi ex ſuppoſito.
Quòd igitur vnius ſcīæ eſt ens
prout ens eſt, & q̄ ei prout enti
inſunt ſpeculari, manifeſtū eſt:
B et q̄ non ſolum ſubſtantiarum,
verū ēt eorum, quę ſubſtantiis
inſunt eadē ſpeculatiua eſt, ac il
lorū, quæ dicta ſunt: & de prio
ri & poſteriori, et genere & ſpe-
cie, & toto & parte, cæteriſque
huiuſcemodi.

Et etiam, quia priuatio eſt vna diuiſionum contrariorum, & omnū, quæ attribuuntur enti & non enti, & vni & multo, ſicut quies attribuitur vni, & motus multo.
C *Et oēs dicunt, quòd entia, & ſubſtantia componuntur ex contrarijs. & omnes loquentes dicunt, quòd principia ſunt contraria. quorum quidam dicunt, quòd principia ſunt par & impar, & quidā calidum & frigidum, et quidam finitum & infinitum, et quidam litem & amicitiam. & hoc apparet quòd omnia iſta & alia attribuuntur vni, & multo. & ideo ſcīēdum eſt cui attribuuntur iſta. principiorum autem aliorum ab* D
iſtis iſta ſunt quaſi genera. Et manifeſtū eſt ex his, quòd vnius ſcientiæ eſt conſyderatio de ente. Omnia.n. aut ſunt contraria, aut ex contrarijs. et principia contrariorum ſunt vnū & multum. & vna ſcīa habet cōſyderare de iſtis, & ſi dicuntur de vno, & ſi nō dicuntur. & videtur quòd iſte ſermo cōuenit veritati. Sed ſi vnum dicitur multis modis, tunc omnes modi eius attribuūtur vni primo, E
ſicut alia contraria attribuuntur primo. Et iſte ſermo eſt poſsibilis, & ſi ens, et vnum non fuerint idē vniuerſale prædicabile de omnibus etiam, & ſi non differunt ab alijs. videtur.n. quòd non eſt ſic: ſed quædam attribuuntur vni, et quædā ei, quod conſequitur vnū. Et ideo Geometra non habet dicere quid eſt contrarium, et quid eſt vnum, & quid perfectum, & idem et diuerſum, niſi ſecundum F
modum arocenix. Manifeſtum eſt igitur, quòd vna ſcientia habet conſyderationem de ente ſimpliciter, & quòd iſta ſcientia habet conſyderare non de ſubſtantijs tantum, ſed de his, quæ ſunt ſubſtantiarum etiam, ſcilicet prædictis, & ante & poſt, & genere & forma, & vniuerſali & particulari, & alijs ſimilibus:

6 G Et oportet ét Philoſophũ conſyderare de priuatiõe, & de modis ei⁹. priuatio. n. eſt vna diuiſionũ oppoſitorũ. & declaratũ eſt, ꝙ iſta ſcĩa cõſyderat de oppoſitis. & ét iſta ſcĩa cõſyderat de oĩb⁹ reb⁹: & oĩa, aut ſunt ens aut nõ ens, & priuatio ẽ nõ ens.

Priuatio ẽ nõ ens. vide. 1. Phy. com. 79.

Et intẽdebat declarare, ꝙ hæ duæ dr̃ię ſunt vniuerſaliores rerũ opinabiliũ, ſicut vnũ & multũ rerũ entiũ. & d. ſicut quies attribuit̃ vni. & intẽ debat ꝙ omne indiuiſibile ẽ immobile, & oẽ mobile ẽ corpus, & omne diuiſibile habet multitudinẽ. D.d. Et oẽs dicũt, ꝙ entia, &c. i. & omnes cõueniunt in hoc, ꝙ principia ſunt cõtraria, licet q dã dicunt ꝙ ſunt par & impar. D.d. & hoc apparet, &c. i. & apparet de iſtis, ꝙ oĩbus iſtis cõia ſunt vnũ & multũ. & ideo ſciendũ eſt à Philoſopho prima contraria, q̃bus attribuunt̃ oĩa cõtraria. D.d. principiorũ autẽ aliorũ, &c. i. principiorũ aũt, q̃ ſunt ſub iſtis principijs, iſta principia ſunt q̃ſi genera. D.d. Et manifeſtũ eſt ex his, ꝙ vnius ſciẽtię, &c. i. & manifeſtũ eſt, cũ iſta ſcĩa cõſyderat de cõtrarijs, ꝙ hẽt cõſyderare de ente in eo q ẽ ens. Entia enĩ I aut ſunt cõtraria, aut cõpoſita ex cõtrarijs. & caput huius cõtrarietatis ẽ vnũ & multũ. Et iſta diuiſio eſt ſm ꝓbabilitatẽ, & ſi nõ ſm neceſſitatẽ. corpus. n. quintũ, nec eſt contrariũ, nec ex cõtrario. & ſi r apparet econuerſo, ſ. ꝙ q cõſyderat de ente, debet cõſiderare de cõtrarijs. D.d. & vna ſcĩa hẽt cõſiderare, &c. i. & vna ſcĩa habet conſiderare de vno & ente, ſi dicant̃ de vno, aut pluribus. Et videtur, ꝙ iſte ſermo cõueniat veritati, ſcilicet ꝙ ens & vnũ dicunt̃ multis modis. ſed & ſi dicantur multis modis, attribuunt̃ tñ alicui primo ĩ eis, ſicut alia cõtraria attribuuntur alicui primo in eis. Et d. hoc q a, ſi non eſſent attributa alicui vni, nõ cõſideraret de eis vna ars. & d. hanc quæſtionẽ pp errorẽ dicẽtis ens eẽ vnũ.

Documentum. Corp⁹ qntũ: nec eſt cõtrariũ, nec cõpoſitũ ex cõtrarijs. Idẽ 1. Cœ. 20. & i lib. de Subſtãa orbis fere ꝑ totum.

K Documentum.

D.d. Et iſte ſermo ẽ poſſibilis, &c. ideſt ꝙ diceree vnũ ſignificare multum eſt poſſe. & ſi ens & vnũ non ſignificãt niſi vnã intentionem vſem in oĩbus rebus dictã vniuoce, neq; ét fuerit diuerſum ab oĩbus rebus.

Et d. hoc, quia iſti duo modi ſunt impoſſes. & ideo dixit: videt̃ enim ꝙ nõ eſt ſic. i. ꝙ vnũ nõ eſt hmõi, ſ. ꝙ ſignificet vnã intẽtionem in oĩbus rebus, neq; eſt ét intentio diuerſa in L oĩbus rebus. D.d. ſed quædã attribuuntur, &c. i. & verũ eſt, ꝙ quædã, de quibus vnum dr̃, attribuunt̃ primo vni, & quædam vni conſequẽti primũ, & quædam vni conſequenti ſecundũ. & ſic de alijs. D.d. Et ideo Geometra, &c. i. & ideo Geometra nõ habet declarare qd eſt cõtrariũ, & perfectũ, & vnũ, & idem, & diuerſum, niſi declararet, ꝙ aliquod iſtorum eſt negatũ ab aliquo, aut affirmatum cũ aliquo, ſ. ſm ꝙ appropiat quatillud ſuo ſubiecto, in quo conſiderat. D.d. Manifeſtum eſt igit̃, ꝙ M vna ſcĩa habet, &c. i. manifeſtum eſt igit̃ ex iſtis rebus p̃dictis, ꝙ vna eſt ſcĩa, & ꝙ iſta debet conſiderare de ente, ſm ꝙ eſt ens, & de accñtib⁹ ei⁹. & eſt ét manifeſtum ex prædictis, ꝙ iſta ſcientia habet conſiderare non tm̃ in ſubſtantijs, ſed ét in eis, quæ accidunt ſubſtãtiæ ſm ꝙ eſt ſubſtantia, v.g. de eis, q̃ iã numerata ſunt: & de ante & poſt, & de genere & forma, & de toto & parte. oĩa enim iſta ſunt accidentia eſſentialia enti, ſm ꝙ eſt ens: ſed quædam ſunt opinabilia, & quædam entia.

Summa

SVMMA SECVNDA.

De principiorum cognitione.

Ad Philoſophum, conſyderationem de Principijs omnibus communibus pertinere. Cap. 1.

Dicendum autem eſt, vtrũ vnius, an alteri⁹ ſcientiæ eſt de hiſce, quæ in Mathematib⁹ dignitates nominant, & de ſubſtantia ſpeculari. Patet itaq; q̃ vnius eſt, & eius, q̃ Philoſophi eſt, cõſyderatio. Omnibus enim B entibus inſunt, ſed nõ alicui generi ſeparatim ab alijs. & oẽs quidẽ vtunt, quia entis, prout entis ſunt. vnũquodq; aũt gen⁹ ens. at eatenus vtunt, quatenus eis ſatis eſt. hoc aũt eſt, quãtum illud continet genus, de quo demonſtrationes afferunt. Quare, cùm pateat q̃, prout entia ſunt, eis inſunt (hoc nanq; eis cõe eſt) illius de his ſpeculatio eſt, cuius eſt de ente, put ens eſt cognoſcere. Propter q̃ nemo eorũ, q̃ particulariter cõſyderãt, conat̃ ali- C quid de his, ſiue quatenus vera, ſiue nõ, dicere. nec enim Geometra, nec Arithmeticus, ſed Naturaliũ qdẽ merito hoc facientes. ſoli nãq; putabãt & de tota natura, & de ente cõſyderare. Cũ aũt aliquis adhuc ſuperior Naturali ſit (natura nanq; vnũ quoddã entis genus eſt) illius vĩs, & circa primã ſubſtantiã ſpeculatiui profecto fuerit de his ẽt conſyderatio. eſt aũt Naturalis ſapientia quædam, ſed non prima.

Et quærendũ eſt, vtrũ vna ſcia D *hẽt conſyderare de vniuerſalibus, quibus vtũtur ſcię Mathematicæ, & cõſyderat de ſubſtatijs, aut ſcia de primis propõnibus ẽ alia à ſcia ſubſtatiarũ. Manifeſtũ eſt igitur, quòd cõſyderatio de iſtis eſt vnius ſcię, ſ. ſcię Philoſophię. Iſta.n ſunt oĩum entiũ, & nõ ſunt vnius generis propry. & oẽs ſcię vtũtur iſtis, quia ſut entis ſimpliciter. & genus cuiuslibet iſtarum eſt ens. & ſcię* E *vtũtur iſtis ſecũdũ quãtitatẽ ſuffi-cientẽ. & iſta quãtitas ẽ ſecundũ modũ eorũ, q̃ cõtinẽtur ſub genere, quod volũt demõſtrare. Manifeſtũ ẽ igitur, quòd iſtæ dignitates vĩes ſunt oĩum ſciarũ vĩr, & ens cõicat iſtis, ſ. quòd illud, quod notificat ens ſimpliciter, notificat iſta ẽt. cognitio.n. eorũ ẽ vna. Et iõ nullus cõſyderãtiũ de particularibus intromittit ſe ad dicẽdũ in eis aliquid, neq; vere, neq; nõ vere, neq; Geometra, neq; Perſpectiuus. ſed quidam* F *Naturales dixerũt ĩ hoc aliquid: quia iſti ſoli exiſtimãt ſe perſcrutari de cognitione vĩs naturæ, & entis. Sed, cũ alia ſcia ẽ magis alta Naturali ſcia (natura.n. eſt vnum genus generũ entis) & ideo cõſyderandum eſt de iſtis ab eis, qui perſcrutãtur de cognitione totius, & de prima ſubſtantiarũ. ſcia enim Naturalis eſt vnius modorũ ſcientiarũ, ſed nõ eſt prima ſcientia.*

Cùm

7 G Cùm declarauit, ꝙ iſta ſcięt̄ia cō ſyderat de ente, & oīb⁹ attributis ei, vult perſcrutari ęt, vtrum iſta ſcientia habeat cōſyderare de primis propoſitionibus vniuerſalib⁹, quę ſunt principia omnis demonſtrationis. & ſi habet, qūo vtitur in eis, & quibus propōnibus. & eſt vna quæſtionum prædictarū in tractatu præcedenti. Et d. Et q̄rendū eſt, vtrū, &c. ideſt & oportet perſcrutari Piloſophum, vtrū vna ſcientia habeat conſyderare de principijs vniuerſalibus oībus ſcientijs ſpeculatiuis, & conſyderare de ſubſtantia: & ſic erit iſta H ſcīa conſyderans de hoc, ſicut conſyderat de ſubſtantia: aut ſcīa, quæ cōſyderat de prīcipijs cognitionis vniuerſalis, eſt alia a ſcientia, quæ cōſyſyderat de principijs ſubſtantiæ.

D.d. Manifeſtū eſt igit̄, &c. ideſt, dicam⁹ igitur ꝙ manifeſtum eſt ex hoc, quod dico, ꝙ conſyderatio de iſtis principijs eſt vnius ſcientiæ, ſ. iſtius, quæ eſt ſcientia Philoſophi. Iſta enim principia ſunt cōia omnibus generibus entium, de quibus cōſyderant artes ſpeculatiuæ. & qđ eſt cōe omnibus generibus entis eſt accidentium entis ſm ꝙ eſt ens: & I quod eſt tale, debet conſyderari abeo, qui conſyderat de ente ſimpliciter, ſ. Philoſopho. Et, quia omnis ſcientia vtitur aliqno proprio, & iā d. ꝙ oēs ſcientiæ vtuntur iſtis, incœpit dicere modum, ſm quem ſcięt̄iæ particulares vtuntur iſtis principijs vniuerſalibus, & d. & oēs ſcīę vtuntur iſtis, &c. ideſt & ſcientiæ particulares vtuntur his principijs, qa ſunt entis, ſm quod eſt ens, quod eſt gen⁹ omnium. Et, quia aliquis poteſt dicere, qūo ſcięt̄iæ particulares vtunt̄ re, quę non eſt ſui generis, incœpit declarare modum, quem declarauit in Poſterioribus, & d. & ſcīæ vtunt̄ iſtis ſm quantitatem, &c. i. & ſcientię particulares vtunt̄ quolibet iſtorum principiorum vniuerſaliū, nō ſm ꝙ ſunt vniuerſalia, ſed ſm quantitatem ſufficientem illi ſcientiæ, ſm ꝙ arctantur ad ſubiectum propriū, de quo cōſyderat illa ars: ſicut dicit in Poſterioribus. v.g. quia Geometra dicit in loco huius, de nullo ſimul affirmatio & negatio, illud, qđ eſt appropriatū ſuo ſubiecto, ꝙ ſcilicet omnis linea eſt ſymetra aut aſſymetra, & æquale ſiſt aut inæquale non ſunt ſm collocationem ſpecie- L rum ſub vno genere, ſed ſm collocationem proprij ſub cōi. & hoc, ſicut declaratū eſt in Poſtetiorib⁹. D.d. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ iſtæ dignitates, &c. i. & cùm omnis ſcientia cōſyderat de iſtis principijs modo proprio, manifeſtū eſt, ꝙ ſcientia, quæ vtitur eis p ſe, & generaliter, eſt vīs omnibus ſcięt̄ijs: & eſt Philoſophia.

D.d. & ens cōicat, &c. ideſt, & communicat iſtis principijs in cognitione ei⁹. qui enim ſcit ens, ſcit illud ex iſtis principijs. neceſſaria enim ē in cognitione entis principiorū cognitio. D.d. Et ideo nullus cōſyderan- M tium, &c. i. & quia ſcientia iſtorum eſt vīs, nullus loquentium in ſcientijs particularib⁹ intromiſit ſe ad loquendum de eis, ſed tm̄ quidā Naturales locuti ſunt de iſtis. exiſtimāt enim, ꝙ ſua ſcientia eſt vīs, quę debet cōſyderare de ente ſm ꝙ eſt ens. & cauſa huius exiſtimationis eſt, ſ. ꝙ nullū eſt ens niſi naturale. D.d. Sed, cùm aliqna ſcięt̄ia fuerit magis alta. ideſt, ſed cùm declaratum eſt, ꝙ alia ſcientia eſt magis alta, & magis communis ſcientia Naturali: & illa

Prīo Poſteriorū tex. com. 14.

debet

A debet cõſyderare de ente abſtracto, & de entibus abſtractis, qm̃ ſcĩa Naturalis non conſyderat niſi in quibuſdam generibus entium, ſ. mobilibus: neceſſe eſt vt iſta ſcientia perſcrutetur de iſtis principijs & propoſitionibus. & hoc intendebat, cũ d. & ideo conſyderandũ eſt de iſtis, &c. Et intendit per primam ſubſtãtiã primũ principiũ ſubſtantiarũ, & eſt Deus. & ſcientia Naturalis nõ eſt iſta ſcientia, quia non conſyderat de primo ente. Primum aũt hic eſt illud, quod eſt prius eſſe & nobi-
B litate & cauſalitate.

Naturalis ſi conſyderat de primo ente. qđ qũo intelligẽdus ſit, vide. 1. Ph. cõ. vlt. & 2. Ph. 16

Quæcunq; vero quidam eorum, qui de veritate dicũt, quonam modo oportet admitti, dicere conant̃, pp̃ ignorantiã Reſolutiuorũ hoc faciunt. oportet enim accedere hæc edoctũ, ſed nequaquam, dum audiunt quę-
rere. Quòd itaq; Philoſophi, & eius, qui de tota ſubſtãtia, quoad natura fert, ſpeculatur, etiam de principijs ſyllogiſticis eſt cõ-
C ſyderare, manifeſtum eſt. Decet autem illum, qui maxime circa quodq; genus cognoſcat, vt dicere habeat certiſſima rei principia. quare & illum, qui de entibus, prout entia, omnium certiſſima. hic aũt eſt Philoſoph⁹. Oſium autem certiſſimũ principium eſt, circa quod impoſsibile eſt mentiri. Notiſſimum etenim, vt hmõi ſit, neceſſe eſt. circa nanq; illa, q̃ non cognoſcunt, decipiuntur omnes. Et non ex ſuppoſitione. quod enim neceſſe eſt illum habere, qui quoduis entium intelligat, hoc non ẽ ſup-

Oſium certiſſimum principiũ ſit, circa qđ impoſſe ẽ mentiri.

poſitio. quod aũt cognoſcere il- D
lum neceſſe eſt, qui aliquid cognoſcat neceſſe eſt, vt vẽniat habens illud. Quòd igit̃ tale principium omnium certiſſimũ eſt, patet. Quid autem illud ſit, deinceps dicamus.

Quidam autem loquentes intromittunt ſe ad declarandum veritatem, & quomodo ſcienda eſt veritas: ſed non poſſunt hoc, quia neſciunt Analytica. ſed oportet addiſcentem verum primo ſcire iſta, E
& non quærere ea, cum quæretur ab eo de eis. Manifeſtum eſt igitur ex iſtis prĩcipijs, quòd Philoſophus debet conſyderare de rebus, q̃ ſunt magis altæ omnibus ſuſtantijs in rei veritate, & debet perſcrutari de principijs ſyllogiſmi. & qui habet cognitionem alicuius generis debet poſſe narrare, quæ ſunt principia illius generis permanentia in rei veritate. & ideo oportet illum, qui habet cognitionẽ entiũ F
ſimpliciter, vt poſsit narrare quæ ſint principia eorum in rei veritate. Philoſophus autem habet cognitionem entium ſimpliciter, & ipſe poteſt narrare principia vera. Et primum in rei veritate, quod eſt magis permanens quàm alia principia, eſt illud, in quo deceptio non eſt poſsibilis. Neceſſe eſt enim vt iſtud principium ſit valde manifeſtum, et notum. homines enim

G *non decipiuntur, niſi in eo, quod ne ſciunt. Et oportet illum, qui habet cognitionem alicuius entis, ſcire primum in rei ueritate ſine anaron. hoc enim primum non habet anaron, ſed neceſſe eſt concedere illud illum, qui habet cognitionem entis. hoc enim neceſſarium eſt ei. Manifeſtum eſt igitur quòd primũ uerũ permanens magis quam alia principia eſt, quod narrauimus. Et paulo poſt narrabimus,*
H *quod eſt primum.*

8 Cùm declarauit, ꝙ iſta ſcientia habet conſyderare de principijs cognitionis, vult declarare modũ cognitionis, qui ẽ poſſibilis principijs, & modum, qui eſt impoſſibilis, & d. Quidam autem loquentes, &c. i. q-dam aũt loquentes in ſciẽtijs ſpeculatiuis volunt demonſtrare primas propoſitiones. & iſti ſunt, quos dixit in Poſterioribus, quibus contingit circulo, aut demonſtratione procedere in infinitũ. D. d & quomodo ſciẽda eſt veritas. i. quærebãt
I quibus propoſitionibus, & quibus principijs oportet ſcire verũ exiſtẽs in primis propoſitionib⁹. & hoc nõ poſſunt, quia non inueniunt propoſitiones manifeſtiores primis: & ẽt quia contingit eis, aut circulo, aut demonſtrationem procedere in infinitum. Et cauſa erroris eorũ fuit, quia neſciunt quod dictum eſt in Analyticis de diſputationibus primarũ propoſitionum, & de differẽtia illius, quod eſt notum per ſe, & illius, quod eſt notum per aliud.

Prio poſt. te. com. 6.

K Deinde dicit modum, qui ſciend⁹ eſt ab addiſcente veritatem de iſtis principijs, & d. ſed oportet addiſcentem, &c. i. ſed quærens veritatem de iſtis principijs debet ſcire modos eorum, & in quo differunt ab alijs. & hoc erit, cùm fuerint parata, & nota apud ipſum, cùm quæſitus fuerit de eis, & non fuerit indigens quærere ea. Deinde incœpit dicere, ꝙ Philoſophus debet cõſyderare de 'iſtis', & dicit: Manifeſtũ eſt igitur ex iſtis, &c. i. manifeſtũ eſt, ꝙ, quemadmodum Philoſophus debet conſydera re de prima ſubſtãtia, quæ eſt altior omnibus ſubſtantijs, ſic habet etiã
L conſyderare de rebus, quæ ſunt magis veræ, q̃ altæ & magis altæ, ſ. de principijs ſyllogiſmi. ſyllogiſm⁹. n. eſt vnum entium, de quibus conſyderat Philoſophus: & Philoſophus debet conſyderare de principijs entium. Deĩde incœpit declarare hoc alio modo, & d. & ideo oportet illũ, qui habet cognitionem, &c. i & quẽ admodum oportet habentẽ cognitionem alicuius generis, vt habeat poſſe ad ſciendum principia cognitionis in illo genere, & ordines eorũ
M in cognitione, ſic oportet conſyderantem in ente ſm ꝙ eſt ens habere poſſe ad ſciendum principia cognitionis in eo ꝙ eſt cognitio, non prĩcipia alicuius cognitionis. D. d. Et primũ in rei veritate, qđ eſt, &c. i. & oportet ſcire primũ ex iſtis prĩcipiis qđ eſt magis manifeſtũ oĩbus: & illud primũ eſt, in quo eſt impoſſibile decipi, aut errare. Et hoc, quod dixit, manifeſtũ eſt. quẽadmodũ enĩ oportet Philoſophum attribuere quodlibet genus generũ entium alicui poſt in illo genere, & ſcire quid eſt illud primũ, ita oportet ipm, cũ cõſyderauerit de primis ꝓpõnibus,

artĩ-

A attribuere oſa, quæ ſunt in illo genere, alicui primo in eis, & ſcire quid eſt illud primum; quod eſt cauſa fidei in omnibus. D. d. Néceſſe eſt enim, vt illud primum, &c. i. & deſcripſimus primum in cognitione, quod eſt illud, in quo impoſſibile eſt decipi: quia neceſſe é vt illud primum ſit valde manifeſtum & clarũ nobis magis, q̃ alia. & quod eſt tale, impoſſibile eſt, vt aliquis decipiat in eo. omnes enim hoſes non decipiuntur niſi in eo, quod neſciũt, aut in eo, cuius cognitio non eſt valde manifeſta. D. d. & oportet illum, q̃ habet cognitionem, &c. i. & oportet illum, qui ſcit primum, vt ſciat verum, quod non habet contradictorium. contradictorium. n. primi eſt falſum. D. d. ſed neceſſe eſt concedere, &c. i. quia ex eo acquirit cognitio entuum. & vir omnis habens ſciẽtiam, aut fingens ſe habere, neceſſe eſt ei concedere hoc principium eſſe. D. d. Manifeſtum eſt igitur, q̃ primum verũ, &c. i. &, cùm hoc declaratum eſt, manifeſtum eſt q̃ primum verũ, quod eſt magis verum omnibus alijs, debet diſponi ſecundum q̃ dixim⁹, ſ. q̃ ſit impoſſe vt declaretur per aliud: & vt ſit manifeſtum maxime, ita q̃ nulla deceptio accidat in eo. & poſt declarabitur. q̃ principium eſt tale.

Idem. 2. Met. cõ. 1.

Hoſes nõ decipiunt niſi ſeo qđ neſciunt: aut in eo, cui⁹ cogni B tio nõ eſt valde manifeſta.

C

Idem enim ſimul ineſſe & nõ ineſſe eidem, & ſm idem, impoſſibile eſt. & quæcunq̃ alia annotarem⁹, ſint ad Logicas difficultates annotata. hoc autem oĩum eſt principiorum certiſſimum. habet etenim dictam annotationem. Impoſſibile nanq̃ eſt quẽpiam idem putare eſſe & non eſſe, quemadmodum quidam Heraclitum dicere arbitrabantur. non enim neceſſe eſt quæcunq̃ quis dicat, ea etiã putare. Quòd ſi non contingit ineſſe eidem cõtraria: annotentur autem à nobis etiam huic propoſitioni cõſueta, contraria vero opinio opinioni eſt, quæ contradictionis eſt. Et patet q̃ impoſſibile eſt ſimul eundem idem arbitrari eẽ, & non eſſe. ſimul etenim haberet opiniones contrarias, qui de ea re haberetur mendax. Quare omnes demonſtrantes ad hanc E vltimam opinionem reducunt. natura etenim hæc cæterarum quoque dignitatum omnium principium eſt.

D

Diſputatio contra eos, qui contingere idem eſſe, & non eſſe dicunt, & ita arbitrari. Cap. 2.

SVnt ãt qdã, q̃, vt dixim⁹, ip ſi quoq̃ dñt, cõtingere idẽ eſſe, & nõ eſſe, & ita arbitrari. vtunt ãt hac oõne multi q̃q̃ eorũ, q̃ de natura tractant. Nos ãt nũc accepim⁹, tãquã ĩpoſſe ſit, F de eodẽ ſimul eẽ & nõ eſſe. & p hoc mõſtrauim⁹, q̃ certiſſimũ hoc cunctorũ principiorũ eſt. Conant autem qdam hoc quoque, pbare, propter ignorantiã. Eſt etenim ignorantia, neſcire quorũ oportet q̃rere demõnẽ, & quorũ nõ. etenĩ oĩno ĩpoſſe ẽ oĩum eẽ demõnẽ. in ĩfinitũ nãque, pgrederet: q̃re nec hoc mõ eẽt demõratio. Si ãt aliquorũ nõ oportet q̃rere demõnẽ, quod

Ignorãtia quid.

G magis principium eſſe tale iudi
carent, dicere non haberent. Eſt
autem etiam de hoc demonſtra
re, redarguendo ꝙ impoſsibile
eſt, dummodo aliquid dicat, q̃
dubitat. Quòd ſi nihil, ridiculũ
eſt quærere rationem ad eum,
qui nullius habet rationẽ, qua-
tenus nullam habet rationem. ſi
milis nanq; plantæ talis eſt, put
talis eſt. Demonſtrare vero re-
darguẽdo, dico differre à demõ
ſtratione. quia qui demonſtra-
ret, videretur petere quod â prĩ
H cipio. cùm autem alia huiuſce
cauſa ſit, redargutio, & non de-
monſtratio.

*Sed oportet nos diſtinguere pri
mo, quòd impoßibile eſt vt vnum
ſit in duobus inſimul, & omni mo
do, & alia ſimilia iſtis, quæ erunt
diſtincta à noſtra indigentia in
quæſtionibus Logicis difficilibus.
hoc igitur eſt primũ, quod eſt ma-
gis firmum omnibus principijs. in
eo enim eſt diſtinctio dicta. Nullus*
I *enim hominum poſſet exiſtimare
quòd affirmatio & negatio ſunt
idem, ſicut quidã exiſtimant quòd
Heraclitus dicebat. non enim eſt
neceſſe quòd illud, quod aliquis di-
cit, exiſtimetur eſſe verum neceſ-
ſario. Quoniam, ſi hoc fuerit ſic, poſ
ſibile erit vt contraria ſint in eo-
dem. & ideo oportet nos diſtingue
re primo in hac propoſitione etiam
quod aſſueti ſumus diſtinguere.
quoniam, ſi contradictoria opponũ
tur ſibi adinuicem, manifeſtũ eſt,* K
*quòd impoßibile eſt, ut aliquis exi
ſtimet vt affirmatio & negatio
ſint inſimul. contingit enim peccã-
tibus hoc peccato opinari quòd cõ-
trarietas eſt ſimul. Et ideo omnes,
qui vtuntur hac demonſtratione,
perueniunt ad hanc dignitatẽ per
vltimam. iſta enim dignitas prior
eſt omnibus dignitatibus vniuerſa
libus communibus naturatis. Et
quidam, ſicut diximus, fingunt poſ
ſibile eſſe exiſtimare quòd affir-* L
*matio & negatio ſint ſimul idem,
ſicut narrauimus & dicunt hoc
multi Naturales. Nos autem iam
diximus quòd impoßibile eſt vt af
firmatio & negatio ſint ſimul. &
ideo declarauimus quòd hoc prin-
cipium eſt firmißimum omnium
principiorum. Et quidam laborat
ad declarandum hoc primum per
demonſtrationem propter ſuã igno
rantiam, & paucitatem ſuæ in-
ſtructionis. Eſt enim male inſtru-* M
*ctus, qui neſcit in quibus oportet
quærere demonſtrationem, & in
quibus non oportet. impoßibile. n.
eſt vt demonſtratio ſit in omnibus
rebus vniuerſaliter. quoniã, ſi hoc
eſſet poſsibile, tunc res eſſent infini
tæ: & ſecundum hunc modum nõ
erit demonſtratio etiam. Si autem
ſunt aliqua, de quibus oportet
quærere, & aliqua, de quibus nõ
oportet quærere demonſtrationẽ,*

neque

A *neque poteſt aliquis dicere quòd aliud principium eſt ſicut iſtud principium, ſed neque aliud prius eo. Et poſsibile eſt, vt aliquis accipiat demonſtrationem ſecundum modum erroris, quòd hoc eſt impoſsibile, ſi aliquis dicat à quo quæritur in hoc. Si autem nihil dicit, rectum eſt deridere illum quærentem ſermonem, à quo nullum ſermonem habet. quoniam qui eſt talis, ſimilis eſt plantis in hac diſpo-*

B *ſitione, ſecundum quam eſt. Et, ſi finxerit quòd differentia eſt inter demonſtrationem ſecundum hunc modum erroris, & demonſtrationem ſimplicem, quia ille, qui induxit demonſtrationem, ſi exiſtimauerit quòd inducit eam ex primo noto, & cauſa eſt aliud, hoc erit error, & non erit demonſtratio. et omnia iſta ſunt conceſsio, quòd ſermo aut affirmat aliquid, aut negat aliquid.*

C

9 Sine prio principio impoſsé philoſophari.

Cùm diſpoſuit primũ, qđ eſt manifeſtius oĩbus diſpoſitionibus proprijsſm ꝙ eſt primum in cognitione, incœpit notificare quid eſt hoc primum, & d. Sed oportet nos, &c i. & cùm declaratum eſt, ꝙ Philoſophus debet conſyderare in principijs cognitionis, manifeſtum eſt ꝙ primo debet diſtinguere primum. ꝙ ſi homo non conceſſerit, impoſſibile eſt philoſophari. & eſt ꝙ impoſſibile ẽ, vt duo oppoſita ſint ĩſimul, & eodem modo alia principia ſimilia iſti in cognitione, v.g. ꝙ dictiones habent ſignificationes terminatas, & ꝙ definitiões ſunt neceſſariæ. D.d. hoc igitur eſt primum quod eſt magis firmum omnibus principijs, &c.i. & principium, dicens ꝙ duo oppoſita non cõgregant ſimul in eadem re, & eodem modo, eſt primum, & manifeſtius oĩbus principijs. illud enim contingit diſpoſitionibus, quibus primum diſponitur. Eſt enim manifeſtius oĩ propoſitione, & nullus decipit in eo, & nulla demonſtratio eſt demonſtratio, niſi concedendo iſtam propoſitionẽ. D.d. Nullus.n. hominum, &c.i. & diximus, ꝙ iſtud primum eſt illud primum, quod poſuimus. quia impoſſibile eſt vt aliquis decipiat i hoc primo, ſ. ꝙ affirmatio & negatio ſint idem, ſicut dicitur, ꝙ Heraclitus opinabatur hoc. D.d. nõ. n. eſt neceſſe, &c.i. & ſermo iſtius hominis non eſt verus. non enim omne, quod exiſtimatur, & dicitur, debet eſſe verum, adeo ꝙ homines credantur in duobus in vtroq; contradictorio. D.d. Qm̃, ſi hoc fuerit ſic, &c.i. qm̃; qñ aliquis exiſtimauerit aliquid eſſe, & alius exiſtimauerit illud non eſſe, & vtrunq; fuerit verum, tũc negatio & affirmatio erũt ſimul in eodem. D.d. & ideo oportet nos diſtinguere primo, &c. ideſt & ideo oportet nos dicere, in defendendo hanc propoſitionẽ, illud, qđ aſſueti ſumus dicere. qm̃ manifeſtũ eſt per ſe, ꝙ affirmatio & negatio non congregantur inſimul. D.d. cõtingit enim peccanti, &c.i. cõtingit enim dicenti hoc, opinari ꝙ duo cõtraria exiſtant ſimul in eodẽ actu. v.g. ꝙ idem eſt calidum & frigidũ ſimul, & ens non ens. quod eſt impoſſe. D.d. Et ideo oẽs, qui vtuntur

D

E

F

G demonſtratione,&c.i.& teſtat huic opinioni hoc,q̃ omnis,qui vtit demonſtratione,& vſt ſyllogiſmo,ponit hanc dignitatẽ,ſ. q̃ contradicto ria non congregantur.&ideo iſta dignitas eſt prior omnibus dignitatibus,& oõis naturaliter omnibus.impoſſibile enim eſt vt diſputario, aut ratiocinatio fiat ſine illa. D.d. Et quidam,ſicut diximus,&c.i.ſicut diximus,quidam exiſtimant, q̃ idem eſt negatio & affirmatio. & ideo declarauimus, q̃ hoc principium eſt firmius omnibus principijs, ſ. q̃, ſi iſti non negarent hoc principium, H non loquerentur de eo.ſed, quia deſtruẽs hoc principium deſtruit Philoſophiam,oportet ſollicitari in defendendo ipſum Sed, quia hoc non poteſt demonſtrari, ſed tm̃ homo vtitur in defenſione eius ſermonibus veris,& valde ꝓbabilibus,quos nullus poteſt negare, & quidam errant in hoc,&exiſtimant ipſum poſſe demonſtrari,dicit: Et quidam laborant,&c.i. & quidam exiſtimant poſſibile eſſe demonſtrare hanc ꝓpoſitionem, dicentẽ q̃ duo contraria non congregantur. & hoc cõtingit eis,quia non fuerunt inſtructi p I Dialecticam:& quia ignorant differentiam inter ea, quæ indigent demonſtratione,& inter ea,quæ nõ indigent demonſtratione. D. d. impoſſibile enim ẽ,&c.i.& d.q̃ impoſſibile eſt hoc principium demonſtrari.quoniam,ſi hoc principium, quod eſt manifeſtiſſimum omniũ principiorum fuerit demonſtratũ, neceſſe eſt vt omnia vſr habeant demonſtrationem. Et,ſi principia demonſttationis habeant demonſtrationem : & omnis demõſtratio fiat ex prĩcipijs:neceſſe eſt,vt oĩs demõſtratio habeat demonſtrationẽ, & k vt procedat hoc in ĩfinitũ. & ſic nulla demonſtratio erit. & ideo dixit: & ſm hunc modum non erit demõſtratio,i. ſm proceſſum in infinitũ.

D.d.Si autem ſunt aliqua,de quibus oportet quærere, &c.i. ſi autem poſuerimus,q̃ quędam ſunt,de quibus fit demonſtratio,&quædam de quibus impoſſibile eſt vt fiat demõſtratio,impoſſibile eſt vt aliquis inducat demonſtrationẽ, q̃ hoc principium eſt verum:niſi ſit demõſtratio errans,ſi ille,qui hoc dicit, dicat aliquid,i.aliquod intelligibile.Et d. hoc,quia,cum dixit aliquod intelli L gibile, ponit hoc fundamentum,ſ. q̃ duo oppoſita non congregantur inſimul.D.d.Et,ſi finxerit, &c.& dicit hoc. quia qui non concedit hoc fundamentum,non poteſt date fundamentum verum,neq; errans.qui enim intelligit demonſtrationem errantem,tm̃ errat in hoc,quia accipit hoc,qđ non eſt cã pro cã.& ideo negans hoc fundamentũ, non põt facere demr̃ationem, neq; modum erroris.& cum ita ſit, tũc inter iſtas duas demr̃ationes non eſt dr̃ia in hoc,adeo q̃ aliquis fingat eſſe poſſibile demonſtrationem fieri de hoc M fundamento ſm modũ erroris qm̃, cùm duo oppoſita fuerint vera, nullus erit omnino demonſtrator.

Principium vero ad hæc oĩa * non petere, vt aut eſſe aliquid, aut non eſſe dicat (hoc enim fortasſis aliquis eſſe putaret quod à principio petere) ſed aliquid ſignificare et ſibi ipſi &alteri.hoc enĩ neceſſe ẽ,ſi qdẽ aliqd dicat. Quòd ſi nõ,tali nõ eſſet ſermo, nec ſibi ad ſeipſum,nec ad aliũ.

* a L legit affirmatiue, ſed melior negatiua aut Alex.

Si

A Si aũt aliquis hoc concedat, erit demr̃atio. iã. n. erit aliqd determinatũ. attamen nõ qui demõstrat, sed qui sustinet, cã est, tollens. n. or̃onem, sustinet or̃onẽ.

*Ex Alex. adde hæc. Præterea qui hoc cõcessit, concessit aliqd verum eé sine demr̃one: q̃re non oé vtiq; sic, & non sic se habet.

*Primo igitur manifestum est hoc ipsum verũ esse, ꝙ nomẽ eẽ hoc, aut nõ esse signãt. quare nõ vtiq; oẽ ita, & non ita se hẽt. Itẽ si hõ vnũ signãt, sit hoc aĩal bipes. dico ãt vnũ significare hoc si hoc est hõ, si quid hõ sit hoc ẽ hoĩ eẽ. Nihil aũt differt, ẽt si plura quis significare dicat, solum

B ãt sint determinata: imponeret etenĩ cuilibet orationi aliud nomen. dico aũt vtputa, si non dicat hoĩem vnum significare, sed multa, quorũ vnius quidẽ vna oratio, aĩal bipes, sint aũt cæteræ quoq; plures, determinatæ vero numero. imponeret etenĩ proprium nomen secundũ quãque orationem. Quôd si non poneretur, sed infinita significare dicat, manifestum est ꝙ non esset oratio. non vnum. n. significare nihil ẽ significare. nominibus vero non significantib⁹, pe-

C rit ipsa reuera disputatio, & adinuicem, & ad seipsum. nihil. n. intelligere contingit nihil vnũ intelligentes. Quòd si contingit, imponetur nomen huic rei. vnum.

Primum igitur omnium istorum est concedere, quòd sermo aut negat aliquid, aut affirmat aliquid. & dignum est existimare, quod hoc primum solum manifestum. Et necesse est vt sermo lo- D
quentis sit signum de aliquo apud ipsum, & apud alium, si aliquid dicit. Quoniam, si hoc non fuerit, nõ poterit disputare neque secum, neque cum alio. Si igitur aliquis concesserit hoc, erit demonstratio. concedet enim aliquid esse terminatum finitum. & causa essendi hoc est inducens demonstrationem. sed ille, cui contingit concedere, quòd negat loquelam, contingit ei concedere loquelam. Manifestum E
est igitur primo, quòd iste sermo est verus. nomen enim est signum ad affirmandum aliquid aut negandum. &, si ita sit, affirmatio alicuius, & negatio non est simul. Et etiam, si hoc nomen homo significat vnum, sit illud vnum animal bipedale: & dico, quòd hoc nomen homo significat hanc vnam intentionem, si dicitur hoc esse hominem, secundum quòd est homo in rei veritate. Et, si aliquis dixe- F
rit, quòd hoc nomen significat multa, sed illa sunt terminata, nõ erit differentia inter sermonem eius, & inter primum sermonem. impossibile enim est ponere multa nomina de vnaquaque rerum nomẽ conueniens definitioni rei. Verbi gratia: si aliquis dixerit, quòd hoc nomen homo non significat vnum, sed multa, & quòd vnũquodque illorum multorum

G *habet definitionem, & habet rationem, dicentem animal bipes, et finxerit, quòd hoc nomen homo ſignificat illud, quod definitur per hanc rationẽ, & alia multa, quæ definiuntur per alias rationes, ſed illa ſunt terminata numero, dicemus, quòd poſſibile eſt ponere nomen proprium vnicuique iſtorum, ſecundum quòd contingit ſuæ definitioni. Si autem aliquis dixerit, quòd impoſſibile eſt ponere nomẽ*
H *proprium vnicuiq; iſtorum, ſecundum quòd cõuenit definitioni eius, & finxerit, quòd vnum nomen ſignificat multa infinita. manifeſtũ eſt, quòd illud nomen non eſt definitio omnino. quod enim non ſignificat vnum, nõ ſignificat aliquid. et ſi nomina nihil ſignificant, deſtruetur ſermo, & loquela inter nos: et in rei veritate deſtruetur noſtra conſyderatio. qui enim non intelligit aliquid eſſe vnum, impoſſibile*
I *eſt vt aliquid intelligat omnino. Qui autem intelligit aliquid eſſe vnum, poſſibile erit vt ponat vnũ nomen huic alicui intellecto.*

Et dignum eſt exiſtimare, ꝙ hoc,
10 &c. i. ſermo, ꝙ negare & affirmare non congregantur inſimul. D. d. rationem ſuper hoc, à qua aliquo modo non poteſt negans hoc euadere, & d Et neceſſe eſt vt ſermo loquentis, &c. i dicamus igit, ꝙ neceſſe eſt homini concedere ꝙ ſermo dicentis, i. ꝙ ſua loquela ſignat illud, qd ẽ in eius aĩa apud ipſum, & apud illũ cum quo loquitur. ſed ille, q̃ loquit, dicit aliquod ĩtelligibile. ꝙ ſi illud, quod dicit, non fuerit intelligibile apud ipſum, & apud audientem nõ fit diſputatio, neq; ad ipſum, neque ad alterum. D. d. Si igitur aliquis conceſſerit hoc, &c. i. ſi igit aliquis conceſſerit, ꝙ dictiones habent proprias ſignificationes, cõcedit demõſtrationem eſſe, & hoc principium eſſe, ſuper quod fundatur demonſtratio. cõcedit. n. ꝙ dictiones ſignificant res terminatas finitas, & non diuerſas res, non oppoſitas, ſicut contingit dicenti ꝙ affirmatio & negatio ſunt idem, v. g. homo & non homo. D. d. & cauſa eſſendi, &c. i. & cauſa fidei huius, ſ. hoc principium eſſe, eſt ille, qui inducit demõſtrationẽ ad negandum ipſum. qm̃ negando demonſtrationem contingit ipſum dicere demonſtrationem eſſe. D. d. ſed ille, cui contingit cõcedere, &c. ideſt, ſed contingit ei concedere illud, quod negauit. qui. n. negat loquelam, contingit ei concedere loquelam eſſe, non enim negat loquelam niſi per loquelã. loquela. n. non ſignificat aliquid, niſi concedendo ꝙ duæ contradictoriæ non congre M
gantur, & ꝙ nomina ſignificant res terminatas. D. d. Manifeſtum eſt igitur primo, ꝙ iſte ſermo, &c. i. & ſi dictiones non habent ſignificationes intelligibiles, neceſſe eſt vt dicto ſit, q̃ ſignãt affirmationem alicuius, & dictio, q̃ ſignãt negationẽ eius. & ſic affirmatio & negatio alicuius non erit inſimul, i. non ſignificant idem. Et, quia diſputatio iſtorũ fundat ſup hoc, ꝙ dictiones hñt ſignationes terminatas pp hoc ꝙ intentiones ſunt terminatæ, incœpit

decla-

A declarare hoc,&d Et ẽt,ſi hoc nomẽ hõ &c i. & ſi hoc nomẽ hõſignãt vnã intẽtionẽ: & illa intentio hẽt definitionẽ: ſit igit illa definitio aĩal bipes.& quia hoc nomen homo dicitur per tranſumptionem de hoĩe picto, d. & dico, ꝙ hoc nomen hõ, &c.i.& dico ꝙ hoc nomen homo ſignificat vnam intentionẽ,cùm fuerit acceptum ſm verã intẽtionem, ad quam fuit poſitum, ſ. ad animal rationale, cùm nõ fuerit acceptum ſm tranſumptionem. tunc.n.ſignificabit intentiones plures vna. D. d. Et,ſi aliquis dixerit ꝙ hoc nomen,
B &c.i. & ſi aliquis dixerit. ꝙ vnumquodq; noĩum hẽt plures intentiones,ſed illæ intentiones ſunt terminatæ in numero, nulla erit differentia inter hunc ſermonem,& ſermonẽ dicẽtem,ꝙ vnumquodq; nominum ſignãt vnã ĩntẽtionem. qũ,qñ aduerſarius conceſſerit noĩa nõ cauſas eſſe ſignificantia multa, ſed terminata in numero, poſſibile erit vt vnum nomen proprium ſignificet vnumquodq; illorũ multorũ.& ſic erunt noĩa, quorum vnumquodq; ſignificat vnam intentionẽ conuenientem ſuæ definitioni. D.d.exẽ
C plum,& d.v.g.&c.ideſt v.g. vt aliqs dicat,ꝙ hoc nomẽ homo ſignificat multas intentiones non vnã, & vna aliarum intentionum definitur, ꝙ eſt animal bipes,& vnaquæq; illarũ intentionũ, quas ſignificat hoc nomen homo,habet definitionẽ, dicemus,ꝙ ſm hoc poſſibile eſt ponere vnicuiq; illarum intentionũ nomẽ ſm ſuam definitionem. & ſic erunt intentiones, quas ſignificant noĩa, & definitiones vnæ. D.d.Si autem aliquis dixerit,&c.i.ſi autem aliquis dixerit,ꝙ impoſſibile eſt vt nomen ſignificet vnam intẽtionem,ſed in- D
finitas,manifeſtum eſt ꝙ contingit ei dicere ꝙ nomina non habent definitiones omnino. D.d.quod.n.nõ ſignificat vnum, non ſignificat aliquid.i.qm̃ quod ſignificat infinitũ, non habet naturam terminatam.& quod eſt tale,non eſt terminatum. & quod non terminat, non ſignificat aliquid. D.d.& ſi nomina,&c.i. & cùm nos non intelligimus vnam intentionem,tũc nullum noĩum ſignificabit vnam intentionẽ.&,cùm nomina non ſignificabunt vnas intentiones, deſtruetur conſyderatio & diſputatio.& ſi ſr,cùm non intelle E
xerimus vnam intẽtionem, deſtruetur conſyderatio inter noſmet apud cognitionem. qui.n. non intelligit aliquid eſſe vnum,impoſſe eſt vt intelligat aliquid omnino, aut vt cogitet ĩ aliquo omnino. D.d.qui autem intelligit aliquid eẽ vnum, &c. & hoc,quod dixit, manifeſtum eſt: qñ qui ponit nomen, quod ſignãt intentionem vnam,intelligit vnã ĩtentionem eſſe. & qui intelligit vnã intentionem eſſe,poteſt ponere nomen ſignificans illam intẽtionem. qui autem non intelligit vnam intẽtionẽ,non põt ponere nomẽ oĩno. F

Nomen itaq;, vt à principio dictũ eſt,ſit aliquid ſignificans, & vnum ſignificans. Non poteſt igitur homini eſſe ſignificare id,quod nõ eſſe homini, ſi homo quidem non ſolum de vno, ſed etiam vnum ſignificat.Non enim hoc dicimus vnum ſignificare,quod de vno. hoc enim modo muſicum etiam, & albũ, & homo vnũ ſignificarent.quare vnũ oĩa erunt,vni uoca nãq;.

&

G & non erit eſſe & nō eſſe idem, niſi ſm æquiuocationem, ſicuti ſi quem nos hominem nomina mus, alī non hoīem vocarent. Quod aūt dubitatur, nō ē hoc, ſi contingit, ſimul idem eſſe, & non eſſe hominem noīe, ſed re. Si autem nō alterum ſignificat homo & non homo, patet ꝙ nec non eſſe homini ab eo, quod eſt eſſe homini. quare hoī eſſe erit non homini eſſe. vnum nanque erit. hoc enim ſignificat vnū eē, ſicuti tunica & veſtis, ſi rō vna.

H Si autem erit vnum, vnū ſignifi cat homini eſſe, & non hoī. verum monſtratum eſt ꝙ aliud ſignificat: neceſſe igitur ſi qd eſt verum dicere ꝙ homo, aīal eſſe bipes. hoc. n. erat, quod ſignifica bat homo. Si autem neceſſe eſt, non pōt idē non eſſe aīal bipes.

Sit igitur nomen ſignificās aliquid, ſicut diximus primo, & ſit nomen alicui vni. Et ſi ita ſit, impoßibile eſt, vt hoc nomen homo, ſecundum quòd eſt homo, ſignificet

I *non hominem. cùm hoc nomen homo non ſignificat vnam intentionem tantum, ſed ſignificet etiam aliquod vnū. Et non dico quòd prædicetur de vno, quoniam ſecūdum hunc modum ſignificat muſicus, & albus, & homo idem. iſta igitur nomina efficiuntur vnum nomen inſimul, & non ſunt vnū nomen, niſi in rebus conuenientibus nomine, & definitione. & impoſſibile eſt vt vnum ſit, & non ſit* E *ſimul, niſi ſecundum æquiuocationē. verbi gratia quia poßibile eſt vt aliꝙ vocent non hominem illud, quod nos vocamus hominem. Sed illud, de quo perſcrutamur modo, non eſt vt nomen hominis ſit & non ſit ſimul, & in eadem diſpoſitione, ſed perſcrutamur vtrum ſit poßibile vt homo ſit & non ſit ſimul, & in eadem diſpoſitione. Si igitur non fuerit ita, & vnum nomen ſignificet hoīem, & non homi* L *nem, manifeſtum eſt quòd nomen, quod ſignificat non hoīem, ſignificat hoiem. & erit ſermo dicentis hominem ſignificans non hoīem, & erunt iſti duo ſermones vnum. & multa nomina ſunt vnum, quā do definitiones & rationes eorum ſunt vnum, vt tunica, & veſtis. Si igitur iſti duo ſermones ſunt vnū, tunc dicere hominem, & non hominem ſignificat vnum. ſed iam* M *declarauimus quòd iſti duo ſermones ſignificant diuerſa: neceſſe eſt igitur vt oē, quod nominatur homo, in rei veritate ſit animal bipes, quia hoc nomen homo ſignificat hoc. Et, cùm hoc eſt neceſſariū, impoßibile eſt vt ſit aliud ab animali bipede.*

Cùm declarauit hoc nomen eſſe ſignificans vnam intentionem d. ſit igitur nomen, &c. i. ponam' igitur, ꝙ nomē ſignēt aliquid vnū: & cùm

hoc

A hoc positum fuerit, impossibile est vt ponatur ꝙ noïa contradictoriorum significant vnam intentionē. v.g. vt nomen hominis & non hoïs significet vnam intentionem. D. dicit: Et non dico ꝙ prædicet̄ de vno, &c. i. & non intendimus, cùm diximus, ꝙ homo significat vnū, ꝙ prædicatur de vno. noïa. n. quę prædicātur de vno, & sunt denoïatiua, non significant vnā intentionem, v.g. album, & musicum, sed intendim⁹ significationem noïum non denoïatiuorum. D. d. qm̄ ſm hunc modū, &c. i. qm̄ si intenderemus, cùm dicimus, ꝙ homo significat vnum, qđ B prędicatur de vno, tūc ſm hunc modū, illud, qđ signāt hoc nomē albū, & hoc nomen musicū, esset vnū: qa ꝑdicantur de vno. & sic efficerentur illa, q̄ significant hæc nomina, vnū. & hoc intendebat, cùm dicit ista igitur noïa efficiunt̄ vnum nomen insimul. D. d. & non sunt vnum nomen, nisi in rebus conuenientibus noïe & definitione. i. & vnū nomen non erit multis rebus, nisi qm̄ illę res fuerint conuenientes nomine, & definitione. & sunt illæ, quæ dīr vniuoca. D. d. & impossibile, &c. i. & dicere, ꝙ aliquid est, & non est, nō est C verū insimul, nisi aliquis vocet ens quod est non ens, & quod est non ens ens. Sed nos videmus, ꝙ quælibet gens ponit dictionem propriā affirmationi, & dictionem propriā negationi. & sic impossibile est vt hæ duæ dictiones significent apud eosidem. Et, quia ista perscrutatio est de Grammatica, d. Sed illud, de quo perscrutamur modo, non est &c. idest, sed ista perscrutatio, quā intendimus, non est vtrum possibile sit vt nomen affirmationis & negationis sit vnum apud aliquam gēt̄, D sed vtrum possibile sit vt intentio affirmationis & negatiōis sit eadem, adeo ꝙ idem intelligatur de hoïe et non hoïe, ſ. ꝙ hoc nomen homo & non homo sint ſynonyma, & definitio hominis & non hoïs sit eadem. Et hoc intendebat, cùm d. Si igitur non fuerit ita, &c i. ſi igitur illud, qđ significat homo, non fuerit illud, quod significat non homo, sed potentia eorum fuerit sicut potentia vni⁹ nominis, sicut est dispositio in nominibus ſynonymis, manifestū est ꝙ hoc nomen non homo & homo significant idem. D. incœpit di- E cere ꝙ accidit hoc in nominibus, ſ. vt diuersa nomina significēt idē, et d. Et noïa multa sunt vnum. i. noïa multa significant vnum, qm̄ ea, quę significant illa multa noïa, fuerint in definitione vnum. v.g. vestis & tunica, quarum definitio est vna, licet nomen nō sit vnum. Deinde d. Si igitur isti duo sermones, &c. i. ſi igitur definitio hoïs & non hominis fuerit eadem, tunc significatio huius nominis homo, & non homo erit eadem, & erunt duo nomina ſynonyma significantia vnam intentionem. D. d. sed iam declarauimus, F &c. i. sed iam declarauimus ꝙ definitio, quā significat hō, est alia à definitione, quam signāt non homo, ex eo quod diximus. qm̄ ſi definitio esset vna, destruetur locutio. D. d. necesse ē igitur, &c. i. & cùm definitio, quam significat alterum istorum, alia est à definitione, quam significat alterum, necesse est vt nomē hominis veri semp̄ significet animal bipes, quod est definitio eius: & vt non significet in aliqua hora aliud ab animali bipede.

Noïa denoïatiua, ꝙ ꝑdicant̄ de vno, nō ſignāt vnam intētionem.

Hoc

G Hoc nanq; ſignificat ipſum neceſſe eē, qđ impoſsibile eſt, nō eſſe hominem. non contingit ergo ſimul verum eſſe idem dicere hominem eſſe, & nō eſſe hominē. Eadē ratio eſt & de nō eſſe hoīem. homini nanq; eſſe et nō eſſe hoī diuerſum ſignificat. ſiquidē et album eē & hominē eſſe, diuerſum. multo. n. magis illud opponitur. quare diuerſum ſignificat. Si autē albū aliquis dicat vnum et idem ſignificare, rurſus idem dicemus, qđ & antea dictū eſt, cp oīa vnum ſunt, H & non ſolum oppoſita. Quòd ſi hoc nō contingit, accidit quod dictū eſt, ſi ad interrogatum reſpondeat. Si vero ſimplr interrogante, addat ēt negationes, non reſpōdet ad interrogatum. nihil. n. prohibet idem & hominē, & albū, & alia infinita multitudine eſſe. Attamen interrogāti ſi vere eſt dicere hoc hominem eſſe, an non, id reſpondendū eſt, cp vnum ſignificat, & nō addendum, cp & album & magnum. impoſsibile nanq; eſt accidentia, cum infinita ſint, percurrere. aut igit̄ omnia percurrat, aut nullū. Similiter et ſi infinities idem eſſet hō & non hō, interrogatus ſi homo eſt, & nō debet vnā cum eo, cp ſimul etiā non homo reſpondere, niſi cætera quoq;, quęcunq; acciderunt, quæcunque eſt, aut non eſt reſpondeat. hoc autem ſi non fecerit, non diſputat.

Ad vnū ſ. ſitū vnare ſponſio.

Si igitur aliquis dixerit, quòd K
neceſſe eſt dicere, vt hoc nomen homo ſignificat hoc, quod impoßibile eſt vt non ſit homo. ſi igitur ita ſit, impoßbile eſt vt ſit verū dicere quòd idem eſt homo, & non homo inſimul. Et iſte ſermo poßibilis eſt etiam in ſermone dicentium non hominē. dicere. n. hominem ſignificat aliud ab eo, quod ſignificat dicere non hominē: ſicut dicere album ſignificat aliud ab eo, quod ſignificat homo. ſed hæc no- L
mina homo et non homo ſunt contraria in ſitu valde, magis quàm hæc nomina album & homo. manifeſtum igitur, quòd vtrunq; eorū ſignificat aliud. Si igitur aliquis dixerit, quòd hæc nomina album & homo ſignificent idē, dicemus ei ēt, quod primo diximus. oīa enim ſecundū hūc ſermonem ſunt idem, non contraria tantū, ſed omnia. Si igitur hoc non fuerit ſic, accidit quod diximus, ſi loquens re- M
ſponderet de eo, quod quæritur ab eo. Si autem quærit ſimpliciter de negatiuis, non reſpōderet ad quæſitum. quoniam ſic poßibile eſt, vt idem ſit homo & albū, et alia multa. Sed, cū quæſitum fuerit ab aliquo, vtrum ſit verum dicere de hoc eſſe hominem, aut non eſſe, debet reſpondere per nomen, quod ſignificet vnū eorū, de quibus quæritur, et non addere in ſuo ſermone,

dicendo,

A *dicendo, quòd hoc dicitur homo, et album, & magnum. impoßibile n. eſt numerare omnia accidẽtia, cùm ſint infinita. & ideo oportet ipſum aut numerare omnia infinita, aut non dicere aliquid eorum. Et ſimiliter ẽt, ſi quæſitum fuerit ſemel, ſiue multotiens, vtrum aliquid vnum ſit homo, & non homo, oportet reſpondere ſi illud eſt homo, quòd eſt homo, aut quòd nõ eſt homo, ſi non eſt homo. et ſimi-*

B *liter cum hoc oportet reſpõdere de alys ſi ſunt, aut nõ ſunt. qui igitur hoc facit, non naturaliter quærit.*

12 Si igitur aliquis, &c. i. cùm igitur aduerſarius conceſſerit ex iſtis, quę diximus, ꝙ neceſſe eſt vt dicere hominẽ ſignificet ꝙ impoſſibile ẽ, vt non ſit verũ dicere in eodem, ꝙ eſt hõ, & ꝙ non eſt hõ D.d. Et iſte ſermo, &c. i. & cũ non fuerit verũ dicere hominẽ & non hominem de eodem, ſimiliter non erit verũ ẽt dicere non hominẽ de aliquo prẽter hominẽ. v.g. vt non homo accipiatur

C pro albo: album. n. non eſt homo. D.d. differentiã inter affirmationẽ & negationẽ, & alia nomina diuerſa, & d. ſed hæc nomina, &c. i. ſed negatio & affirmatiõ ſimplices magis ſunt contraria in ſitu, q̃ negatio & affirmatio, q̃ ſunt ſm modum infiniti. v.g. cũ aliquis dixerit in aliquo prẽter hominẽ, ꝙ eſt non hõ. poſſibile. n. eſt vt idem ſit hõ & album, & nõ eſt poſſibile vt ſit homo & nõ hõ inſimul. D.d. Si igitur aliquis dixerit, &c. qm̃ ſicut contingit dicentibus, ꝙ affirmatio & negatio ſimpliciter ſignificant quidẽ eſſe & nõ D eſſe idẽ, ſic ẽt contingit dicentibus, ꝙ affirmatio, & infinitatio ſignificent idem, ſ. vt oĩa entia ſignificant idem. & non tm̃ cõtingit hoc in rebus oppoſitis, ſed ẽt in non oppoſitis, ſ. vt omnia ſint idẽ. D.d. ſi igitur hoc non fuerit, &c. i. ſi igitur hęc impoſſibilia nõ fuerint, continget neceſſario vt affirmatio & negatio diuidant verum & falſum: & neceſſe eſt, vt quæſtio ſit per negationẽ & affirmationẽ. ſed dicens vult reſpõdere ei per vnum ſermonem de eo, quod quæritur D.d. Si autẽ quærit ſimpliciter, &c. i. ſi autem quærens E quæſierit per affirmationem & infinitationem, tunc non poſſemus reſpondere ei. infinitatio. n. ſignificat multa, quæ oĩa ſunt cum hoĩe, v.g. hõ & nõ homo. hõ. n. inuenitur cũ multis numeratis, quæ vere dicuntur non hoĩes. v.g. albo, & pluribus rebus aliorum accidentiũ. D.d. Sed, cùm quæſitũ fuerit ab aliquo, vtrũ eſt verum dicere de hoc, &c. i. & iõ, cùm aliquis quæſiuerit, vtrum eſt verũ dicere de hoc, ꝙ eſt homo, aut non eſt hõ, nos tũc debemus reſpõdere, ꝙ eſt verum, aut ꝙ non eſt verum, & nõ dicemus, ꝙ vere dicitur F de eo, quod eſt homo & album, & oĩa exiſtẽtia in eo, & qđ non eſt vere dicit̃ de eo tale & tale. iſta. n. impoſſibile eſt vt numerentur: ſed, cũ impoſſibile eſt determinare & numerare infinita, oportet vt non intromittat ſe ad dicendũ aliqđ eorũ, ſ. ꝙ, cùm aliquis quæſierit per infinitationem, oportet quærentem, aut numerare oĩa, quę ſunt diuerſa à nomine habentis, aut nõ reſpondere in talibus iſtis qõnibus q̃ſtiõ hmõi. D.d. Et ſimiliter, &c. i. & cũ

G ita ſit, qñ aliquis q̃ſiuerit vtrũ hoc eſt homo, aut non hõ, videbit rũdẽs, ſi fuerit homo, & dicet q̃ eſt homo: & ſi non fuerit homo, dicet q̃ eſt non hõ. & non debet dicere, q̃ ẽ homo, & non hõ inſimul, intendendo per non hõ aliquod ens, de quo dicitur non hõ. & iſtam actionem innuit cùm d. qui igitur hoc facit, non naturaliter quærit .i. qui aliqd ens demonſtrat per negationem.

Et qui hoc dicũt, omnino perimunt ſubſtantiã, & ipſum qd erat eſſe. neceſſe eſt nanq̃ eis di-
H cere oĩa accidere, & ipſum homini eſſe, aut animali eſſe non eſſe. Si.n. quicquam erit ipſum hoĩ eſſe, hoc non erit non homini eſſe, aut nõ eſſe homini, tametſi hæ ſunt eius negatiões. vnũ nanq̃ erat, qd̃ ſignificabat, & hoc erat alicuius ſubſtãtia. ſubſtantiã vero ſignificare eſt q̃ nõ eſt ei eſſe aliud quippiam. Si autem ipſum homini eſſe erit ei ipſum nõ homini eſſe, aut ipſum non eſſe homini, aliud erit. Quare neceſſe eſt eis dicere q̃ nulli⁹,
I talis rõ erit, ſed oĩa fm accidẽs. hoc.n. ſubſtantia & accidẽs differunt. albedo etenim homini accidit, quoniã eſt quidem albus, ſed non eſt ipſa albedo.

Et vniuerſaliter dicentes hũc ſermonem negant ſubſtantiã, quã declarat definitio manifeſta definitionis, quæ ſit. & coguntur ad dicendum, quòd omnia ſunt accidentia, & dicere de homine quòd eſt hõ, et de ãiali quòd eſt animal, etc. et quòd non eſt ẽt. Quoniam, ſi K *aliquid eſt hõis ſecundum quòd eſt hõ, hoc nõ erit eius, cũ nõ fuerit homo, aut ſecundum quòd non eſt homo. negationes.n. iſtius ſunt tales. quoniã, ſi ſignificat aliquid vnũ, & illud eſt ſubſtantia alicuius, et non ſignificat niſi ſubſtantiam alicuius quã, ſcilicet quia ſignificat eſſentiam eius, & non eſſentiam eius. Si igitur habet quod habet eſſentiam hominis, ergo aliud ab eo habet, quod habet aliud ab homine,* L *aut quod habet eſſentiã eius, quod non eſt homo. Neceſſario igitur dicerent quòd nulla eſt definitio talis, ſed omnia ſunt modo accidentali. & in hoc differt ſubſtantia ab accidente. albedo enim eſt accidens hoĩ, quia eſt albus, non quia eſt illud, quod eſt albedo.*

Ideſt, Et vlr dicentes, q̃ duo contradictoria congregantur inſimul, 15
negant ſubſtantiam, quam ſignificat definitio, & declarat quæ ſit. D. Definitio
d. & coguntur, &c.i. & d. hoc, quia M
definitio non inuenitur in rei veritate, niſi in ſubſtantia. &, cùm definitiones ſignificantes ſubſtantiam fuerint negatę, omnia erunt accidẽtia, quoniam, ſi nulla fuerit diſpoſitio neceſſaria in re, tũc omnes diſpoſitiones erunt accidentales, & nulla erit diſpoſitio ſubſtantialis. Deinde dicit: & dicere de homine, et cæt. ideſt & illud, per quod diſponitur homo, in eò quòd eſt homo, & per qd̃ diſponitur illud, qd̃ eſt nõ homo, differũt ẽt fm definitionem

rei veritate nõ inuenitur niſi in ſubſtantia. Idem 7. Met. t. 17. 19.

ab

A ab eo, per quod disponitur homo.

D.d.qñ,si aliquid ẽ hominis, &c. ideſt & cauſa huius eſſe impoſſe, eſt ꝙ manifeſtũ eſt per ſe, ꝙ ſi quid eſt hominis,ſm ꝙ eſt homo, illud non erit ei,cùm non fuerit homo. quod enim eſt non hominis, ſm quòd eſt non homo, aliud eſt ab eo,quod eſt hominis,ſecũdum quòd eſt homo.

D.d.negationes enim iſtius ſunt tales,i. definitiones enim rerũ cũ ſuis negationibus habent talẽ diſpõnẽ, quòd non cõgregantur aliquo modo in eodem. D.d.qm̃,ſi ſignificat aliquid vnum,&c. ſ. qm̃, ſi nomen

B ſignificat aliquid vnũ in nominato,quod eſt ei neceſſariũ, & quod ẽ cũ nominato vnũ in numero, tunc illud ſignificat ſubſtantiã.&,ſi ſignificat de re nominata aliquod nõ neceſſariũ,neq; eſt cũ eo vnũ,illud eſt accidens. & hoc intendebat cùm d. & non ſignificat niſi ſubſtantiã aliquã,ſ.ſubſtantiã hominis.i. quia ſignificat diſpõnem non mutabilem.

D.d. ſ.quia ſignificat eſſentiã eius & nõ eſſentiam.i intendimus,cũ diximus,quòd nomẽ ſignificãs aliqd vnũ eſt ſignificãs ſubſtantiã,i. quia ſignificat eſſentiã illius rei, per quã

C eſt ens,nõ diſpoſitionẽ mutabilẽ. & hæc eſt econtrario nominibus accidentiũ, quæ ſignificant duas eſſentias, quorũ vnũ eſt mutabile. Et,cũ hoc poſuerit pro conceſſo,d. Si igit habet, quod habet eſſentiã hoĩs,&c. ideſt & cum hoc ſignificat illud,qđ habet eſſentiam hominis, eſt & eſſentia eius idem. ergo nõ homo habet eſſentiã eius, quod non eſt hõ, aut eſſentia eius, quod non eſt hõ, eſt illud, quod eſt nõ homo: vnum ẽt & non cõpoſitũ.& hoc declaratũ eſt in tractatibus ſubſtãtiæ perfectę.

D.d.Neceſſario igitur diceret &c. D ideſt neceſſario igitur, cùm non cõceſſerint nomina eſſe, quæ nõ ſignificant res ſimplices & vnas,dicerent, quòd nulla res habet definitionem, quæ ſignificat ſubſtantiam eius:ſed cõtingit eis, vt oĩa ſint accidentia, ſ. vt oẽs diſpoſitiones rerum ſint accidentales,non eſſentiales. D.d.& in hoc differt ſubſtantia ab accidẽte,ſ. ꝙ ſubſtantia eſt neceſſaria, & nõ eſt ſic accidens. & ideo ſubſtãtia habet definitionẽ,& accidens non habet definitionẽ. D.d. albedo enim eſt accidens,&c.i. albedo enim eſt accidens exiſtens in homine, quia dicit E albus,& non diſponitur p albedinẽ, ſm qnòd res diſpoſita eſt ipſa albedo,ſ.ꝙ homo non diſponitur p albedinem,quia ſubſtantia hominis ſit albedo.qm̃,ſi ita eſſet, tunc albedo, & homo eſſent idem, & tunc idem ſignificaret dicere homo albus.

Si autem omnia ſm accidens dicuntur, nihil erit primũ vſſe. Si autem accidens ſemper de aliquo ſubiecto ſignificat prædicationẽ,neceſſe eſt in infinitũ progredi. ſed impoſſibile eſt. plura enim ꝙ duo non conueniunt. F accidens enim non eſt accidenti accidẽs, niſi quia vtrũq; eidem accidit. dico aũt veluti albũ eſt muſicũ,& hoc albũ, qm̃ vtrũq; homini accidit. ſed nõ ita Socrates muſicus, qm̃ vtrunq; alicui alteri accidit. Cùm itaq; quędã ita, quædã aliter accidentia dicanẽ, quæcũq; ita dicunẽ, vt album Socrati, nõ poſsũt infinita ſurſum verſus eſſe, vt Socrati albo alterũ aliquod quoq; accñs.

Accidens nõ eſt accidenti accidens, niſi qa vtrũq; eidem accidit.

non

G non enim fit aliquod vnum ex omnib⁹. nec albo aliquid aliud accidens erit, vt puta muſicum. nō enim magis hoc illi, q̄ illud huic accidit. Et ad hęc diſtinctū eſt, q̄ quædā ita accidunt, quædam, vt muſicū Socrati. Quotcunq; vero hoc modo, non accidenti accidit accidens, ſed quotcunq; illo modo. quare non oīa ſm accidens dicentur. erit ergo aliquid tanquā ſubſtantiā ſignificans. quod ſi eſt, monſtratum eſt quòd impoſſibile eſt ſimul
H contradictiones prædicari.

Et, ſi omnia dicūtur modo accidentali, nihil erit primum vniuerſale. Et, ſi accidens eſt. ſemper prædicabile de aliquo ſubiecto, neceſſario exibit hoc in infinitum. ſed hoc eſt impoßibile: non igitur congregabuntur in vno. accidens enim nō per accidēs eſt accidens, ſed vtrūq; accidit eidē & hoc eſt, ſicut dico, quòd album eſt muſicum, & muſicum album, quia vtrunq; accidit
I *homim. Socrates autem nō eſt muſicus hoc modo, ſ. quia vtrunq; accidit eidem. Cùm igitur quædā accidentia dicūtur ſecundum hunc modum, & quædam ſecundum aliū modum. omnia enim, quæ dicūtur, ſicut album Socrati dicitur, impoſſibile eſt vt ſint infinita in ſuperioribus, ſicut accidens, quod accidit Socrati de albedine. ē enim aliud, & non erit vnum ex omnibus: &*
non erit accidens aliud ex eis, quæ K
ſunt alba, ſicut muſicus. hoc enim per accidens non eſt magis quàm illud neq; illud quàm iſtud, & habent differentiam. Quædam enim accidunt ſecundum hunc modum, & quædam accidunt, ſicut muſicus Socrati. Quod igitur eſt ſecundum hunc modū, non eſt accidens modo accidētali, ſed quod eſt ſecundum illum modum. non igitur oīa dicuntur modo accidentali, ſed aliquid eſt, quod ſignificat ſignificatione ſubſtātiæ. & cū ita ſit, manifeſtū eſt, quòd impoßibile eſt, vt eō L
tradictoria prædicentur de eodem.

Ideſt, Et ſi oīa prædicabilia fuerint accidentia, nullū erit vlē prędicabile ſubſtantiale, & primū, ex quibus componunt definitiones. D.d. Et, ſi accidens eſt ſemp prædicabile de aliquo, &c.i. ſi omnia ſint accidētia, & accidens naturaliter habet naturam, vt prædicet de aliquo, neceſſe eſt vt accidens, ſm q̄ eſt accidens, prædicet de accidente, & ſic in infinitum: quod eſt impoſſe. D.d. ſed hoc M
eſt impoſſe. i. ſed impoſſe eſt vt accidens prædicet de accidēte abſq; eo, q̄ congregent in eo dē ſubiecto p ſe. Et, quia accidens non prędicatur de accidente niſi per accidens, quia ambo exiſtūt in eodem, ſ. ſubiecto, verbi gratia dicere q̄ albū eſt muſicū, deinde dicit. accidens enim non per accidens eſt accidens, &c.i. accidens enim nō exiſtit in ſubſtantia p accidens, in alio aūt accidēte exiſtit per accidens. qm̄, ſi accidens prædicaret de accidente non pp hoc, q̄ ambo

exiſtunt

A existunt in ſubſtantia, tunc accidẽs eſſet per accidens non eſſentialiter, & impoſſe eſt vt aliud ſit per accns, niſi p aliquid, qđ ẽ eſſentialr. quod enim eſt eſſeutialiter eſt prĩ eo, qđ eſt per accidens. non igit exiſtentia cuiuslibet accidẽtium eſſentialiter in ſubſtantia eſſet, niſi eſſent quædam in quibuſdam per accidens Et hoc intendebat, cũm d. & hoc eſt, ſicut dico, &c. i. q dicere muſicũ eſt album eſt per accidens, quia ambo ſunt in eodem, ſ. Socrates: & nõ eſt dicere q Socrates eſt muſicus, & albus hoc modo, ſ. q Socrates & muſicus ſunt ambo in eodem, ſed quia

B vnum eorum exiſtit in altero eſſentialiter, ſ. quia muſica exiſtit in Socrate eſſentialiter. D.d. Cùm igitur quædã accidentia, &c. i. & cùm accidentia dicant duobus modis: quorum vnus eſt eſſentialiter, v.g. Socr. eſt albus, & alius accidentaliter, v.g. album eſt muſicum. quæ.n. ſunt eſſentialiter, impoſſibile eſt vt prædicentur in infinitum ad ſuperius: q autem ſunt accidentaliter poſſibile eſt de eis hoc, ſicut accidit Socrati vt ſit muſicus & albus, & alia multa. & hoc intendebat, cum dixit: ſicut

C accidẽs, quod accidit Socrati, &c. i. q vnum eſt eorum prædicatũ de altero per accidens, ſ. albedo exiſtens in Socrate, & aliud accidens, quod accidit ei, v.g. q eſt medicus aut muſicus. D.d. & non erit vnum ex omnibus, i. & non erit de ſubiecto & accidente vnum quid, & ex accidentibus exiſtentibus in vnoquoq;, niſi dicatur vnum p accidens. D.d. & nõ erit accidens aliud, &c. i. & prædicatio accidentis de accidente, inquantum eſt ꝓdicatio accidentalis, non differt à ꝓdicatione accidẽtis de ſubſtantia, neq; illud magis q illud, nec econuerſo, ſ. quantum ad hoc, q notificant de eo, de quo prædicant, ſubſtantiam eius. D.d. & habent differentiã, &c. i. & habent differentiã, qm quædam ſunt accidentia eſſentialiter, v.g. muſica in Socrate: & q-dam accidẽtia per accidens, v.g. muſica in medicina. D.d. quod igitur eſt ſm hunc modum, non eſt accidens modo accidentali: & quod eſt ſicut albedo in muſico, eſt accidens modo accidentali. D.d. non igitur omnia dicuntur modo accidentali, ſ. quia nõ prædicant de hoĩe modo accidentali, ſicut album prædicatur E de eo. D.d. ſed aliquid eſt, quod ſignificat ſignificationem ſubſtãtiæ. & forte dixit hoc, quia prædicatio iſta conuenit cũ prædicatione ſubſtãtiali in hoc, quod eſt ſm curſum naturalem, ſ. accidentia prædicabilia de ſubſtantia. accidentia enĩ exiſtunt in ſubſtãtijs per ſe, & attribuũtur eis eſſentialiter. & ſecundum q ſubſtantiæ diſponũtur per illa, ſunt accidentia ſubſtantiarum. attributio autẽ accidentis ad accidens non eſt eſſentialis. D.d. & cùm ita ſit, manifeſtum eſt, &c. i. & cum omnia iſta ſint impoſſibilia, ſ. contingẽtia poſitioni, q duo contradictoria dicuntur vere ĩnſimul de eodem, manifeſtũ eſt q impoſſibile eſt vt duo contradictoria prædicent de eodẽ.

Attributio accẽtis ad accidens, non eſt eſſentialis.

F

Item, ſi contradictiones ſimul vere de eodem omnes, patet q omnia erunt vnum. erit etenim idem & triremis, & paries, & homo, ſi de omni contingit quicquam affirmare, aut negare: ſicuti illis neceſſe, qui Protagoræ opinionem ſequuntur.

Qđ ẽ eſſẽtialr ẽ prĩ eo, qđ ẽ p accns. Idẽ 2. Phy. t. c. 66. & 4. Ph. cõ. 43. & quę ibi.

G si enim cuiquam videatur homo non esse triremis, patet ꝙ non erit triremis. sed etiam est, si cõtradictio quidem vera est. & certe fit qđ Anaxagoras aiebat, simul omnes res esse, ita vt nihil vere vnum sit. Indefinitũ itaq; videntur dicere: & putantes de ente tractare, de non ente dicunt. quod enim potentia, & non actu est, illud est indefinitum. At vero dicenda est eis de omni aut affirmatio, aut negatio. inconueniens nanque est, si
H cui sua quidem negatio inerit, alterius vero, quod non inest ei, non inerit. dico autem vtputa, si verum est dicere de homine, ꝙ non est homo, manifestũ est ꝙ etiam non triremis est. Si affirmatio igitur, necesse est etiã negationem inesse. ꝙ si affirmatio non inest, negatio tamen inerit, magis q̃ ꝙ ipsius est. si igit̃ & illa inest, inerit triremis negatio. & si hæc, etiam affirmatio. Hæc igitur eis accidunt, q̃ hanc orationem dicunt, & ꝙ non est
I necesse, aut affirmare, aut negare. nam si verum est ꝙ homo, & non homo, patet ꝙ nec homo, nec non homo erit. duorum. n. duæ negationes. ꝙ si illa ex vtrisque vna, & hæc vna profecto opposita esset.

Et etiam manifestum est, quòd secundum hunc sermonem omnia erunt idem. sit igitur nauis, & lõgitudo, & homo. & possibile est etiam vt dicatur affirmatiua de omnibus rebus, & similiter negatiua: sicut cogetur ad dicendum qui dicit sermonem Protagoræ. isti enim dicunt, quòd homo non existimatur esse nauis. & manifestum est, quòd homo non est nauis. & si duo extrema contradictionis sunt vera, est nauis. contingit igitur ex hoc, quod d. Anaxag. quòd omnia sunt simul, & nihil est in rei veritate. Et isti videntur dicere sermonem suum sine termino, & existimant dicere quod est, & dicũt K
quod non est. quod. n. est in potẽtia & non est in actu, est sine termino. Quæramus igitur ab eis vtrum affirmatiua & negatiua dicãtur in omnibus de eodem. nõ. n. oportet in omnibus vt dicantur de eodem, sed affirmatiua dicitur de aliquo, & quòd non dicatur de alio. v. g. quòd, si dicere quòd homo & non homo fuerit verum, manifestũ est etiam quòd nõ est nauis. quoniam, si affirmatiua fuerit, necesse est vt L
negatiua sit etiam. & si affirmatiua non fuerit, negatiua quæ est eius: dignior est vt sit. si igitur illa fuerit, erit ẽt eius, quod est nauis. & si ista fuerit, erit etiã affirmatiua. Hoc. n. accidit dicentibus hũc sermonem, & accidit vt dicant, quòd non est necessarium vt affirmatiua & negatiua sint de oĩbus rebus. quoniã, si fuerit verũ, quòd homo, & quòd non homo est, manifestum M

ſeſtum eſt, quòd eſt verũ quòd nõ homo, & quod non nõ hõ. amb æ. n. ſunt negat iuæ. ſi igitur illa ẽ vna duarum, iſta et iam eſt vna oppoſita in ſitu.

Et etiam continget huic poſitioni, vt oĩa ſint idem. D.d. ſit igit̃ nauis, &c. i. ponamus igit̃, ꝙ hoc eſt nauis, & longitudo & homo, ſ. intẽtiones diuerſę. D.d. & poſſibile eſt ẽt, vt dicatur, &c. i. & ponamus etiã, ꝙ affirmatiua dicatur de omnibus, & ſiſ negatiua. iſta. n. poſitio contingit dicentibus ſermonem Protagoræ. D.d. iſti enim dicunt, ꝙ homo non exiſtimatur, &c. i. contingit. n. dicentibus ſermonem Protagoræ, ꝙ omne, quod homo exiſtimat, eſt verum, ſ. ꝙ affirmatiua & negatiua ſunt veræ. & ſic contingit eis vt nauis, & homo, & Deus ſint idem, licet non dicant. Et cauſa ĩ hoc apud eos eſt, quia nullus exiſtimat, ꝙ homo eſt nauis, aut ꝙ eſt Deus. qm̃ apud eos non iudicatur affirmatiua & negatiua inſimul de eodem, niſi quando exiſtimatiões fuerint diuerſæ in eo. v. g. ꝙ, ſi aliqs exiſtimauerit hoc eſſe nauem, & aliud non eſſe nauẽ, tunc dicunt ꝙ affirmatiua & negatiua congregantur in eodem. Si autẽ aliquis exiſtimauerit ꝙ homo eſt nauis, & alius exiſtimauerit ꝙ non eſt nauis, non dicunt hoc. D. incœpit dicere, qũo contingit eis hoc, & dixit: & ſi duo extrema, &c. i. & contingit eis vt homo ſit nauis. qm̃, cũ conceſſerit, ꝙ homo non eſt homo, contingit eis vt hõ ſit nauis. D.d. contingit igitur ex hoc, qđ d. Anaxa. &c. i. cõtingit igitur Protagorę, & dicentibus ſermonem eius, neceſſario dicere ſermonem Anaxa. ſ. ꝙ omnia ſunt exiſtentia inſimul, & ꝙ contrarium exiſtit in contrario. & ſi non, non haberent intellectũ verba Protagoræ, dicentis ꝙ omne, qđ exiſtimat homo, eſt verum. exiſtimatio enim hominis ſequitur ens: ens autem nõ ſequitur exiſtimationem, ſi entia nõ haberent eſſe ĩ aĩa. D.d. Et iſti videntur dicere, &c. i. & Anaxa. & dicentes ſuum ſermonem laborant in dicendo de entibus ſermonem determinatũ, & dicunt ꝙ non habent terminũ, & exiſtimant dicere aliquod terminatum, & aliquod ens, & ꝙ dicunt nõ hẽt terminum, neq; eſt ens. Et dixit hoc, ꝙ noĩa, quæ ſunt contraria, non ſunt exiſtẽtia inſimul actu, ſed potẽtia: & quod non eſt actu eſt non ens. & ideo dixit ꝙ, cùm voluerunt terminare ens per quod eſt, determinauerunt ipſum ꝑ quod non eſt. terminus enim non eſt niſi eius, quod eſt in actu. Et cum iſti terminauerunt entia ꝙ ſunt inſimul, & ſunt ſimul potentia: & potentia eſt eius, qđ nõ eſt: ergo illi terminauerunt entia ꝑ quod non eſt, exiſtimando illud, ꝙ terminabant illa, per quod eſt. Et iõ d. poſt: quod enim eſt poẽtia, &c. i. ꝙ ipſi quærebant terminare ens, qđ eſt in actu, & terminauerunt illud, quod eſt in potẽtia, exiſtimãdo terminare ens quod eſt ĩ actu. D. incœpit dicere qũo cõtingit eis dicere ſermonẽ Anax. ſ. ꝙ oĩa ſunt idem, & d. Quæram⁹ igit̃ ab eis, &c. i. q̃ramus igit̃ à Protagoricis, vtrũ affirmatio & negatio cõgregent̃ ĩ quolibet, aut ĩ q̃busdã. concedent. n. impoſſe eẽ vt affirmatio & negatio cõgregent̃ in quolibet, cùm q̃dã ſunt ĩ q̃bus null⁹ exiſtimat exiſtimationib⁹ diuerſis.

B

C

D

Exiſtimatio ſequit̃ ens: ens aũt nõ ſequit̃ exiſtimationẽ, ſi entia non haberent eſſe ĩ aĩa.

E

Qđ non ẽ actu, nõ ẽ ens. vid̃ ꝑ hoc. 9. me. cõ. 7. & vide ẽt pro hoc cõ. 11. 12. huius.

F

G Et hoc intẽdebat cùm dixit: ſed affirmatiua dicit, &c i. & ipſi cõcedũt hoc in eſſentijs diuerſis, & nõ determinant hoc, niſi in eadem eſſentia.

D. incœpit notificare qũo contingit eis vt omnia ſint idem, & d. v.g. ꝙ, ſi dicere, &c. i. qm̃ qui ponit ꝙ homo & non homo eſt verũ, ponit ꝙ homo non eſt nauis, ſ. ꝙ eſt verum etiam, ſicut iſti faciunt. D. d qm̃, ſi affirmatiua fuerit, &c. i. & cùm iſti conceſſerint, ꝙ affirmatiua & negatiua congregantur in eodem, cõtingit ꝙ affirmatiua, cum nõ fuerit in aliquo, digniuseſt vt negatiua non
H ſit in eo. v.g. ꝙ, ſi fuerit verum dicere de hoĩe ꝙ non eſt homo, ſi fuerit falſum de eo dicere ꝙ eſt nauis, digniuseſt vt verum dicatur de eo, qđ eſt non nauis. D. d. ſi igitur illa fuerit, &c. i. ſi igitur fuerit verum dicere de homine, ꝙ eſt non homo, digniuseſt vt dicatur verum de eo, ꝙ eſt non nauis. dicere enim non homo & non nauis ſunt duæ negationes hominis. cùm igitur vna negatiua fuerit vera cum hoc quod eſt homo, ſ. cùm affirmat, dignius eſt vt ẽt alia negatiua ſit etiam vera: & eſt ꝙ non eſt nauis cum falſitate affir-
I matiuæ, quod eſt nauis. D. d. & ſi iſta fuerit, erit ẽt affirmatiua. i. & ſi verum dicat̃ de hoĩe ꝙ non eſt nauis, & apud eos verum dr̃ ẽt de naue ꝙ non eſt nauis, continget vt verum dicatur de homine ꝙ ẽ nauis, ſicut hõ non eſt nauis: & quod non eſt nauis eſt nauis: ergo homo eſt nauis. contingit igitur ex hoc vt homo ſit nauis, & non nauis, ſicut dicunt, ꝙ vere dicitur de eo ꝙ eſt homo, & non homo inſimul. Deinde d. Hoc enim accidit dicentibus hũc ſermonem. i. hoc enim contingit dicentibus hoc in omnibus rebus, vnde oſa erunt idem ſecundum hoc.

Deinde incœpit dicere aliud impoſſibile, & d. & accidit, vt dicant, ꝙ nõ eſt neceſſe vt affirmatiua & negatiua vere dicantur inſimul de quolibet, ſed vere dicitur de aliquibus rebus aliqua, quæ non eſt affirmatiua neq; negatiua. vtraq; enim habet contradictoriam, ſ. nõ affirmatiuã, & non negatiuam. & hoc intendebat, cùm d. qm̃, ſi fuerit verũ, ꝙ homo, & non homo, &c. D. d. ſi igit̃ illa fuerint vna, &c. i. qm̃, ſi oppoſitio inter affirmatiuam & negatiuã fuerit inter duo, tunc oppoſitio deiſtis L
erit etiam inter quatuor, ſ. qm̃ non affirmatiua, & non negatiua oppo nunt̃ affirmatiuæ & negatiuæ.

Item aut in oĩbus ita ſe hẽt, & eſt album, & ens & non ens, & circa cæteras affirmatiões & negationes ſimili modo, aut non, ſed circa aliquas, circa vero aliquas non. Et ſi nõ circa omnes, iſtæ vtiq; certæ eſſent. Quòd ſit circa oẽs, rurſus, aut de quibuſcunq; eſt affirmare, etiam negare eſt, & de quibuſcunq; negare etiã affirmare: aut de quibus q- M
dem eſt affirmare, etiã negare ẽ, de quibuſcũq; vero negare, nõ de omnibus eſt affirmare. & ſi ita, eſſet aliquid vtiq; pro certo non ens, & hæc firma opinio, ꝙ ſi ipſum non eſſe, certũ quid, & notum eſt, notior erit oppoſita affirmatio. Quòd ſi quodcunq; eſt negare, ſimiliter etiam affirmare neceſſe ſit, aut verum eſt diuidendo dicere, vt puta albũ, & rurſus qđ nõ album, aut nõ,

Et

A Et,ſi non eſt verum diuidendo dicere,neque dicit hæc, nihilq; prorſus ſunt illa ſane, quæ non ſunt,quo loquent̃, aut ãmbulabunt:Et,vt etiam antea dictum eſt,oſa vnum erunt:& hõ, De⁹, triremis,ac eorũ contradictoria idẽ erũt. Quòd ſi de quocunq; ſiſt, nihil aliud ab alio differet. nã ſi differet, hoc verũ & ꝓpriũ erit. Siſt ãt & ſi diuidẽtẽ uera dicere cõtingit.qd̃ dictũ ẽ accidit. Et ad hæc,ꝙ oẽs vera dicerent, omnesq; mentirentur, ipſæq; ſe ipſum mentiri cõcederet. Simul B aũt manifeſtum eſt, ꝙ de nullo. eſt ad eum cõſyderatio. nihil.n, dicit.neq;.n.ita,nèq; non ita ait ſed ita &nõ ita,& rurſus his ambob⁹ negationem,ꝙ nec ita,neque non ita.nam ſi non, eſſet aliquid vtiq; determinatum.

a,l.intelligent

Et etiam aut erit in omnibus ſecundum hanc diſpoſitionẽ, & erit album & non album, & ens & non ens, & ſecundum hunc modũ C *in alys affirmatiuis etiã non erit, ſed erit in quibuſdam, & in quibuſdam non. Si autem non fuerit in oĩbus,hoc eſt cõceſſum. Et,ſi fuerit in omnibus, dicemus etiã, aut negatiua dicetur de oĩbus, de quibus affirmatiua dicitur,& affirmatiua etiam dicetur de omnibus de quibus dicitur negatiua: aut in quibuſdam rebus dicetur de omnibus,de quibus affirmatiua, & nõ dicetur dẽ omnibus, de quibus dicitur negatiua omnino. & ſi fue-* D *rit ſecundum hanc diſpoſitionem, tunc erit aliquid,quod non eſt ens: & iſta opinio eſt fixa & firma. et ſi illud quod eſt per negatiuam, eſt aliquid firmum & notum,tũc ſermo contrarius ſecundum ſitum erit manifeſtior eo. Et,ſi affirmatiua dicitur de omnibus, de quibus dicitur negatiua,etiam neceſſe eſt vt ſermo diuidentis & dicentis, verbi gratia omne album non eſt album,erit verum aut nõ verum.* E *Et,ſi non fuerit verum, quod dicitur eſt per hanc diuiſionem, & dicantur iſta,& non quæ ſunt entia,erit dictũ,& nominatum idẽ. Et ſic omnia erunt idem, ſicut diximus prius,et erunt idem homo, & nauis,& Deus, & negatiuæ iſtorum. Et ſi ſermo de vnoquoque iſtorum fuerit idem,tunc non differt aliquod eorum ab altero, & aliquo modo. quoniam, ſi diuerſatur,erit illud in rei veritate ſem-* F *per Et accidit hoc,quod prius diximus, ſi fuerit poßibile vt diuiſio ſit etiam vera. Et tum hoc accidit etiam vt oẽs veridicent,et omnes falſent,& loquens concedit etiam ſuper ſe,quod falſat. Et manifeſtũ eſt etiam cum hoc, quòd diſputatio cum iſto eſt in eo, quod non eſt. quoniam non dicit hoc eſſe,& hoc non eſſe, ſed dicit hoc & non hoc*

G *inſimul, & negat, & omnia iſta. & ſi hoc non eſſet, eſſet ſciens quòd omnia habent aliquid terminatum.*

16 Et etiã aut erit in oĩbus ſm hanc diſpoſitionem, & erit album & non album, & ens & non ens. & ſm hunc modum in alijs affirmatiuis etiam, &c. ideſt aut negatiua & affirmatiua erũt in oĩbus rebus ſm hanc diſpoſitionem, ſ. ꝙ vtraq; ſit vera, ita ꝙ ſit verum dicere album & nõ album, & ens & non ens, & ſimiliter in alijs affirmatiuis & negatiuis, ſed affirma
H tiua & negatiua erunt in quibuſdã rebus veridicę inſimul, & in quibuſdam diuidentes falſum & verum, nihil poſſumus dicere in hoc. D.d. Et, ſi fuerint in omnibus, &c. i. & ſi affirmatiua & negatiua congregent, tunc dictio neceſſario erit talis: aut omne, de quo dicit affirmatiua, & de eo dicetur negatiua, & econuerſo, ſ. ꝙ omne, de quo dicitur negatiua, dicetur de eo etiam affirmatiua, & affirmatiua etiam dicetur de quo negatiua. & iſta diuiſio impoſſibilis eſt ſm ꝙ declaratum eſt. aut oĕ, de quo dicitur negatiua, dicetur etiam
I de eo affirmatiua: & non dicet affirmatiua de oĩ, de quo dr negatiua, & econuerſo, ſ. vt dicatur affirmatiua de oĩ, de quo negatiua. Si igit illud, de quo dicit negatiua, non de eo dr affirmatiua, tunc erunt non eſſe neceſſario, & quod non eſt tranſmutabitur in aliquod. Et hoc intendebat cùm dixit. & ſi fuerit ſm hanc diſpoſitionem, &c. i. & ſi illud, de quo dr negatiua, non dicetur de eo affirmatiua omnino, tunc erit aliquod, qd eſt non ens: & erit opinio noſtra in eo, quod eſt non ens opinio firma, ſ. ꝙ impoſſibile eſt vt non opinetur K in eo, quod eſt non ens. D.d. & ſi illud, quod eſt per negatiuam, &c. i. ꝙ ſi fuerit manifeſtum hoc eĕ non eus, ſ. non ens neceſſario, tunc manifeſtius eſt apud nos ſuũ contrariũ, & ſuum oppoſitum ens. non ens enĩ non intelligitur, niſi ſm comparationẽ ad ens. Si igitur apud nos fuerit opinio firma in non ente, neceſſario eſt vt apud nos ſit opinio firma in ente. & ſic non congregatur negatiua, & non eſſe in aliquo omnino. & ſimiliter, ſi apud nos fuerit opinio firma in ente, tunc apud nos erit opinio ĩ negatione firma: & eſt L vt aliquis fingat ꝙ omne, de quo dicitur negatiua, de eo dicat affirmatiua: ſed negatiua non dicetur de affirmatiua. D.d. Et, ſi affirmatiua dr de omnibus, de quibus dicitur negatiua, continget neceſſario aut vt ſermo diuidentis, & dicentis ꝙ oĕ, qd non eſt hoc, dicitur ꝙ eſt hoc, ſit ſermo verus, aut non verus. ſi igit congregatio iſtorum duorum oppoſitorum non eſt verum, ſ. dicere verũ & non verum, & fuerit verum dicere, ꝙ omne affirmatiuum eſt negatiuum, & non erit differentia ĩ hoc, ſ. inter negationem conditionalem M & negationem ſimpliciter, ſ. in hoc, ꝙ affirmatio vere dicit de oĩ negatione, ſ. affirmatio ſimpliciter de negatione ſimpliciter, & affirmatio cõditionalis de negatione conditionali, omnia erunt idem, ſicut pri' fuit dictum, Deus, & homo, & nauis, & nox. Cùm igitur dixit: Et ſi nõ fuerit verum, quod dictum fuit p hãc diuiſionem, intendit, & ſi non fuerit vera congregatio iſtius diuiſionis, ſ. vt ſit verum, & non verum inſimul. D.d. & non dicantur iſta, &

non

Non en intelligi niſi ſcd cõparat né ad e vide. i. p 69. & 3. anima.

A non quæ ſunt entia.i.& negatio cõditionalis,p quã res negant abinuicẽ,& eſt tanquã negatio eius quod eſt p ſe,ſ.non ens. Et intendebat per oĩa iſta ꝙ,cùm fuerit poſitũ hoc,cõtinget vt oĩa ſint idem, & vt non ſit aliquid omnino. D.d. Et ſi ſermo de vnoquoq; iſtorũ,&c.i.&,ſi negatio vniuſcuiuſq; entium non diuerſat,tunc de negatione non dicet affirmatio:& ſic entia oĩa erũt idẽ, & non diuerſabunt aliquo mõ: & erit oẽ ens vnũ,& non vnũ. D.d. qm̃, ſi diuerſat,&c.i. qm̃,ſi aliqđ ens diuerſat ab aliquo ente p aliquã differentiam,ſemper diuerſabit ab eo, ſ.
B neceſſario,& æterno. D.d. Et accidit hoc,qđ prius diximus,&c.i. & accidit ẽt cum hoc vt oẽs hoĩes veridicent,&falſent inſimul.dicere enim, ꝙ oẽs hoĩes veridicent, verũ eſt dicere cum eo, ꝙ oẽs hoĩes falſent & ſic* diſputantes falſant & veridicãt inſimul,& ẽt non falſant neq; veridicant.D.d & loquens concedit,&c. i.& contingit loquẽti dicenti aliqđ iudicium concedere ꝙ falſat. concedit.n.ꝙ oppoſitum illius iudicij eſt verum. D.d. Et manifeſtum eſt,&c.
C i.& manifeſtum eſt ẽt, ꝙ diſputatio cum opinantibus hoc eſt in nihilo. qui n.non dicit ꝙ hoc eſt hoc, & ꝙ hoc non eſt hoc, non ita ꝙ hẽt in altero eorum aliqđ firmũ,nihil dixit.

D.d.ſed dicit hoc & non hoc inſimul,&c.i.& diſputatio cũ iſtis non eſt in aliquo intellecto aut ente, qa dñr in eodem, ꝙ eſt hoc & non eſt hoc.& negationes iſtorum entium, ſ.ꝙ nõ eſt hoc,neq; nõ eſt hoc. D.d. & ſi hoc non eſſe,&c.i.& niſi dubitationes.qnæ mouerunt iſtos eſſent, tunc ſcirent prima ſcientia,ꝙ res habent naturas terminatas.

* a.l. diſputationes.

Item, ſi cùm affirmatio vera D
ſit,negatio falſa, & cùm hæc vera ſit,affirmatio falſa eſt, nõ erit ſimul idẽ affirmare & negare vere.ſed dicent fortaſſis hoc eẽ,qđ à prĩcipio poſitum eſt. Itẽ vtrũ ille quidem,qui quanꝙ rẽ, aut aliquo mõ ſe habere exiſtimat, aut non ſe habere mentitur, qui vero ambo verum dicit. Nã ſi verum dicit,quid aliud, qđ dr̃, eſt, niſi ꝙ talis natura entiũ eſt? Quòd ſi non iſte, ſed ille magis dicit verum,qui illo modo exiſtimat, iam aliquo modo ſe ha- E
berent exiſtentia. & hoc verum eſſet,& non ſimul etiam non verum. Quòd ſi cũcti ſimiliter & mentiuntur, & verum dicunt, nec loqui,nec dicere quicq; tali homini poſſibile eſt. ſimul enĩ eadem,& non eadẽ dicit. Quòd ſi nihil exiſtimat, ſed ſimiliter arbitratur & non arbitratur,qđ nam differat â plantis?

Et ẽt,ſi affirmatiua fuerit vera, negatiua erit falſa,etcum iſta fuerit vera, & affirmatiua erit fal- F
ſa,tunc nõ ẽ verũ vt affirmatiua & negatiua dicãtur de eodẽ inſimul.& videtur dicere hoc eẽ primũ ſubiectũ. Et ẽt,ſi ille,qui exiſtimat qũo ſunt res, & qũo nõ ſunt, cõtingit ei falſum, & qui exiſtimat vtrũq; veridicat, tũc ſermo de hoc eſt,quòd natura entiũ eſt talis. Et,ſi non veridicat, ſed veridicat magis quàm ille,qui opinatur hac opione, ille qui exiſtimat qũo

G *ſunt entia, tunc hoc etiam erit verum, & non verum. Et, ſi omnes falſant æqualiter, & non dicunt verum, tunc dicens tale non habet ſermonem. dicit enim aliquid, & nihil dicit inſimul. Et ſi non exiſtimat aliquid, ſed exiſtimatio eius & non exiſtimatio idē eſt, in quo igitur differt a plantis?*

Et cùm declaratum eſt exiſtis, q̄ cùm affirmatiua fuerit vera, negatiua erit falſa, & cùm negatiua erit vera, affirmatiua erit falſa, non vere di
H cetur q̄ affirmatiua & negatiua inſimul vere dicantur de eodem. D.d. & videnť dicere hoc eſſe primū ſubiectum. i. & dignum eſt oī diſputāti concedere hoc eſſe primum compoſitū, ſ. q̄ affirmatiua & negatiua diuidunt verum & falſum. D. reuerſus eſt ad impoſſibilia contingētia, & d. Et ēt, ſi ille, qui exiſtimat, &c. i. & ſi ille, qui exiſtimat, q̄ alterū oppoſitorū eſt verum, aut q̄ eſt tale, aut non eſt tale, & q̄ exiſtimat vtrūque, verificat, neceſſe eſt vt natura entium ſit talis diſpoſitionis, ſ. q̄ vt ſint entia & non entia inſimul. D.d.
I Et, ſi non veridicat, &c. i. &, ſi nō veridicat ſolum modo ille, qui opinať q̄ affirmatio & negatio verificent inſimul, immo magis veridicat, q̄ ille, qui opinať q̄ affirmatio & negatio diuidunt verum & falſum, & oppoſita, q̄ ſunt verum & non verum, veridicant inſimul, tūc ſermo vniuſcuiuſq; eorum erit verus, & non verus, & falſant æqualiter, & verificant æqualiter. & cùm ita fuerit, nulla erit ratio, & tunc homo erit quaſi planta. Et hoc intēdebat, cùm d. Et, ſi falſant oēs æqualiter, &c. i. &, ſi oēs opinati ſunt q̄ oīs affirmatio & negatio cōgregant, & q̄ oīs ſermo verificat & falſificat æqualiter, tunc q̄ opinabatur, nullum hēt ſermonē, dicit. n. & nihil dicit. i. profert enim, ſed nihil dicit. qm̄ ſi dixerit aliquid, non dicet aliquid. D. d. Et ſi non exiſtimat aliquid, &c. i. & ſi non exiſtimat aliquid eſſe & non aliquid, in quo igitur differt à plantis & ab animatis? Rationale enim non di- Rōnalem diuidit ab animatis, niſi p cōprehēſiones & exiſtimationes terminatas, ſ hoc eſſe tale, aut nō eſſe tale.

Vnde & maxime manifeſtū eſt, q̄ nemo nec cæterorum, nec eorum, qui hanc orationem dicunt, ita affectus eſt. Cur. n. Megara vadit, & non quieſcit ire putans? nec mox à diluculo ad puteū, aut ad p̄cipitiū aliquod pergit? ſed vī verens, tanquam non ſiſt non bonū, & bonum eē putans cadere in illa. patet itaq; q̄ hoc quidem melius eē putat, illud vero minime. Si aūt hoc, neceſſe eſt, vt & hoc qdē hoīem illud vero non hoīem, & hoc qdem dulce, illud vero non dulce
M putet. non. n. æqualiter oīa quæ rit & putat, cum melius eſſe bibere aquam, aut hoīem viſitāre arbitratus, deinde quęrat ea. attamen oportebat, ſi ſiſt eadē eſſent homo & non homo. ſed, vt dictum eſt, nemo eſt, qui nō videatur aliqua verens, aliqua vero non. Quare, vt videtur, omnes arbitrātur ſimpliciter ſe habere, etſi non circa omnia, faltē circa melius, & deterius. Quōd ſi non ſcientes, ſed opinantes; multo,

K

L tiones terminatas.

* videre.

A multo magis curãdum eſſet de veritate, ſicuti & infirmo exiſtẽti cꝫ ſano, de ſanitate. opinãs nãque ad ſcientem, non ſane ad veritatem diſpoſitus eſt. Item, etſi quam maxime omnia ita, & nõ ita ſe habeant, attamen ipm magis & minus ineſt entium naturæ. Non enim ſimiliter paria eſſe duo ac tria dicemus. nec eodẽ modo mentitꝰ eſt, qui quatuor eſſe putet quinque, aut qui mille. Si itaqꝫ non ſimiliter, patet cꝫ alter minus. quare magis verũ

B dicit. Si igitur quod magis eſt, propinquiꝰ eſt, profecto erit aliquid verũ, cui propinquius eſt, quod magis verum eſt. Quod ſi nõ eſt, at iam ſaltem aliquid eſt certius, & verius. & ita ab illa intemperata oratione remoti erimus, quæ prohibet quicquam mente determinare.

Et ex hoc declarabitur quòd nullus opinatur hoc neq; de cæteris hominibus, neq; de eis, qui hoc dicũt. Qui enim ambulat, ambulat &

tempus, aut in præterito, & est illud, quod est remotius ab instanti. sicut bella Troianorũ fuerũt ante bella Medorũ. & in futuro, & est illud, quod ẽ præsenti propinquius alio modo. sicut dicimus quòd fuit Clitus ante Hirtium, quia est propinquior præsenti. & præsenti vtitur hoc, tanquã primo, & posteriore principio. Et dicitur ante secũdũ motũ illud, quod est propinquius ad
motorẽ. sicut puer. qui ẽ ante virũ M
secundũ motum. & ista principia sunt modo simplici. Et dicitur ante secundũ potentiã, vel virtutẽ. sicut dominus ante dominatũ. dominus enim, quia est superior, in potentia dicitur ante. & ẽt illud, quod est fortius, dicitur ante. & tale illud est, quod coget alterũ sequi suã voluntatẽ, ita quod, si illud, quod est ante, nõ mouetur, nõ mouebitur illud, quod est post, & si mouebitur,

mouc-

A *mouebitur. & voluntas eſt initiũ hic. Et dicuntur ante ſecundũ ordinem illa, quæ adunãtur in ſe ſecundum relationẽ ad aliquid vnũ, & diuerſantur ſecundũ definitionem, ſicut dicimus quòd ſtans eſt ſecundus in propinquitate ante tertiũ, & neuma, quod dicitur, i. barbatira, mediũ acutorũ eſt ante mediũ diſcretorũ. in illis enim ẽ principiũ illud, quod ſtat capite, in iſtis eſt neuma, quod eſt mediũ. iſta igitur*

B *dicũtur ante ſecundũ hunc modũ.*

Et dicitur ante alio modo illud, quod ante per ſcientiã eſt, & dicitur ẽt ante modo ſimplici. Et ẽt dicitur ante ſecundũ definitionẽ, & ſenſum. Secundũ aũt definitionem illud, quod ẽ ante modo vniuerſali. ſecundũ vero ſenſum res particulares. Et ſecundũ definitionẽ vniuerſaliter etiã accidens ante totum. ſicut muſicus ante hoiem muſicũ. totũ enim nõ erit penitus ſine par-

C *te: & cũ hoc impoßibile eſt vt muſicus ſit, ſi non fuerit aliquis muſicus particularis. Et ẽt dicuntur ante paſſiua, ſicut res, q̃ ſunt ante, ſicut rectitudo & læuitas. vnum. n. iſtorũ eſt paſſiuum lineæ per ſe, & aliud ſuperficiei. quædã enim dicũtur ante, & poſt ſecundũ hos modos. Et quædã dicũtur naturaliter & ſubſtãtialiter, & ſunt illa, quæ poßibile eſt ut ſint, & nõ alia: illa aũt non erũt, neq; iſta. & iſta diuiſione vtebatur Plato. Et cùm ens igitur dicitur multis modis, dicitur primo ſecũdũ ſubiectũ, quod eſt ante, & per quod ſubſtantia erit ante. Et dicitur alio modo, qui ſunt in potẽtia, et ĩ actu, ſicut dicimus. potẽtia aũt eſt, ſicut medietas ẽ de toto, & pars de toto, & materia de ſubſtãtia. actu vero, ſicut illud quod eſt poſt. erit enim, poſtquã diſſoluitur in actu quoquo modo. Oĩa igitur, quæ dicuntur ante & poſt, ſecundum hos modos dicuntur. Et* E *quædam poßibile eſt vt ſint, & non alia, ſicut totum & partes. & quædam ſunt poßibilia vt corrumpantur, & non alia, ſicut definitio totius & alia ſimiliter.*

D

Et vnum eorũ, de quibus dicitur 16
ante & poſt, eſt illud, quod eſt principiũ primũ in vnoquoq; generũ. verbi gratia principium in genere ſubſtantiæ, & in alijs generibus. & vſr dicitur ante de omni principio terminato, & de oĩ, quod eſt propin
quius alicui, ſ. principio terminato. F
D.d. aut modo ſimplici, &c. i. & primum principium, de quo dicitur, & de cuius propinquo ante, aut eſt primum ſimpliciter, aut naturaliter, aut ſm relationem, aut ſm locum, aut ſm tempus, aut ſecundũ ſuum eſſe.

Deinde dedit exemplũ de illo, qđ eſt prius ſm tempus, & d. Et etiam dicitur ante ſm tẽpus, &c. i. & illud, quod eſt prius in tẽpore præterito, eſt illud, quod magis diſtat à præſenti. ſicut dicitur ꝙ bellum Troianum fuit ante bellum Medorum.

D.d.

G D.d.& in futuro eſt illud,quod eſt præſenti propinquius,&c.i.& prius in tpe futuro eſt eonira priori in tpe prætetito. prius enim in tpe futuro eſt propinquius præſenti,ſicut dr̃ præſenti in præterito : aut eſt remotius à præſenti,ſicut Agamenon â Cæſare. D.d & præſenti vtr̃ hoc, tanq̃ primo, & poſteriore prícipio, ideſt in priori & poſteriori. non enī eſt principium nāl'r, ſed poſitione.

D.d. Et dicitur ante ſm motū, &c. ideſt & intendit per primum motorem primā generationē hominis. puer enim eſt propinquior ptimæ
H generationi viro. D.d & iſta principia sūt modo ſimplici.&c.i.& iſta initia, in quorū reſpectu dr̃ poſt & ante,ſunt initia ſimpl'r non ſm relationem, ſed alio modo. D.d. Et dr̃ ante,&c i.& dicimus q̃ dñs eſt ante dñatum,quia dñs eſt in digniori ordine.& vlr dicitur ante , illud, quod eſt fortius & dignius,& eſt illud,qd̃ cogit illud,quod eſt poſt,vt voluntas eius conſequatur voluntatē ſuā, adeo q̃,ſi illud , quod eſt prius,non moueatur,non mouebitur illud,qd̃ eſt poſt.& initiū, ſm q̃ dr̃ hoc ante & poſt,eſt voluntas.qīi ſ. voluntas
I debilioris conſequitur voluntatem fortioris. & hoc intendebat,cùm d. & voluntas eſt initium. D.d.Et dicuntur aut ſm ordinem,&c.i. q̃ illa, quæ exiſtunt inſimul , non poſſunt imaginari priora & poſteriora,niſi reſpectu alicuius poſiti in eis, tanq̃ vnum & principium,ſ.conſyderando ſuum ordinē de illo,& ſuum ordinem adinuicem. Dicimus enim in acie hominū q̃ ſecundus eſt ante tertium in reſpectu primi,qui eſt in capite.& ſil'r dicimus,q̃ tale neuma eſt añ tale ī reſpectu alicuius primi in eis neumatib⁹. D.d.& diuerſantur ſm definitionem.i. & diuerſant' ſm definitiones,& nomina in reſpectu illius vnius.illud enim,quod cō ſequitur illud vnum , dicitur ſm,& quod cōſequitur ſm, dicitur tertiū, & indifferenter, ſiue differant in nominibus , & definitionibus habitis, ſecundū q̃ ſunt aut conueniunt.nō enim habeni ante & poſt niſi ſm ordinē:ordo āt nō fit niſi reſpectu alicuius primi poſiti aut ſubintellecti. K

D.d. Et dicit' ante alio modo.& d. hoc.quia illud , quod ē notius apud nos,ſ. prius in cognitione , non eſt prius in eſſe . & ideo iſte modus eſt aliusà prioribus modis. D.d. Et ét dicitur ante ſm definitionem,& ſenſum,&c.i.& illa, quæ dicuntur ante ſm comprehēſionē, diuerſantur ab intellectu & ſenſu . in intellectu enī notius eſt vlr q̃ particulare:in ſenſu aūt econuerſo. D.d. Et ſm definitionem accidens etiam,&c.i.& accidens ét prius eſt in definitione rerū compoſitarſi ex ſubſtantia & accidente . definitio enim compoſiti ex iſtis conſtituit' ex iſtis duabus partibus,ſ.ſubſtantia & accidente,& partes cuiuslibet ſunt priores illo , quia ſumuntur in ipſa definitione. v. g. q̃ homo & muſicus ſunt priores definitione hominis muſici.& cū hoc homo eſt prior muſico: muſicus.n. non erit niſi homo fuerit. D.d. Et etiam dicuntur ante paſſiua,&c. i & dicitur , q̃ paſſiua paſſionibus proprijs ſunt ante paſſiones & accntia. ſicut dr̃ , q̃ ſuperficies eſt ante hanc paſſionē propriam , quæ dr̃ lęuitas: & q̃ linea eſt ante rectitudinē , quæ eſt propria paſſio lineæ. D.d.quædam igit' dicuntur ante & poſt, &c. ideſt, ſpecierum igit' prioris & poſte- L M

rioris

A riorisquædam ſunt iſta,quæ determinauimus. Et quædam dñr priora naturaliter:& ſuntilla, quæ cùm fuerint,non ſequitur vt poſteriora ſint,& ſi poſteriora fuerīt, illa erīt. & hoc intendebat,cùm dixit:& ſunt illa,quæ poſſibile eſt vt ſint, & non alia. Deinde d.& iſta diuiſione vtebatur Plato.& innuit ꝙ hęc diuiſio, qua ipſe vſus fuirin priori & poſteriori,eſt quam dixit in fine prædicamētorum,ſ.quinque genera famoſa,& non eſt dubium ex hac diuiſione. Hæc dicta diminuuntur hic primum ī dignitate, ſicut diminuitur
B ex illa diuiſione prius in cognitione. D.d. Et cùm ensigitur dr̄ multis modis, &c i. & cùm hoc nomen ens dr̄ de decem prędicamentis,ens, qđ eſt ſubiectū aliorū nouē entiū, eſt ante oīa entia: & ens, ex quo fit ſubſtantia, eſt etiam ante ſubſtantiam:& ſiſr ens in potentia eſt prius ente in actu. D.d. exemplū de vtroque ente,& d.potentia autem eſt ſicut dimidium, quod eſt duplum in potentia.& ſiſr pars, quæ eſt totum in potentia & ſiſr materia,q̄ eſt ſubſtantia in potentia. actus vero,cum refertur huic, videbitur poſterius.
C & hoc contingit,qñ intellectus diſſoluerit compoſitum in materiam & formam, & ſciuerit ipſum cōponi ex his duobus. D.d.Omnia igit̄, quæ dicuntur ante, & poſt, &c.i.& iſti modi,quos numerauimus, determinant omnes modos prioris & poſterioris. D.d. Et quædam poſſe eſt vt ſint,& non alia, &c.i. & priorum quædam poſſibile eſt vt ſint,& non ſint poſteriora,& quædā poſſibile eſt vt corrumpantur, & nō corrumpantur poſteriora. & iſtæ ſunt cauſæ,ad quas conſequuntur cauſata. Et videtur tacere conſequentia D propter manifeſtationem eorū. Et intendit per totum & partes genus & ſpecies: & per partem & totum, ſpeciem & genus.

De Potentia,& Impotentia. Cap. 12.

Vid Auer. i Epi. Tractatu.1.

POtentia dicitur, quædam quidem principium motus, aut tranſmutationis ī altero,aut prout alterum eſt. vt ædificatiua potentia eſt,quę nō ineſt in ædificato.ſed ars medendi cùm ſit potentia, inerit vtiq; in eo,qni ſanatur,ſed non prout E ſanatur. Quædam igit̄ omnino principiū tranſmutationis, aut motus dicitur potentia in altero,aut prout alterum eſt. Quædam vero ab altero,aut prout alterum eſt: ſecundum quam profecto quod patitur, aliquid patitur. Qñq; igitur, ſi quodcunq; pati poſſibile eſt, dicimus illud poſſe pati:qñq; vero nō ſm omnem paſſionem,ſed ſi ad meli⁹. Item qua eius,quod bene,quippiam efficiatur,aut ſm electionem.aliqñ enim cos, qui ſolum F ambularunt,aut dixerunt, non autem bene, nec vt propoſuerunt,non dicimus poſſe dicere, aut ambulare. ſiſr quoq; de pati. Item quicunq; habitus,ſcđm quos impaſſibilia omnino, aut immutabilia ſint,aut non facile ad deterius moueantur, potentiæ dicuntur. franguntur nāq;, & conteruntur,& flectuntur,et omnino corrumpuntur,non ꝓpter poſſe,ſed propter nō poſſe,

G & in aliquo deficere. impaſſibilia vero à talibus ſunt, quæ propter potentiam & poſſe, & aliquatenus ſe habere vix & parũ patiuntur. Cùm autem potentia tot modis dicaẽ, potens quoque vno quidẽ modo dicetur, quod motus, aut tranſmutationis principium habet. etenim ſe datiuum potens quid eſt in altero, aut prout alterum eſt. Alio vero, ſi quid ei⁹ aliud talem potẽtiam habet. Alio vero, ſi quid ad quodcunq; tranſmutetur, ſiH ue in peius, ſiue in melius potẽtiam habeat. etenim quod corrumpitur, videtur poſſibile eſſe corrumpi. aliter non corrumperetur, ſi ĩpoſſibile eſſet. nunc autem habet quandam diſpoſitionem, cauſam, & principium huiuſcemodi paſſionis. quandoque enim, propterea quòd habet, quandoq; propterea ꝙ priuatur, tale videtur eſſe. Quòd ſi priuatio habitus quodam modo eſt, omnia, propterea ꝙ habent, profecto aliquid erunt. æq
I uoce autem dicimus ipſum ens. Quare, propterea ꝙ habet habitum quendam, & principium, poſſibile eſt, & propterea ꝙ habet huius priuationem, ſi poſſibile eſt priuationẽ habere. Alio autem modo, propterea ꝙ non habet eius potentiam, aut principium in altero, aut prout alterum, corruptiuam. Itẽ hæc oĩa, aut eò ꝙ ſolum contingant hæc fieri, aut nõ fieri, aut eò ꝙ bene. etenim inanimatis etiã talis potentia ineſt, vt inſtrumentis. aliK quam. n. poſſe ſonare lyrã aiũt, aliquã minime, ſi nõ bene ſonãs eſt. Impotentia vero potentiæ priuatio eſt, & quædã talis principiũ oblatio, quale dixim⁹, aut oĩno, aut ab eo, q natura aptus ẽ hĩre, aut & cum natura aptus ſit iam habere. non. n. ſiſſ dicẽt impoſſe eſſe puerum generare, & virum eunuchum. Itẽ vtriq; potẽtiæ eſt impotentia oppoſita, & ei, q̃ ſolum motiua, & ei, q̃ bene motiua eſt. Impoſſibilia quoq;
L quædam ſm hanc impotẽtiam dĩr, quædam alio mõ, vti poſſe, & impoſſe. impoſſe, quidem, cui⁹ contrarium neceſſario verũ eſt. veluti diametrum cõmẽſurabilẽ eſſe, impoſſe eſt, qm̃ falſum huiuſcemodi eſt, & cuius cõtrariũ non ſolũ verum, ſed neceſſariũ quoq; eſt, vt incommenſurabilis ſit. commenſurabile igit̃ non ſolũ falſum, ſed neceſſario ẽt falſum ẽ. Ipſum vero poſſe huic cõtrarium, cùm non ſit neceſſariũ, contrarium falſum eſſe. vt ſedere hominem poſſibile eſt, non M enim neceſſario non ſedere falſum eſt. poſſibile itaq; vno quidem modo ſignificat, vt dictũ eſt, quod non neceſſario falſum eſt: alio vero, ipſum verum eſſe: alio autem, cõtingens verum eſſe. Metaphorice autem, quæ in Geometria, potentia dicitur. Hæc igitur poſſibilia, non ſecundum potentiam.

De Poſſibile.

De Impotent.

Quæ autem dicuntur, ſm potẽtiã, oĩa ad primam vnam dĩr.

hæc

A hæc autem eſt principium trãſmutationis in altero, prout alterum eſt. cætera nanq; poſſibilia dicuntur, quædam, eò q; eorum aliquid talem potẽtiam habet: quædam, eò q; non habent: quædam, eo q; ſic habent. Similiter etiam impoſſibilia. Quare propria primæ potentiæ definitio profecto erit, principium tranſmutatiuum in altero, prout alterum eſt.

Potentia dicitur multis modis.

B *Dicitur enim potentia principium motus, aut tranſmutationis in alio ſecundum quòd eſt aliud. ſicut ars ædificandi, quæ eſt potentia, & non eſt in eo quod ædificatur. ſed ars medicinæ eſt potentia, & eſt in eo qui ſanatur, ſed non ſecũdum quòd ſanatur. Principium igitur vniuerſale tranſmutationis, & motus dicitur potentia in alio, ſecundum quòd eſt aliud. Et dicitur potentia illud, per quod poſſibile eſt vt aliquid moueatur ab alio,*

C *aut ſecundum quòd eſt aliud. Et etiam illud, per quod patitur aliquid, in quo facta eſt aliqua actio ab eo, quod agit in ipſo, & habet potentiam patiendi quod eſt bonum, & conuenientiam ad recipiẽdum. Et etiam dicitur potentia, per quod aliquid fit melius, & actio fit ſecundum quòd oportet. ſicut dicuntur potentes homines, qui poſſunt in bonitate ſermonis, & illi, qui ſermocinantur non ſecundum quòd oportet, non dicũtur eſſe potentes. & ſimiliter eſt in paſſione etiam.*

D *Et etiam dicitur potentia in omnibus entibus, quibus res non patiuntur omnino, nec tranſmutantur, aut quibus motus rerum non erunt ad priora. omne enim quod frangitur, & deſtruitur, aut corrumpitur aliqua corruptione, accidit ei hoc, non quia habet potentiam, ſed quia non habet potentiam, aut quia diminuitur*

E *ab eo aliqua potentia. & dicuntur non tangibilia iſta, in quibus difficilis eſt tactus, aut quorum tactus eſt æqualis propter potentiam exiſtentem in eis: & quia ſunt potentia aliquo modo. Cum igitur potentia dicatur his modis, potens ẽt dicitur uno modo illud, quod habet principium motus, aut tranſmutationis in alio, ſecundum quòd eſt aliud. Et alio modo dicitur potens illud, quod habet potẽtiam talem,*

F *quæ alicuius eſt, quod eſt aliud. Et etiam illud, quod habet potẽtiam, vt tranſmutetur in aliquid, aut in peius, aut in melius. quod enim corrumpitur, exiſtimatur eſſe potens ad corrumpi. & niſi hoc eſſet. non corrumperetur, ſ. niſi haberet hãc potentiam. ſed tamẽ habet aliquã diſpoſitionem, & cauſam, & principium ut recipiat talẽ paſſionem.*

G & forte exiſtimatur eſſe ſecundũ hanc diſpoſitionem, quia habet aliquid, aut quia forte hẽt priuationẽ illius. Et cũ nõ eſſe igitur ẽ eſſe aliquo modo, omnia igitur habentia aliquid ex quo, dicutur modo æquiuocationis, & per quod dicuntur potentia. Non enim dicitur quòd aliquid habet hanc priuationem niſi in tempore, in quo poßibile eſt vt ſit illa priuatio. Et, cum non habuerit potentiam illius, tunc dicetur habere aliquid principium corrumpens aliud. Et etiam omnia iſta accidunt, quia accidit aut ſola generatio, aut nõ generatio, aut bonitas generationis. iſta enim potentia eſt in rebus inanimatis, ſcilicet in inſtrumẽtis. dicimus enim quòd quædam inſtrumenta. Verbi gratia illud, quod lutina loquitur, & quædam non loquuntur, cum non fuerint boni ſoni. quoniam impotentia eſt priuatio potentiæ. Et initium, quod eſt ſimile dicto, aut modo vniuerſali, aut illud, quod habet naturam recipiendi generationem, & in tempore in quo habet naturam recipiendi. non enim ſunt ſimiles ſermones, dicẽtes quòd impotentia eſt puerum generare, & caſtratum. Et etiam vtraque potentiarum habet impotentiam oppoſitam in ſitu illi, quæ mouet tantum, & illa per quam fit motus melior. Et ſecundum impotentiam dicuntur res non habere potentiam. & dicuntur res alio modo potentes, & non potentes. dicitur enim impotens illud, cuius contrarium eſt verum neceſſariũ. vt diametrum eſſe ſymetrum coſtæ non habet potentiam, quia hoc eſt falſum. ſuum autem contrariũ non ſolummodo eſt verum, ſed neceſſarium. ſymeter igitur non eſt tantum falſum, ſed falſum neceſſarium. Et contrarium huic eſt potens, & non eſt neceſſarium, ſed contrarium huic eſt falſum. quoniam, ſi hominem ſedere eſt potentia: non eſt neceſſarium tamen: ergo non ſedere eſt falſum. Potentia igitur ſignificat alio modo falſum quod non eſt neceſſarium: & alio modo ſignificat eſſe verũ: & alio modo illud eſt poßibile ut ſit verũ. Et modus tranſumptionis in Geometria potentiæ. Iſta igitur dicũtur poſſe, non in potentia. Quæ autem dicuntur in potẽtia omnia dicuntur in reſpectu primi vſus, ſ. principij tranſmutationis in alterum, ſecundum quòd eſt alterum. Alia enim dicuntur potẽtia, quia quædam habent talẽ potentia, & q̃dã non: & q̃dã habent iſtã potentiã, ſecundũ quòd oportet. Et ſimiliter illa, q̃ non habent potentiam. Definitio igitur, q̃ ẽ priæ potẽtiæ, ẽ principiũ trãſmutationis in alterum, ſecundũ quòd eſt alterum.

H I K L M

Deinde

A Deinde d. Et ét illud, per quod patitur, &c.i. & ét dr̃ potentia de principio, per quod patr̃ aliquid ab agẽte aliquã actionem in eo passione meliori & conuenientiori ad recipiendum illam actionẽ. Et d. hoc, quia patientia ab alijs quædã patiunt̃ ad melius: & hoc dr̃ habere potentiã: & quædam ad peius, & hoc non dr̃ habere potentiam. D.d. Et etiam dicitur potentia &c.i. & dr̃ potentia de forma & habitu, p quas aliquis agit bona actione. sicut dicitur, q illi, q bene sermocinantur, habent potentiam in bono sermone. bonitas. n. in

B uenit̃ in potentijs actiuis & passiuis. & dr̃ habere potẽtiam alio modo à duobus modis narratis. hoc. n. est quasi genus eorum. Sũt igitur quatuor modi, sm quos dr̃ hoc nomen potentia. D. induxit modũ quintum, & d. Et etiam dicitur potentia in omnibus entibus, &c.i. & dr̃ potẽtia de formis, & habitibus, quibus res non recipiunt passionem & trãsmutationem, & vt non facile mouentur ad peius, s. ad corruptionem & diminutionem. omnia enim quę franguntur & vt quæ facile transmutantur ab extrinsecis, accidit eis

C hoc, non quia habeut potentiam, sed quia diminuitur ab eis potentia aliqua: & ista potentia ẽ genus qualitatis, quæ dr̃ naturalis potentia vel impotentia. D.d. & dr̃ non tangibilia, &c.i. & ista, in quib⁹ existit potentia, & cum dr̃ non tangibilia, i. non potentia apud contactum, qm̃ difficile patiũtur ab eis: immo alia, à quibus tanguntur, magis patiunt̃ pp potentiam in istis. D.d. & quia sunt potentia aliquo modo. i. & hoc nomen potentia dicitur de istis, qa existit in eis principium potens, i. expellens ab eis. D.d. Cùm igitur po D tentia dicatur de istis, &c.i. & cum declaratum est̃, q potentia dicitur sm istos modos: ergo subiectum potentiæ dicitur sm istos modos. Dicitur. n. primo modo illud, quod habet principium transmutationis in alio, sm q est aliud. D.d. Et alio modo dicitur potens, &c.i. & dr̃ potens alio modo illud, quod habet potentiam, qua patiatur ab alio. D.d. Et etiam illud, quod habet potẽtiam, vt transmutetur, &c.i. & etiã dr̃ potẽtia illud, in quo existit principiũ, quo possibile est vt trãsmutetur ab alio ī aliud, & illud aliud aut erit pe E ius, aut melius. D.d. quod enim corrumpitur, &c.i. & dicitur ī eo, quod transmutatur ad peius, quod hẽt potentiam. qm̃, si illud, quod transmutatur ad corruptionem, nõ haberet potentiam non transmutaret̃. v. g. q, si illud, quod corrumpitur, non haberet potentiam in corruptione, impossibile esset vt corrũperetur. Et cùm ita sit, ista habent dispositiones in se, & causas, & principia, quibus recipiunt transmutationem. D.d. & forte existimat̃, &c.i. & illud quod dr̃ potens, dr̃ quia existimat̃ habere aliquam dispositiõnem, qua F sit potens in illud: & illud, quod dr̃ non habere potentiam, dr̃ quia existimatur carere dispositione, qua sit potens. D.d. Et cùm non esset̃, &c. i. &, cum priuatio, qua dicit̃ aliquid non habere potentiã, dr̃ multis modis secundum æquiuocationem, qa priuatio est aliquis habitus, manifestum est̃, q impotentia dicitur multis modis secundum æquiuocationem, & similiter potentia, quæ opponitur ei. Deinde d. Non enim dicitur q aliquid habet hanc priuationem,

Hoc commẽtũ multa non exposita relinquit.

Bonitas inuenit̃ in potentijs actiuis, & passiuis.

Priuatio ẽ aliquis habit⁹. Vide p hoc. 10. Me. t.c.15. & 2. Phy. cõ. 15. & q ibi.

G tionem,niſi,&c.i.&,cum dicim' aliquid non habere potẽtiam in hoc,ſ. aliquid carere diſpoſitione, qua ſit potens,hoc dicim' in tpe,in quo hẽt illam priuationẽ. v.g. ꝙ homo non dr̃ non habere potentiam ad ambulandum,niſi in tpe,in quo caret potẽtia,qua poſſit ambulare. D.d. Et, cum non habuerit potentiam illi'. i.qm̃ in tpe,in quo in aliquo exiſtit priuatio potẽtiæ,in illo exiſtit aliud principium, quod corrumpit illam potentiam,& quod facit priuationem. D.d. Et etiam oĩa iſta accidũt i & cõe eſt iſtis oĩbus, ꝙ pp omnia
H iſta,ſ.potentias & priuationes, accid t aut generatio,aut nõ generatio, aut bonitas generationis. Et,quia p hoc,quod dixit,non generatio,intẽ debat priuationem, & malitiam generationis, incœpit declarare hoc, & dixit:iſta.n.potentia eſt in rebus, &c.i.& dicimus nõ generationem, intelligendo malitiam. quia manifeſtũ eſt in idiomate Græco, ꝙ malitia actionis demonſtratur per priuationem actionis. & hoc manifeſtum eſt non tm̃ in potentijs aſiatis, ſed etiam in inanimatis.inſtrumenta.n.quorum ſoni ſequũtur modu
I lationes hominum, quędam dr̃ loqui,& q̃dam non, intelligendo nõ bene ſonare. D.d.qm̃ impotẽtia eſt priuatio potentiæ.i. qm̃ malitia ꝓuenit ex impotentia: & impotentia eſt priuatio potentię. D.d. Et initiũ, quod eſt ſimile dicto,&c.i.& initiũ, quod eſt ſimile prædicto, ſ. de quo dr̃ potentia & impotẽtia, aut demõſtrabit intẽtionem cõem oĩbus modis potentiarum, aut non potentiarum: aut ſolummodo demonſtrat per hanc potentiam illud,quod hẽt potentiam naturalr̃,& in tpe,i quo hẽt potentiã.& per non potentiam demr̃atur illud, qd caret potẽtia in tpe,in quo caret potentia, aut de oĩbus de quibus dr̃ non hr̃e potentiã. hoc.n.multipl'r narrat.dicere.n.puerum non hr̃e potentiam gn̄andi & virũ pfectum caſtratũ non hr̃e potentiam generandi, non ſignificat idẽ. D.d Et ẽt vtraq; potentiarũ,&c. i.& hoc debet eſſe ita,ſ. ꝙ potentiæ ſunt tot,quot impotentiæ. quia oẽ, quod dr̃ potens,hẽt oppoſitum, qd dr̃ impotens. v.g. ꝙ oẽ habens potẽtiam aliquam potentiarum mouendi,hẽt oppoſitum proprium, quod dr̃ impotentia,& ſm illum modum
L mouendi. D.d. Et ſm hanc impotentiam dr̃ res nõ habere potentiã.i. & ſm has intentiones, quas numeramus,dr̃ potentia & impotentia in rei veritate. D.d.& dr̃ res, &c i,& ſm tranſumptionem dr̃ potentia, & non potentia de alijs non conſyderandis hic,ſed dr̃ æquiuoce cũ ꝓdictis,q̃ attribuuntur vni rei. D.incœpit numerare iſta & d dr̃.n.impotẽs &c.i. & intendit per hunc ſermonẽ ꝙ potentia dr̃ de neceſſario affirmato,& non potentia de neceſſario negato,econtra diſpoſitioni, & potentiæ & impotẽtię,q̃ dr̃ poſſibiliter.
M &d.dr̃.n.impoteus,&c.i.qm̃,qm̃ fuerit dictum de illo, quod non poteſt in Geometria,ꝙ eſt potens,erit falſum: & ſuum contrarium,quod eſt verum,erit verum neceſſariũ. v.g. ponere diametrum coſtæ ſymetru, hoc erit falſum & impoſſe: ſed ſuum oppoſitum erit verũ ſemp. Et hoc intendebat,cum d. vt diametrũ eſſe ſymetrum,&c. D.d.ſuum aũt cõtrarium.i.contrarium aũt huius ꝓpoſitionis,ſ.ꝙ diametrum eſt potens, ſ.ꝙ diametrum non põt non eẽ ali-

Potenti ſunt tot quot im potentiæ

quod

A quod verū, ſed verum eſt ſemp. D. d. ſymeter igit nō eſt tm falſum, &c. i. dicere. n. diametrum eſſe ſymetrū non eſt tm falſum, ſed falſum neceſſariū, non poſſe. Et, cùm declarauit, ꝙ falſum in iſtis eſt falſum neceſſariū, & verū, verū neceſſariū, īcœpit notificare, ꝙ econuerſo eſt impotētia vera, & d. Et contrariū huic é potens, &c. i. & dicere potens in rei veritate, & eſt illud, qđ eſt in rebus naturalibus potens, & dicere poſſe eſt econuerſo Geometriæ. cum. n dixerimus in rebus aliquibus poſſibilibus aliquid eſſe & fuerit verū, tunc
B ſuum contrarium erit falſum, non ſemp, ſed qđ pōt eſſe verū. D. d. qm̄, ſi hoīem ſedere, &c. i. qm̄, ſi hoīem ſedere fuerit potentia, anteq̄ exiſtet in actum, non tm̄ ipſum ſedere é neceſſarium, ſed pōt trāſmutari. D. d. ergo non ſedere eſt falſum. i. & cum ſedere non eſt neceſſariū, ergo dicere de ſedente ipſum eſſe non ſedentem, dum ſedet, eſt falſum, ſed poſſe m̄ eſt vt ſit verum. D. d. Potētia igitur ſignat, &c. i. vera igit potētia eſt illa, ꝙ qm̄ res, in qua pōt, fuerit poſita in actu qm̄ pōt, erit falſum, ſed nō falſum neceſſariū, ſed falſum poſſe, ſ.
C ꝙ poſſe eſt in verum reuerti. D. d. & alio modo ſignat, &c. i. & verum & falſum, ꝙ inueniunt in impoſſibili, ſunt alio modo ab eis, ꝙ inueniūt in neceſſario. & potentia non dr̄ vere niſi in poſſibilibus. in Geometricis aūt dr̄ æquiuoce ſm trāſumptionem. D. d. Iſta igit. i. iſta autem, quæ dicuntur potentia ī Geometria, nō vere dr̄, ſed tranſumptiue. illa autem, de quibus dicitur hoc nomen potentia, in rei veritate, ſ. res mobiles, omnia dicuntur ſecundum ſimilitudinem ad illud, de quo dicitur hoc nomen potentia in hoc genere D
principaliter: & eſt principium in re, per quod innatum eſt agere in aliud, aut pati ſub alio ſm ꝙ aliud. D. d. Alia. n. dr̄ potentia, &c. i. potētia autem, quæ dicitur de reb⁹, quæ ſunt generis paſſionis ab illo, dicit, quia hoc accidit eis, quia in eis exiſtit potentia, ſicut potētia vera agēs. & dicitur hoc nomen impotētia de rebus, quæ ſunt velocis paſſionis ab alijs, quæ carent potentia vera. & dicitur potentia naturalis qnandoque de eo, quod habet veram potentiā agentem, ſecundum ꝙ oportet, ſcilicet in fine bonitatis. Et hoc inten B
debat cum d. quædam habent iſtā potentiam, ſecundnm ꝙ oportet. & per totum hoc intēdebat ꝙ hæc nomina potentia & impotentia, quæ ſunt genera qualitatis, dicuntur his modis propter hoc, ꝙ hābent in ſe aliquid ex eo, de quo dicitur nomē in rei veritate, ſcilicet de potentijs agentibus in aliud, ſecundum quòd eſt aliud, & patientibus ex alio, ſecūdum ꝙ eſt aliud. Deinde dicit: Definitio igitur, quæ eſt, &c. i. definitio vera, quæ eſt primæ potentiæ prior omnibus definitionibus eorum, de quibus dicitur hoc nomen F
potentia, eſt definitio, dicens ꝙ eſt principium tranſmutationis in alterum, ſm ꝙ eſt alterum.

Potētia in Geometricis é tranſumptiue, ſed ī reb⁹ mobilib⁹ reperitur vera.

De *Quanto*. Cap. 13.

Vid Auer. in Epi. Tract. prio. ſub ca. de accidēte. Vide contradictiones Zim. hoc aliquid.

QVantum dr̄, quod eſt in ea q̄ iſūt diuiſibile, quorum vtrunq; aut ſingulum vnū quid, & quod quid aptum eſt eſſe. Multitudo igitur quantum qd, ſi numerabilis eſt: magnitudo vero, ſi mēſurabilis,

G Dicitur autem multitudo qui dem,quæ potẽtia diuiſibilis eſt in non continua:magnitudo ve ro,quæ in continua.Magnitudi nis autem, q̃ quidem ad vnum continua eſt,longitudo:quæ ve ro ad duo,latitudo: q̃ autem ad tria profunditas eſt.Horum au tem multitudo quidẽ finita nu merus,longitudo vero linea,la titudo autem ſuꝑficies, profun ditas vero corpus eſt. Item alia per ſe quanta quædam dicũtur, alia ſecundum accidens.vtputa H linea quidem quantum quiddã per ſe eſt, muſicum vero ſm ac cidens.Eorum vero, quæ per ſe ſunt: quædam ſm ſubſtantiam ſunt:vt linea quantum quiddã. in definitione nanq̃,quod quid eſt dicenti,quantum quiddã in eſt.q̃dam paſſiones, & habitus huiuſcemodi ſubſtantię ſunt:vt multum & paucum,longum et breue,latum & ſtrictũ, profun dũ & humile,graue & leue,&c. quoq̃ huiuſcemodi. Sunt autẽ magnum etiam & paruum, ma I ius & minus,tam ſm ſe, q̃ ad ſe inuicem dicta quanti per ſe paſ ſiones. transferuntur aũt & ad alia iſta nomina.Eorum autem, q̃ ſm accidens dñr quãta, quod dam ita dr̃,vt prædictũ eſt, qd̃ muſicum,& album quantũ eſt: eò q̃ illud,cui inſunt, quantum quid eſt.Quædã,vt motus & tẽ pus.& hæc.n. quanta q̃dam & continua dñr,eò q̃ illa diuiſibi lia ſunt,quorũ hæc ſunt paſſio nes.dico aũt non quod moueꝛ, ſed quo motũ eſt.etenim qm̃ il K lud quantũ eſt,& motio eſt quã ta tẽpus autem,propter illam.

Dicitur quantitas illud, quod diuiditur ĩ res,quæ ſunt in eo,quo rum vnumquodq;, aut vnum hẽt naturam,vt ſit aliquid vnum. Et dicitur multa quãtitas illud, quod numeratur: & magna quantitas illud,quod menſuratur aliqua mẽ ſura.Et dicitur multũ illud, quod diuiditur ſecundum numerum in rebus diſcretis:magnum aũt eſt il L lud,quod diuiditur in rebus conti nuis.Et magnitudo continua ſecun dum vnam partem eſt longitudo, & ſecundum duas latitudo, & ſe cundum tres eſt profundũ. Et mul titudo ex iſtis rebus finitis eſt nu merus, & longitudo etiam linea, & latitudo in ſuperficie, & pro fundum in corpore. Et etiam quan titatũ quædam dicuntur per ſe, et quæda per accidens.v. g. linea eſt quantitas per ſe,muſicus autẽ per accidens.Et quantitatum,quæ di- M cuntur per ſe, quædam eſt ſubſtan tia,ſicut linea.eſt.n.aliqua quanti tas in definitione, quæ ſignificat quid ſit aliqua quantitas, & quæ dam ſunt paſſiones,& eſſentiæ ta lis ſubſtantiæ:ſicut multũ & pau cum,& longum & breue,& la tum & ſtrictum, & profundum & tenue, & leue & graue, & alia ſimilia.Et etiam magnum et

paruum

A *paruum, & maius & minus, dicũ tur eſſe paßiones quantitatis per ſe, cùm ſecundum ſermonem referantur. per ſe autem iſta ſunt nomina, quæ trauſmutantur, & de alijs etiam. Quantitates autem, q̃ dicuntur per accidens, quædam dicuntur ſic, ſicut dicitur quòd muſicus eſt quantitas, & album etiã. illud autem, cuius ſunt, habet aliquam quantitatem. Et quædã dicuntur ſicut motus & tẽpus. iſta*

B *enim dicta ſunt quantitates continuæ. illa enim quorũ iſtæ ſunt paſſiones, diuiduntur. & dico non motum, ſed quo mouetur. quoniã, quia illud eſt quantitas, & motus etiã eſt quãtitas, & tempus etiam propter motum.*

18 Iſte ſermo põt eſſe quaſi diſſolutio continuæ & diſcretæ quãtitatis. omne.n. quod diuiditur, diuiditur in res, q̃ naturaliter ſunt vnum. Et poteſt intelligere quãtitatem diſcretam, quæ diuiditur in vnitates indiuiſibiles naturaliter. quantitas vero

C continua diuiditur in vnitates, ſed tñ recipiunt diuiſionem. Et q̃a multa, aut ſũt multa ſm vnitates diſcretas, aut ſm vnitates continuas, dixit: Et dicitur multa quantitas, &c.i. & dr̃ multa quantitas omne, quod numerat̃ per vnum numerale: & dicit̃ magna quantitas oẽ, qđ mẽſurat̃ p mẽſuram continuam. D.d. Et dr̃ multum, &c.i & multum dr̃ de rebꝰ diuiſibilibus in vnitates numerales. magnitudo.n. q̃ eſt quantitas continua, eſt q̃ diuidit̃ in cõtinua. & quaſi intendebat declarare, ꝙ quicquid diuidit̃ in indiuiſibilia naturaliter D eſt numerus: & quicquid diuiditur in res indiuiſas, ſed receptibiles diuiſionis, ẽ magnitudo. D. numerauit magnitudines, & d. & magnitudo continua, &c.i. magnitudo extenſa in vna parte tm̃ eſt linea: & quæ extenditur in duabus partibus eſt ſuperficies: q̃ autem in tribus eſt corpus, quod hẽt longitudinem & latitudinem & profunditatem. & accipit latitudinem loco ſuperficiei. qm̃ quicquid hẽt latitudinẽ hẽt lõgitudinẽ: & quicquid hẽt longitudinem & latitudinem, eſt ſuperficies. & eodẽ mõ accepit profundum loco corporis. E D.d. Et ẽt quantitatum, &c.i & intẽdit p illa, q̃ dñr accidentaliter, illa, quibus contingit menſuratio: quia sũt in quantitate eſſentialiter, ſ. continua. D.d. exẽplum, &d. ſicut linea, q̃ eſt aliqua quãtitas per ſe. muſicꝰ autem & albus diuidit̃ per accidẽs, qm̃ accidit albo & muſico vt ſint in continuo. D.d. Et quantitatũ, quæ, &c. Idẽ 1. Phyſi. 15. 1. & quantitatum, quæ ſunt eſſentialiter, quædam eſt quantitas per ſe, & quędam eſt quantitas, q̃ accidit quãtitati, q̃ eſt per ſe, ſicut magnum & paruũ, & longum & breue, & latum & ſtrictum, & profundum & nõ profundum, & ſitus & priuatio ſitus. leue autem & graue numerant̃ in accidentibus quantitatis ſecunda intẽtione: ſunt enim quantitates naturales, ſed collocantur ſub accidentibus q̃titatis, quia grauitas & leuitas diuidunt̃ eadẽ diuiſiõe, qua magnitudo diuidit̃. eſt igit̃ de quantitatibus ſecunda intentione. D.d. Et ẽt magnum, & paruum, &c.i. magnũ & paruum, cùm accipiuntur ſm ꝙ ſunt diſpoſitiones magnitudinis eſſentiales, dñr eſſe paſſiones & accidentia

Vide ſpẽs magnitudinis. 1. com. 3.

Grauitas, & leuitas ſunt in prædicamẽto.

quantitatis ſecũda intentione. Vide opp. 2. de Aia 108. &. 4. cœl. cõ. 2. Vide contra Zim. Quõ magnum & paruũ diuerſimode ſunt relationes, & quãtitates.

ſia inter ultũ. & agnum.

G dentia quantitatis. &, cùm reſpicitũt vnũ in reſpectu alterius, vñr colloca ri in capſo relationis. relatio. n. acci dit quantitati & cęteris p̃dicamẽtis. D d. p ſe aũt, &c. i. quantitas, q̃ eſt q̃- titas p ſe, dr̃ de continua, & de alijs. & intendit vt mihi vr̃ens. Et pôt in telligi de alijs accidentibus quanti- tatis. v. g. æquale, & alia D. d. Quan titates aũt, q̃ dñr p accidens, &c. i. illa aũt, q̃ dñr accidentaliter, non dñr quantitates, niſi illud, ī quo ſunt, ſit quantitas per ſe. D. d. Et q̃dam dñr ſicut motus, &c. i. & quantitatũ eſt motus & tempus. iſta aũt ſunt quã titates p ſe, & continuæ. D. dedit cau ſam, & d. illa. n. quorũ iſtæ ſunt paſ ſiones, diuidunt̃, &c. i. & iſta ſunt q̃- titates, q a ſunt accidentia conſequẽ tia eſſentialiter illa, q̃ ſunt quantita tes per ſuam ſubſtantiam, ſ. magni- tudinem, quæ diuiditur eſſentialr̃, & primo motus enim conſequitur magnitudinem, & diuiditur p ſuam diuiſionem: & tempus cõſequit̃ mo tum Iſta igitur ſunt de paſſionibus quanti, non de ſubſtantia quanti.

Quo mo- tus, & ip̃s ſunt q̃ita tes per ſe.

H

Vide. 6. Phy. 10.

D. d. & dico non motum, &c. i. & di co, q̃ motus ſunt paſſiones q̃titatis, non p̃ motũ, ſed p̃ illud, in quo eſt motus, ſ. magnitudinẽ, p̃ quã eſt mot⁹. D. d. qm̃ quia illud eſt q̃titas, &c. i. qm̃ illud, p̃ qd̃ eſt motus, ẽ q̃ti tas, motus ẽt erit q̃titas. & quia mo tus eſt q̃titas, tempus ẽt erit q̃titas: conſequit̃. n. motus ſpacium, & tem pus conſequit̃ motũ. Et poſuit hic motũ de ſpẽbus q̃titatis, qd̃ nõ fecit in libro Prædicamentorũ: & illic lo cum, qd̃ non fecit hic. Et forte dimi ſit hic locũ, quia apud ipſum eſt de paſſionibus q̃titatis: & ideo non po ſuit ipſum in eis, q̃ ſunt quantũ per ſuã ſubſtantiam. Motus aũt non eſt

I

4. Phy. 98. 103.

Documen tum.

conſuetudo vt menſuretur p̃ ſuam parte, ſed p̃ ſuum ſpacium, aut p̃ tẽ pus: & ideo non noſauit illum ī præ dicamento q̃titatis in prædicamen tis. & illic ſolummodo intendit nu merare ſpẽs famoſas quantitatis.

K

Vide c. co. 6. P. 37.

De Quali. Cap. 14.

QVale dr̃ vno modo dr̃ia ſubſtantiæ. vtputa qua le aĩal hõ, qm̃ bipes ¦quus vero quadrupes. & circu us qualis q̃dã figura, qm̃ abſq; angulis eſt, tanq; dr̃ia, q̃ fm ſub ſtantiam, qualitas ſit. vno itaq; modo qualitas dr̃ ſubſtãtiæ dif ferentia. Alio, vt immobilia, & mathematica, veluti numeri q̃- les q̃dam ſunt. vt q̃ compoſiti & non ſolum, q̃ ad vnum ſunt, ſed hi. quorum imitatio ſuperfi cies & ſolidum. hi aũt ſunt, qui quoties quanti aut quoties quã ti quoties. & oĩno qd̃ in ſubſtã- tia, præter q̃tum exiſtit ſubſtã- tia nãq; cuiuſq; eſt qd̃ ſemel, vt- puta ipſorum ſex, non qui bis, vel ter, ſed q̃ ſemel. ſex. n. ſemel ſex ſunt. Item q̃cunq; ſubſtãtia- rum, q̃ mouent̃ paſſiones, vt ca liditas & frigiditas, albedo & ni gredo, grauitas & leuitas, & q̃- cunq; ſimilia, fm q̃ dñr alterari corpora, ipſis mutatis. Item, fm virtutem & malitiam, & omni no bonum & malum. Ferè itaq; fm duos modos dici poſſit ip̃m quale, & horũ vnum maxime proprium. prima etenim quali- tas ſubſtantiæ differentia eſt. hu ius autem pars, & quæ in nume ris qualitas eſt. etenim differen-

L

Sex ſem ſex ſunt.

M

tia

A tia q̃dam ſubſtantiarum eſt. ſed non aut eorũ, q̃ mouent̃, aut nõ prout mouent̃. hæc aũt paſſiones eorũ, q̃ mouent̃, prout mouent̃ ſunt, & motuum differentiæ. Virtus aũt, & malitia paſſionum q̃dam partes ſunt. differẽtias enim mot⁹, & actionis quaſdam manifeſtãt, ſm quas bene, vel male agunt, aut patiunt̃ ea, q̃ ĩ motu ſunt. Quod. n. hoc modo poteſt moueri, aut agere, bonũ: quod vero illo modo & cõtrario, prauum. Maxime autem
B bonum & malũ ſignificant qualitatem in illis, q̃ animata ſunt, & in illis maxime, quæ habent electionem.

Qualitas dicitur vno mõ illud, per quod differt ſubſtantia. ſicut dicimus, quòd homo eſt aũal quale, & equus dicitur ſic etiam & ſi q̃ ſitum fuerit a nobis q̃ eſt qualitas figuræ circuli, dicemus, quòd eſt figura ſine angulo. & iſta eſt qualitas, per quam differunt ſubſtãtiæ.
C *qualitas igitur dicitur quoq; vno mõ, ſecundum quòd narrauimus, de alietate ſubſtãtiæ. Et ẽt dicitur alio modo, ſicut res, q̃ nõ mouẽtur, & mathematica ẽt, ſicut numeri. dicũtur. n. qualitates aliquæ ſicut compoſiti, & qui non ſunt ſecundũ eandem diſpõnem tantũ, ſed qui aſſimilãtur ſuperficiei planæ, & corpori. iſti igitur ſunt qualitates in quantitatibus, vel quantitates in qualitatibus, et vniuerſaliter quã*
D *titas quæ eſt in ſubſtantia. ſubſtãtia. n. cuiuslibet illud, quod eſt, eſt ſemel. v. g. ſex non eſt bis tres, ſed ſemel ſex. Et ẽt oẽs paſſiones mobiles, ſicut caliditas & frigiditas, et albedo & nigredo, & leuitas & grauitas, & omnia, de quibus dicuntur, & omnia, per quorum trãſmutationem tranſmutantur corpora. & quæ attribuuntur ſtudioſitati & prauitati, & vniuerſaliter bono & malo. Qualitas igitur ferè dicitur duobus modis, quorum*
E *vnus eſt verus. quale igitur primũ differt à ſubſtantia. & qualitas, quæ eſt in hominibus, eſt pars earum. ſunt enim aliquæ tranſmutationes ſubſtantiarum immobiliũ, ſecundum quòd ſunt immobiles. paſſiua igitur ſunt res mobiles, ſecundum quòd ſunt mobiles, & modi motuum. Et ſtudioſitas & prauitas ſunt aliqua pars paſſiuorũ, quia ſignificant differentias motus & actionis, & per illas agunt*
F *aut patiuntur modo bono aut malo illa, quæ ſunt in motu. Quoniam iſtorum, quæ habent potentiam ut moueantur aliquo motu, aut vt agant aliqua actione, eſt bonum: eo quod eorum mouetur econtrario, eſt malum. Et in maiori parte bonum & malum ſignificant qualitatem in animatis, & iſtorum in maiori parte in eis, quæ habent voluntatem.*

Non

G Non intendit hic de ſpẽbus quã-
19 titatis & qualitatis, ſm q̃ ſunt præ-
Documen tum. dicamenta, ſed ſolum modo intendit numerare intentiones, quas ſignificant hæ dictiones quantitas & qualitas. & ideo incœpit hic à qualitate, quę eſt ſubſtantia, & d. Qua-
5. Phy. 18. litas dicitur, &c i. & qualitas, quę dr̃ modo primo, eſt illa, quę dr̃ de illo, ſm q̃ differũt ſubſtantiæ adinuicẽ, ſ. de generibus, & ſpẽbus ſubſtantia-
5. Ph. 18. libus. v.g. qm̃ hõ differt à plantis p animalitatẽ: animalitas igit̃ in eo eſt qualitas. & ſimiliter in equo: qm̃ animalitas eſt in eo qualitas. &
H in hoc genere concludunt̃ vlr omnes differentię ſubſtantiales vltimę, ſ. differentię ſpecierũ vltimarũ, ſed non vltimæ, ſ. drię generũ ſubſtan-
Vide 7. Phy. 18. tiales. D.d. &, ſi quæſitum fuerit à nobis, &c. i. & ſm intentionem propinquã, qua hic dicitur qualitas, cõſtans circa quantitatem, ſm q̃ eſt quantitas: qm̃ p illã differunt quãtitates in ſuis ſubſtantijs. v.g. q̃, ſi q̃ſi tũ fuerit à nobis, quã figurã habet circulus, aut quæ eſt figura circuli, dicemus figura non habens angulũ. & hæc vox, non habens angulũ, eſt dria ſubſtantialis figuræ. Et hoc
I intendebat, cũ d. & iſta eſt qualitas, per quã differunt ſubſtantiæ & intendit ſubſtantiã quantitatũ, nõ illud, qd̃ eſt ſubſtantia ſimpliciter. & ſuppoſuit hoc in hoc genere, quia iſta ſunt de ſuis ſubſtãtijs, quaſi formæ ſubſtantiales de ſubſtantijs. Deinde dixit: qualitas igitur, & cętera, ideſt &, cùm ita ſit, ſicut narrauimus, ergo qualitas dicit̃ de illo, ſm q̃ differunt res in ſuis ſubſtantijs, ſ. de formis ſuis. D.d. Et ẽt dicit̃ alio
Secundus modus. modo i. & dr̃ quale de illo, ſm q̃ differunt ẽt entia immobilia, ſ. q̃ non exiſtũt in materia, aut verbis tãtũ, K
aut ſermone & eſſe, ſicut quidam opinant̃ mathematica eſſe ſubſtantias abſtractas. D.d. ſicut numeri, &c
ræt. i. ſicut numeri, qui dicuntur in Arithmetica cõpoſiti nõ primi. numerorum. n. compoſitorum, quidam ſunt, qui aſſimilantur ſuperficiei circulari, & quidã corporali, & quidã corporeo. & ideo Arithmetici ſolẽt dicere, iſte numerus eſt ſuperficialis, & iſte ſolidus. D.d. iſti igitur ſunt qualitates in quantitatibus, &c. i. & iſti numeri aut eſt dicẽdum, q̃ ſubſtantiæ eorũ ſunt qualitates in quantitatibus, aut quantita- L
tes multiplicatæ per qualitates. D.d. vlr quantitas, quæ eſt in ſubſtãtia, ſubſtantia. n. cuiuslibet eſt illud qd̃ eſt ſemel. v.g ſex, &c. i. ſed vlr appareret, q̃ omne, qd̃ eſt de quantitate diſcreta, tanquã ſubſtantia & forma, eſt vnicum in quantitate, nõ quantitas in qualitate. ſicut ſex, cuius ſubſtantia eſt vnicum ſex, nõ tres binarij. D.d. Et ẽt oẽs paſſiões, &c. i. & dicitur qualitas ẽt alio modo de om- Tertius modus.
nibus paſſionibus, de q̃bus eſt trãſmutatio motus, v.g. calore frigore, albedine, nigredine, & oĩbus rebus attributis iſtis, per quas tranſmutãtur corpora, in quibus inuenit̃ motus. M
Et d. hoc, quia qualitates, per quas differunt corpora, & quantitates in ſuis ſubſtantijs, non pertinẽt motui, neq; per illas mouent̃ corpora, vt declaratũ eſt in Septio Phyſi. D.d. Et q̃ attribuuntur ſtudioſitati, &c. i. dicuntur qualitates de formis, q̃ ſunt in animatis, q̃ attribuuntur ſtudioſitati aut prauitati, aut malo aut bono. D. d. Qualitas igit̃ ferè, &c. & intẽdit per duos modos, qualitates, quibus pertinet motus:

&

A & qualitates, quibus non pertinet. D.d.& iſtorum modorũ, quorum vnus eſt verus. & intendit qualitates ſubſtantiales, in quibus non eſt motus. D.d. quale igitur primum, &c.i. per qđ differunt entia in ſuis ſubſtantijs. D.d.& qualitas, quæ eſt in hominibus, eſt pars, &c.i. q̃ qualitates, quę ſunt in animatis, ſunt de qualitatibus in quibus non eſt motus. Deinde expoſuit hoc, & d. ſunt .n. aliquæ tranſmutationes, &c.i.& cauſa, pp quam ſtudioſitas & prauitas concludunt in qualitatibus, eſt, quia ſunt paſſiones, & formæ ſub-
B ſtãtiæ immobiles eſſentialiter, ſanimæ. D.d. Et ſtudioſitas & prauitas, &c.i.& ſtudioſitas & prauitas quoquo mõ intrãt qualitates, & in qualitatibus & in quibus eſt motus, quę conſequunt differẽtias motus, qui eſt in corporibus, ſalterationis veræ, quam conſequitur ſtudioſitas & prauitas. ex eis n. mutantur motus animatorũ, aut ad melius aut ad peius, aut ad ſtudioſum aut ad prauũ. D.d. & per illas agunt aut patiunt, &c.i. & iſtas differentias patiuntur ad peius, aut agũt ad melius res animatæ, in quibus eſt motus. Et hoc
C intendebat, cũm d. Qm̃ iſtorũ, quę habent potentiã vt moueantur, &c. i. qm̃ formarũ animatarũ illa, per quam hõ põt moueri voluntarie à voluntate & intellectu motu ad aliqđ bonum, eſt paſſio, quę eſt bona: & illa, per quã non põt hoc, ſed patitur à voluntate, & mouet ab eo, eſt malum. D.d. Et in maiori parte bonum & malũ ſignificant, &c. & hoc manifeſtũ eſt, qm̃ hæc nomina bonũ & malũm non dicunt ſimplr in maiori parte, niſi de accidẽtibus ꝓuenientibus à formis, q̃ ſunt in animatis, & præcipue in animatis rõ- D
nabilibus. & qñq; dr̃ bonũ & nõ bonum de actionibus eius, qđ non eſt rõnabile, ſed raro. Ariſt. ẽt non vide Documen
tur hĩc numerare in qualitate ge- tum.
nus, qđ dr̃ fm potentiã & impotentiã naturalem. iſta n. ſunt pp pręparationes, & actiones potentiæ, non qualitates in actu. & iſtæ ꝓparationes conſequunt qualitates ſubſtantiales. & inquantũ ſunt potentię, nũ merauit eas inter potentias: & inquantũ ſunt præparationes ſunt priuationes* non eſt pſcrutatus de eis Vide. 7.
Septimo Phyſ. trũ in eis ſit motus, Phy. 10.
aut nõ. & nota hoc quia melius eſt. E

De Ad al. quid. Cap. 15.

AD aliquid dicũtur quædam, vt duplũ ad dimidiam, & triplũ ad tertiã partem, & omnino multiplex ad multiplicati partem, & excedens ad exceſſum. Quædam, vt calefactiuum ad calefactibile, et ſectiuum ad ſecabile, et omnino actiuum ad paſſiuũ. Quædã, vt menſurabile ad menſuram, & ſcibile ad ſciẽtiã, & ſenſibile ad ſenſum. Dicunt aũt prima qui- F
dẽ fm numerũ, aut ſimplr, aut determinate ad eos, aut ad vnũ. vt puta duplũ quidẽ ad vnũ numerus determinat. multiplex vero fm numerum ad vnum, non tñ determinatum, vt hunc vel hũc. ſexquialterum vero ad ſubexquialterum fm numerũ ad numerũ determinatũ. ſuperpartiens aũt ad ſuppartientem fm indeterminatũ, ſicuti multiplex ad vnũ. excedẽs autem ad

Vid Auer. in Epi. Tra ctа. 1. ſub c de Accidente.

exceſſum,

G exceſſum, omnino indetermi-
natū ſm numerū. numerus .n.
commenſurabilis, ſm vero in-
commenſurabilem numerū dr̄.
excedens.n.ad exceſſum tm̄ eſt,
& vltra.hoc vero indetermina-
tum eſt,quodcunq;.n.cōtingit,
eſt aut ęquale, aut non æquale.
Hęc itaq; ad aliquid oīa ſm nu-
merum dicūtur, & numeri paſ-
ſiones ſunt.Et adhuc æquale,ſi-
mile, & idem ſm alium modū.
ſm vnū etenim.omnia dicūtur
Eadem.n.ſunt, quorū ſubſtan-
H tia vna. Similia vero, quorum
qualitas vna. AEqualia autem,
quorū quantitas vna.ipſum ve
ro vnum numeri principium,
& menſura.vnde hæc oīa ad ali
quid dicuntur, ſm numerū qui
dem,non tm̄ eodem modo. Acti
ua vero, & paſſiua ſm actiuam
& paſſiuam potentiā,& poten-
tiarū actiones. vtputa calefacti
uum ad calefactibile,qm̄ pn̄t.et
rurſus calefaciens ad id, qd̄ cale
fit,et ſecans ad id,quod ſecatur,
vt agētia.Eorū aūt,quę ſm nu-
I merum ſunt,non ſunt actiones,
niſi quemadmodum in alīs di-
ctū eſt, ſed ſm motum actiones
non exiſtunt. Eorum vero,quę
ſm potentiam,ēt ſecundū tem-
pora iam dicuntur ad aliquid.
veluti quod fecit,ad id,quod fa
ctum eſt: & id, quod facturum
eſt, ad id quod faciendū eſt. ſic
.n. pater quoq; filī pater dicit̄.
hoc.n.fecit, ad illud paſſum qd
eſt. Item quædā ſecundū priua-
tionem potentiæ,vt impoſſibi-
le: & quæcūq; ita dicunt̄,vt in- K
uiſibile. Quęcunq; igitur ſecū-
dum numerum, & potentiā ad
aliquid dicunt̄, cuncta ſunt ad
aliquid,eò q; ipſum, qd̄ eſt alte-
rius,dr̄ ipſum,qd̄ ē,ſed nō eò q;
aliud ad illud.Menſurabile aūt,
& ſcibile, & intelligibile, eò q;
aliud ad illud dicit̄. Nam intel-
ligibile ſignificat q; eius eſt ītel
lectus. Non eſt autē intellectus
ad illud, cuius intellect⁹ eſt. idē
enim profecto bis dictum eſſet.
ſimiliter & viſus cuiuſdā eſt vi- L
ſus, non cuius eſt viſus (etſi ve-
rum eſt hoc dicere) ſed ad colo-
rem, aut aliquid aliud tale. illo
vero modo bis idem diceretur,
q; viſus eſt, cuius eſt viſus. Eo-
rum igitur, q̄ per ſe ad aliquid
dicuntur, quædā ita dicuntur,
quędā ſi genera eorū talia ſunt.
vtputa Medendi ars eorum eſt,
q̄ ad aliquid ſunt, qm̄ genus ei⁹
ſcīa vr̄ eorum eſſe,quę ad aliqd
ſunt. Item ſecundū, quæ ad ali-
quid dicuntur ea, q̄ illa habent.
vt æqualitas, qm̄ ipſum æqua- M
le: & ſimilitudo, qm̄ & ipſum
ſimile. Aliqua vero ſecundum
accidens dicuntur. vt homo ali
quid, qm̄ accidit ei duplo eſſe.
hoc autem eorum eſt, quæ ad
aliquid ſunt. aut album, ſi ei-
dem accidit duplo, & albo eſſe.

*Quædam dicuntur relatiua, ſi-
cut duplum ad dimidium, et tri-
plum ad ſubtriplum, & omne,
quod multiplicatur multotiens,
ad alterum, & non omne, quod*

multi-

A multiplicatur multotiens, & eſt ſicut quod eſt ſuperius, ad illud, quod eſt magis ſuperius. Et quoddam dicitur, ſicut calefaciens ad calefactum, & abſcindens ad abſciſſum, & omne agens ad patiẽs. Et quædam, ſicut menſuratum ad menſuram, & ſcitum ad ſcientiã, & ſenſatum ad ſenſum. Primum autem relatiuorum dicitur modo numeri, aut illud, quod ẽ modo ſimplici, aut terminatur, & per illud

B refertur ad illa, aut ad unum. ſicut duplum ad vnum, quod eſt numerus terminatus. numerus aũt multiplex non eſt relatiuum ad vnum terminatum ſicut iſtud. & iſtud terminatũ ex ſimplicibus eſt ante duplum. multiplex aũt ſuperpartiens non eſt terminatũ. totũ enim & dimidium ad totum dimidiũ, & numerus ad numerum eſt terminatum. totum aũt & pars ad diminutũ in parte non eſt termina

C tum, ſicut multiplex ad vnũ. ſuperius autẽ ad magis ſuperius modo vniuerſali non eſt terminatum ſecundum numerum: numerus enim eſt æqualis. & iſta dicuntur ſecundum numerũ non æqualem. & ſuperius ad magis ſuperius, ſicut illud ad illud nõ terminatũ, quia eſt vnũ duorũ, quod ex eis comprehenditur, aut æquale, aut non æquale. Omnia igitur iſta relatiua dicuntur per numerũ, & per accidentia numeri etiã. Et dicitur etiã alio D modo æquale, & ſimile, & idem. ſunt igitur eadẽ. omnia enim iſta dicuntur ſecundũ vnum modum, quia conueniunt in aliquo. Sunt quædã igitur eadem, quia ſubſtantia eorum eſt vna. Et ſimilia, quorum qualitas eſt vna. Et æqualia, quorum quantitas eſt vna. Et vnũ eſt principium numerorũ, & menſura eorum. omnia igitur iſta dicuntur relatiua, ſed nõ eodem mõ.

Actiua autem & paſſiua per po E tentiam actiuam & paſſiuam, et actionem potentiarum. ſicut calefactiuum ad illud, quod calefacit, quia poteſt. etiã calefaciens ad illud, quod calefacit, & abſcindens ad illud, quod abſcinditur. Secundum aũt modum numeri nõ habet actiones, niſi ſecundũ modũ dictũ in alijs. actiones enim, quæ nõ ſunt per motum, non habent. Et dicuntur relatiua illa, quæ ſunt ſecundũ tempus. Vt agens ad patiens: & F illud, quod aget, ad illud quod patietur. et ſic dicitur pater eſt pater filij. pater etiã: quoddam enim eſt agens & patiẽs etiam. Et etiã quoddam dicitur de eo, quod caret potentia. ſicut illud, quod non habet potentiã. & omnia, quæ dicuntur ſimilia, ſicut non terminatum. Omnia igitur relatiua, quæ dicuntur mõ numeri & potẽtia, ſunt relatiua, quia eſſentia eorum dicitur

ad

G *ad aliquid, & non quia illud aliud dicitur ad illa. Menſuratum aũt, & intellectum, & ſcitum dicitur relatiuum, quia ad illud dicitur aliud aliquid. Intellectus enĩ ſignificat habere intellectum. Et intellectus nõ eſt relatiuus ad illud, quod eſt intellectus. quoniam, ſi hoc dicatur, tunc idem dicetur bis, & ſimiliter, ſi viſus eſt viſus ad aliquid, non eſt viſus illius, quod eſt. & ſi iſte ſermo eſt verus, ſed dicitur re-*

H *ſpectu coloris, aut aliud aliquid tale. ſecundum hoc aũt idem dicetur bis, aut illud, cuius eſt viſus. Et relatiuorũ, quæ dicuntur per ſe, quædam dicuntur hoc modo, & quædã dicuntur quia ſunt genera talia. ſicut Medicina, quæ eſt relatiua, quia ſuum genus, quod eſt ſciẽtia, exiſtimatur eſſe relatiuum, & ẽt omnia, quæ ſunt in eis. Et dicitur relatiuum, ſicut æqualitas, quia æquale, & conſimilia propter ſimi-*

I *litudinẽ. Et relatiuorum eſt quod dicitur modo accidentali. ſicut homo, qui eſt relatiuus, quia accidit ei eſſe duplum alicuius. & hoc eſt relatiuorum. & ſimiliter album accidit eidem vt ſit duplum, & album etiam.*

20 Ideſt, ꝙ vna ſpecierũ relationis terminatæ eſt ſicut duplũ & dimidium, & oẽs, qui multiplicãtur per numerũ ad numerũ productũ, cuĩ numerus producẽt' ſit multiplex ad illos duos numeros ductos vnũ in alterum ſm vnitates vtriuſq; eorũ. K D.d. quod multiplicat' multotiens, eſt, &c. i. ꝙ relatio numerorũ multiplicatorum eſt relatio terminata: & relatio numeri ſuperioris ad magis ſuperius eſt relatio nõ terminata, ſicut relatio pauci ad multũ. D.d. Et quoddam ſicut calefaciens, &c. i. & quoddam relatiuorũ eſt in potẽtijs actiuis & paſſiuis, ſicut calefaciens. nõ enim acquirit hanc diſpõnẽ niſi in reſpectu illius, quod calefacit. & ſil'r abſcindens ad abſciſſum, & vlt agens ad patiens, & d. ſicut menſura ad menſuratum, &c. Et, cùm dixit Expõ
iſtos tres modos relatiuorum, dicit. mi mo
Primum aũt relatiuorum, &c. i. & L
relatiuorum exiſtentiũ in numeris quędã ſunt, quibus relatio eſt terminata. v.g. ꝙ duplũ eſt duplum dimidij, & ꝙ duo eſt duplũ vnius, & tria triplex vnius. & ſil'r alij modi numerorum attributorũ ad vnum & hoc intẽdebat, cùm d. & p illud refertur ad illa, aut ad vnũ. qm̃ relatio terminata eſt, ſicut diximus eſſe duo, tria, quatuor, quinq;. oĩa enim iſta ſunt multiplicatiua vnius, multiplicatione terminata. Deinde dedit exemplum de nõ terminato, & d. numerus aũt multiplex, &c. i. & intẽdit ꝙ, M
cùm aliquis dixerit, iſte numerus ẽ multiplex, hoc nõ dicet' in reſpectu alicuius numeri terminati, niſi determinet multiplicationẽ. v.g. vt dicat quadruplũ aut ſexcuplum. D.d. & iſtud determinatũ ex ſimplicibus eſt ante duplũ, i. ꝙ numerus terminatus, qui eſt dimidiũ, eſt ante duplũ in ordine numerorũ, & vterq; eſt terminatus. D.d. multiplex autẽ ſuperpartiens non eſt terminatum. & intẽdit niſi numeretur numerus multiplicis, & numer' ſuppartiẽtis.

D.d.

A D.d. totum enim & dimidiū, &c i. proportio. n. & dimidium, &c. i, proportio. n. totius ad totū & dimidiū est proportio terminata: & sic talis numerus ad talem numerum. D.d. totū aūt & pars, &c. i. proportio. n. totius ad partem, & illius partis ad magis diminutum non est proportio terminata, sicut dicimus, iste numerus est multiplex ad vnum sine determinatione. D.d. superius autē, &c. i. dicere aūt, ꝙ iste est superior isto, & iste superior alio, est proportio nō terminata. quia isti excedūt se fm numeros & non æquales: & il
B lud est terminatum ex eis, quia succedit ꝑ numeros ęquales: isti autem possunt excedere se fm nūeros ęquales & non æquales. D.d Omnia igit̄ ista relatiua, &c. i. omnia igit ista relatiua, ꝙ numeri vni⁹ sunt relatiua, aut quia sunt ipsius numeri, aut qa sunt in accidentibus numeri, & accidentia numeri sunt min⁹ & plus, & addens & diminuēs, & æquale & in-
ꝑō mōi æquale, & similia. D.d. Et dicitur ēt
ūs prīo alio modo, &c. i. & dicunt etiam relatiua alio modo de æquali in quātitate, & simili in qualitate, & de eodem in substātia. D.d. omnia. n. ista
C &c. i. & proprium est istis tribus generibus relatiuorum, quia proportio in eis est eadem in vtroq; extremo. similium. n. vtrunq; est simile alij, & sic æqualia. & hoc intēdebat, cùm d. quia conueniunt in aliquo, econtra in alijs speciebus relationis.

D.d. Et vnum est principium numerorum, &c. i. & vnum, fm ꝙ est principium numerorum, & mensura eorum, concluditur etiam in relatiuis, quæ sunt in numero. D.d. omnia igitur, &c. i. quia eorum est quædam, cuius ratio est terminata, & quædam cuius est opposita, & ꝙ- D
dam cuius est cōis in vnitate, & quę dam in accidentibus numerorum, & quædam est in substantia numerorum. D.d. Actiua aūt, & passiua, Expō secūdi modi.
&c. i. relatiua autem, collocata in genere actionis & passionis, sunt relatiua per potentias existentes in eis. & intendit, ꝙ non sunt sicut numer⁹. in numero. n. non est actio neq; passio. & ideo d. Secundum aūt modū In numero ñ est actio, neq; passio. Vi de. 4. Phy. 74.
numeri non habent actiones, &c. i. relatiua autem, ꝙ sunt in numeris; non habēt actiones, neq; passiones, & accidentia existentia in rebus mobilibus. D.d. Et dicuntur relatiua, E
&c. i. & relatiuorum quædam sunt, ꝙ non sunt relatiua nisi in terminatis tēporibus, sicut res actiuæ, & passiuæ, ꝙ appropriantur temporibus terminatis, sicut quod agit ī aliquo tempore, & non agit in alio: & sicut agit quod est ī præterito, & agit qđ est in præsenti. D.d. & sic dī pī, &c. i. quia pater & filius sunt de genere agentis & patientis, in quo non inuenitur actio & passio nisi in tempore terminato. vir. n. & mulier nō genetant in qualibet ætate, sed in tē poribus vitę determinatis. D.d. Oīa
igitur relatiua, &c. i. omnia igit̄ re- F
latiua, ꝙ sunt in numeris, & potētijs, sunt relatiua, quia essentia vtriusq; eorum collocatur in relatione eodem ordine, non quia alterū intrat in relationem per se, & alterum nō in relatione per se: sed qm̄ alterum accidit ei, si illud, quod est relatiuū per se, & accidens alterius, ꝓp quod Expō terūj modi.
fuit relatiuum. D.d. Mensuratū autem, & intellectum, &c. i. quod autē est de modo relatiuorum, sicut intellectum & scitum, sensatum dicit esse relatiuum, quia illud, quod est

G relatiuum per ſuam ſubſtãtiam, accidit ei, ſi intellectus, qui eſt ī ſua ſubſtantia relatiuus, cùm accidit ei qđ fuit relatiuum intellecti, accidit intellecto, quod fuit relatiuum: nõ qa relatio eſt in ſubſtantia intellecti, ſicut eſt in ſubſtantia intellectus, ſed quia relatio accidit ei. hoc igitur intendit, cùm d. talia eſſe relatiua, ſ. qa aliud relatiuum p ſuam ſubſtantiã prædicatur de illis. Et quaſi d. qa relatio eſt duobus modis, ſ. aut relatio in ſubſtantia vtriuſq; relatiui, aut relatio in ſubſtantia alterius tm̃, & in altero propter iſtud. Et, cùm induxit hos duos modos relationis, īcœpit declarare naturam ſecundi modi, & d. Intellectus. n. ſignificat, &c i. & intellectus non refertur ad intelligentem, ſed ad intellectũ. qm̃, ſi ita eſſet, tunc intellectus conſtitueretur per intelligentem. ſed vī eſſe econuerſo: ex quo conſequereť ꝙ illud, quod conſtituitur p aliquid, conſtituat illud, ſ. quia contingit vt cã conſtitueret per cauſatum. & ſic idẽ eẽt in reſpectu eiuſdem cauſa & cauſatum inſimul. & hoc intẽdebat, cum d. tunc idem dicet bis, & tunc idem erit cã & cauſatum eiuſdem. D.d.& ſi fr̃ ſi viſus, &c. i. v.g. qm̃, ſi viſus fuerit relatiuus ad viſum, videns non eſt relatiuus ad viſum. D.d.& ſi iſte ſermo, &c. i.& ſi ſermo dicens, ꝙ viſus non eſt relatiuus ad viſum, ſic viſus erit relatiuus ad aliud, aut ad coloré, aut ad aliquid ſimile. D.d. fm autem hoc idem dicetur bis. ſ. ſi autem poſuerimus viſum eſſe fm relationem ad viſum, continget idẽ eſſe duo oppoſita fm cauſam & cauſatũ, i. ſi poſuerimus, ꝙ viſus non eſt viſus, niſi per viſum, non per ré viſam. D.d. Et relatiuorum, quæ dr̃ p ſe, &c. i.& relatiuorum, q dr̃ p ſe, quæ K dam ſunt hmõi, & quædam exiſtimant collocari in eis, quia genus collocatur ī eis. v.g. Medicina, q exiſtimatur eſſe huius ſpeciei relatiorũ, quia ſuum genus eſt huius ſpeciei, ſ. ſcĩa. & exiſtimatur ꝙ illud, cuius genus eſt relatiuum, eſt etiam relatiuũ. Sed iſta exiſtimatio accidit fm hoc, ꝙ ſcĩa eſt modi relatiuorum, q̃ referuntur adinuicem, propter hoc, ꝙ conueniunt in eodem, ſicut equale & ſimile: æqualia. n. ſunt relatiua, quia conueniunt in eodem. & quia exiſtimatur ꝙ ſcientia eſt hmõi, qa eſt idem, in quo conueniunt ſciés & L ſcitum, continget vt Medicus ſit ex hoc modo relatiuorum. Et intendebat per hoc declarar̃ cauſam, ꝓpter quam accidit ꝙ aliquod genus ſit relatiuum, & ſua ſpecies non ſit relatiua. & cauſa in hoc eſt, ꝙ non eſt genus in rei veritate. ſcientia. n. nõ eſt genus Medicinæ in rei veritate, niſi ſcientia diceretur fm relationem ad ſciẽtem, & Medicina ad Medicum. tunc enim ſcientia eſſet genus Medicinæ, & ſciens genus Medici. D.d. Et relatiuorum eſt, quod dicitur modo accidentali, &c. i. ꝙ quando homini accidit vt ſit duplum ad aliq d, M accidit ei vt ſit relatiuum, ſicut accidit ei vt ſit album. homo enim ſecũdum quòd homo non eſt duplum, neque album.

Relatio ẽ duob⁹mo dis.

H

I

Modi improprij.

Documẽtum.

De Perfecto. Cap. 16.

PErfectum dicitur vno qui dẽ modo, extra quod non eſt vllam accipere particulam. vtputa tẽpus ipſum, vniuſcuiuſq; perfectum eſt, extra qđ non eſt vllum accipere tempus, quod pars huius temporis ſit.

Vid. Ar in Epſt. ꝓ

Et

A Et quod ſecundum virtutem, et quod eſt eius, quod bene, nō habens exceſſum ad genus. vt perfectus muſicus, & perfectus tibicen, cum ſecundum proprię virtutis ſpeciem in nullo deficiant. Ita etiam in malis transferentes dicimus calumniatorem perfectum, & furem perfectum, quoniam etiam bonos eos appellamus, vtputa furem bonum, & calumniatorem bonum. Virtus quoq; quædā perfectio eſt. vnū quodq; nanq; tunc perfectū eſt, B cunctaq; ſubſtantia tunc perfecta, cùm ſecundum ſpeciem propriæ virtutis nulla deſit particula magnitudinis naturalis. Item quibus finis ſtudioſus eſt, ea perfecta dicuntur. etenim ſecūdum quod habent finem, perfecta dicūtur. Quare cùm finis vltimorum quippiā eſt, ad praua quoque transferentes, dicimus perfecte interemptum eſſe, & perfecte corruptum eſſe, cùm nil corruptionis, aut mali deſit, ſed in vltimo ſit. ꝓpter quod & mors C metaphorice dicitur finis, quoniam vltima. finis autem & qđ cuius gratia, vltimum. Quæcūque igitur per ſe perfecta dicuntur, toties dicuntur. Quædam, eò ꝙ ſm bene in nullo deficiūt, nec habent in aliquo genere exceſſum, nec ẽ quicq; extra. Quædam, eò ꝙ omnino in vnoquoque genere exceſſum nō habēt, nec quicq; eſt extra. Cætera vero iam ſm ipſa, eò ꝙ aut tale faciunt, aut habent, aut conueniūt, aut tali aut aliquo alio mo, D do ad ea, quæ primo dicta ſunt, perfecta dicuntur.

Perfectum dicitur vno modo illud, quod impoßibile eſt habere aliquam partem omnino extra illud. ſicut tempus. tempus enim perfectum cuiuslibet rei eſt illud, quod impoßibile eſt vt extra illud ſit aliquod tẽpus, quod ſit pars iſtius temporis. Et ſimiliter illud, quod habet ſtudioſitatem, & quod dicitur modo bonitatis, quando nullam E *habet dignitatem ſuper genus. ſicut dicitur medicus perfectus, & muſicus perfectus, cum non habuerint diminutionem in modo ſtudioſitatis propriæ. Et ſecundum hunc modum dicimus in rebus turpibus ſecundum tranſumptionem ſermonis. dicimus enim mendacem perfectum, & latronem perfectum, quia vocamus eos nomine bonitatis. & etiam ſicut dicimus quòd iſte eſt bonus latro, & bonus mẽ* F *dax. Vnumquodque igitur omnium rerum perfectarum, & omnes ſubſtantiæ dicuntur perfecta, quando non diminuitur in modo ſtudioſitatis ſuæ aliqua pars omnino. Et etiam dicuntur perfecta illa, quæ habent perfectionem nobilem. ſunt enim perfecta per ſuam perfectionem. Perfectio igitur eſt aliquis finis per ſuam tranſumptionem a rebus malis.*

Tota hic lari magnitudiné virtutis.

dē. 10. huius te. 13.

G *& dicitur quod aliquis corrumpi tur perfecta corruptione, et deſtrui tur perfecta deſtructione, quando de corruptione nihil diminuitur, ſed eſt valde malum. & ideo dici tur corruptio modo trāſumptionis perfectio, quia vtraq; eſt finis. perfectio igitur, et illud, propter quod fit aliquid, ſunt fines. Et quæ dicū tur perfecta per ſe ſecundum hos modos dicuntur. Quædam, quia nō diminuitur aliquid ab eis de boni-*

H *tate, neq; in eis eſt magis etiam, et nihil inuenitur extra illa. Et quædam modo vniuerſali, ita quod in eis non eſt nobilitas in vnoquoque generū, & quibus nihil eſt extra. Aly autem modi ſecundum hunc modum, aut quia agunt aliquid tale, aut quia habent, aut quia æquantur, aut quia dicuntur aliqua alia proportione, quæ attribuitur ad illa, quæ dicuntur perfecta primo modo.*

I

2 i Ideſt, Perfectū dr multis modis, quorū vnus eſt, illa, quorū nulla ps ſua diminuit, ſed eſt totū. totū. n. eſt illud, cuius nulla pars inuenit extra, & qđ non eſt totū, eſt illud, cui⁹ aliqua pars eſt extra illud. D. dedit exē plum de reb⁹, q̄ dr̄ pfectæ hoc mo do, &c. d. ſicut tp̄s, &c. i. ſicut tempora pmanentiæ entium naturalium, q̄ dr̄ menſuræ eſſentię vitæ. tēpus. n. vitæ pfectum in vnoquoq; ente eſt illud, extra qđ non inuenit tempus, qđ ſit pars illius tpis. Et ſm hūc modum dr̄ mundus eſſe pfectus. & ſm hunc modū dr̄ hō perfectus, qñ nul K lum mēbrum eſt extra illum, i. qñ non habuerit aliquod membrū diminutum & ſm hunc modū dr̄ cor pus eſſe pfectum, quia nulla dimen ſio inuenit extra illud, ſ. dimenſio quarta, & vlr dimenſio illa eſt perfe ctio ſm quantitatem. D. induxit per Secundus. fectionem ēt ſm qualitatem, Et d. & ſilr illud, quod hēt ſtudioſitatē, &c. i. & dr̄ etiam perfectum ſm qualitatem, qñ nihil diminuitur ab eo in modo ſtudioſitatis ſuæ: & qñ nihil inuenitur dignius eo in ſuo genere. medicus. n. perfectus eſt ille, à quo nihil diminuit ex eis, quæ per- L tinent ad actionē medicinæ, & quo nullus medicus eſt perfectior. D. d. Et ſm hunc modum dicimus in rebus turpibus. i. & hoc modo ſonat hoc nomen perfectum in rebus pra uis ſm tranſumptionem. ſicut dici mus iſte eſt mendax perfectus, cùm fuerit in ſummo mendacij. & iſte la tro perfectus, cum fuerit in ſummo latrocinij. D. d. quia vocamus eos, &c. i. & hoc nomen perfectio tranſumptum eſt ad iſtos, quia hoc no men bonitas trāſumit ad eos: ergo magis tranſumitur ad eos hoc no men perfectio. Et cùm induxit hæc M duo genera perfectionis, dixit: Vnū quodq; igitur omnium rerum per fectarum, &c. i. oē igitur, quod per fectum dr̄ in ſubſtātia, dr̄ perfectū, qñ nihil diminuit in ſua ſtudioſita te propria & in ſuis partibus natura libus. perfectio. n. ſubſtantiæ prouenit ex perfectione in magnitudine & in qualitate D. induxit alium mo dum perfectionis, & d. Et ēt dr̄ per fecta, &c. i. & dr̄ omne perfectum ha bens finem ſtudioſum. illa. n. dicun tur perfecta, q̄ habent finem perfe- ctum

Primus modus.

Prio cap. 4

Perfectio ſubſtæ proueniunt ex p fectione i magnitudine, & in qualitate.

A ctum. D.d. Perfectio igitur eſt aliqs finis, &c. 1. & quia perfectio eſt finis, & finis eſt pfectus, ideo vtr trãſumptione in rebus, q̃ ſunt valde prauę. & ſic dr, iſte deſtruit deſtructione p fecta, qñ venerit ad finẽ deſtructionis. D.d. & ideo dr corruptio, &c. i. & hoc modo dr corruptio, q̃ eſt cõtraria gñationi pfecta tranſumptio
2. Phy. 23. ne, quia vtraq; eſt finis. D.d. pfectio igit, & illud, pp quod, &c. i. pfectio igit alicuius, & illud, pp quod aliqd fit, vtrunq; eſt finis: & ideo dr de eis hoc nomen perfectio. D.d. Et quæ dñr perfecta per ſe, &c. i. illa igitur,
B q̃ dñr perfecta per ſe, ſunt à quibus nihil diminuitur in bonitate, & quibus nihil eſt nobilius in illo genere, ſed ſunt in ſummo nobilitatis per ſe. Et dixit hoc, quia iſta ſunt perfecta in qualitate, & quãtate primo, & eſſentialiter. D.d. & quædam modo vniuerſali, &c. i. definitio eorum vniuerſaliter eſt talis. perfecta ſunt illa, quorum nihil inuenitur in eis, per quod dicuntur imperfecta ī eis, aut extrinſecum. & iſta eſt diſpoſitio primi principij, ſ. Dei. Et forte
Diſpõ primi principij eſt ſimpr pfecta intelligit per hoc, quod dixit, & quibus nihil eſt extra. i. & à quibus ni-
C hil diminuitur ex eis, quæ ſunt. Et
Idem. 3. de Aia i 5. c. 1 ſolone. 3. q. & c. 14. & 12. Met. 17. hoc poteſt intelligi per hoc, quod dixit, ita q̃ in eis non eſt nobilitas in vnoquoq; generum, i. quãdo de eis non diminuitur nobilitas ex eo, quod inuenitur in vnoquoq; genero. D.d. Alij autẽ modi, &c. i. alij autem, de quibus hoc nomen perfectio dicitur, dicuntur perfecta, aut quia agunt illa, quæ ſunt perfecta p ſe, aut quia in eis eſt aliquid iſtorũ perfectorum, aut quia aſſimilantur eis, aut quia attribuuntur eis aliquo modo attributionis.

De Termino. Cap. 17. D

Exemd

TErminus dicit, quod vltimũ cuiuſq; eſt, extra qd nihil eſt accipere primũ, & intra quod omnia primum. Et quod magnitudinis forma, aut magnitudinem habẽtis. Et cuiuſq; finis. tale vero eſt, ad qd motus & act9, & nõ à quo. qñq; autem ambo, & à quo, & ad qd. Et cuius eã. Et ſubſtantia vniuſcuiuſq;, ac quod quid erat eſſe vnicuiq;. cognitionis. n. hoc terminus eſt. q̃ ſi cognitionis, rei E
quoq; eſt. Quare patet q̃ quoties dicitur principium, toties etiã terminus, & adhuc ampli9. principium nanq; termin9 quidam ī ſed non omnis terminus principium.

Dicitur finis illud, quod eſt vltimum vniuſcuiuſq; rerũ, & à quo nihil extra inuenitur vt ſit primũ & quod eſt primum, & oẽs partes eius ſunt intra. Et quod eſt forma magnitudinis, aut habens magnitudinem. Et complementum cuiuslibet rei. & ſicut illud, ad quod eſt motus, & non illud, ex quo eſt motus. Et forte vtrunq;, & illud ex quo, & illud ad quod. Et etiam illud, propter quod. Et ſubſtantia vniuſcuiuſque rerum, & etiam quod ſignificat eſſentiam cuiuslibet. hæc enim eſt finis cognitionis. & quod eſt cognitionis, eſt etiam rei. Declaratum eſt igitur, quod ſecundum numerum modorum prin-

G *cipy dicitur etiam finis, & magis etiam principium enim eſt aliquis finis: & hoc in vtroq; non dicitur ſemper omnibus modis.*

22 Ideſt, finis autē dicit multis modis. dicitur.n. finis de vltimo magnitudinis. v.g. ꝙ ſuperficies ſunt vltima corporis, & lineæ ſunt vltima ſuperficierum, & puncta ſunt fines linearum. D.d. & à quo nihil extra inuenitur, i. & dicitur primum de illo, extra quod nihil eſt, ita ꝙ ſit primū rei collatæ in eo. ſicut dicimus ꝙ orbis, & omnes partes ei' ſunt intra ipſum, & ꝙ orbis ſtellatus eſt finis corporum, quæ ſunt intra, qm̄ extra ipſum nihil eſt. & ſimiliter cutis aīalis cum partibus animalis D.d. Et qđ eſt forma, &c. i. & dicitur ꝙ forma eſt finis eius* quod eſt finis compoſiti ex ſubiecto & forma. ſicut dicimus, ꝙ forma hominis eſt finis ſuæ materiæ, & finis hominis, qui componitur ex materia & forma. D.d. Et complementum cuiuslibet rei, &c. i. & finis etiam dicitur de illo, ad quod cùm generata peruenerit, ceſſat motus generationis, non illud, à quo incœpit iſte motus. D.d. & forte vtrunq;, &c. i. & forte hoc nomen finis dicitur de fine, & principio motus. D.d. Et etiam illud, propter qđ, &c. & dicuntur fines, & cauſa propter quid. complementum. n. eſt finis illius, quod eſt ante complementum. Et dicitur finis etiam de quiditate & ſubſtantia rei, & de ſermone, qui ſignificat ſubſtantiam vniuſcuiuſq; rei. Definitio. n. eſt finis in cognitione, & eſſe. quod. n. eſt finis in cognitione, eſt finis in eſſe. & hoc intēdebat, cùm dixit: & quod eſt cognitionis eſt etiam rei Deinde d. Declaratum eſt igitur, &c. i. declaratū eſt igitur, ꝙ ſm numerum intentionū, de quibus dicitur principium, dicit etiam hoc nomen finis principium enim eſt aliquis finis. & cum hoc dicitur modo vniuerſaliori eo, quod dicitur principium. D.d. & hoc in vtroq;, &c. & intendit, vt mihi videtur, ꝙ vtrunq; iſtorum nominum non ſignificat communiter omnes intentiones, de quibus dicitur, ſed ſecundum mutationem.

K ꝙ ē principium. Vide contra Zim.

De Secundum quod. Cap. 18.

SEcundū quod multipliciter dr̄. L Vno modo, forma & ſubſtātia cuiuſq; rei, vt ſm quod bonus, ipſum bonū. Alio, in quo primo fieri aptum eſt, vt color i ſuperficie. Quod igitur primo dictum eſt ſm quod ipſa forma eſt. ſecundo vero, tangit cuiuſq; materia, & primum cuiuſq; ſubiectum. Et oīno ipſum ſm qđ, toties dictum erit, quoties dicitur cauſa, ſm quod enim venit, aut qua cauſa venit dicitur. & ſm quod paralogizatum, ſiue ſyllogizatum eſt, & quæ ſyllogiſmi, ſiue paralogiſmi cauſa ē. Item ſm quod dicitur, quod ſecundum poſitionem eſt. ſm qđ ſtetit, aut ſecūdum quod vadit. etenim hæc omnia poſitionem & locum ſignificant. Quare & ſm ſe multipliciter vt dicat neceſſe eſt. Vno nanque modo ſecūdum ſe eſt quod erat eſſe cuilibet. vt Callias, & quod quid erat eſſe Calliam. Alio vero, quę cunq; in eo quod quid eſt ſunt. vtputa Callias ſm ſe animal eſt.

M Vid Auer. 1 Epi. Tra. 1. ſub c. de Eſſentia.

2. de Aīa. 37. & 38. 4 Phy. 14. *2. l quod cōtinet cō poſitum.

Definitio eſt finis in cognitiōe. vide oppo. 1. de Aīa t. c. 11. vbi dr̄

in

A in ratione enī animal ineſt. Callias enim quoddam animal eſt. Item ſi in ſeipſo primo ſuſcepit, aut in aliquo ſui. vtputa ſuperficies alba ſecūdum ſe, & homo ſecundum ſe viuens. anima nanque pars quædam hominis eſt, in qua prima ipſum viuere eſt. Item cuius nō eſt aliqua alia cā. hominis nāq; multæ cauſę sūt, animal, bipes. attamen ſecundū ſe homo eſt homo. Item quæcūque ſoli, prout ſoli inſunt. quare quod ſepāratum eſt fm ſe eſt.

*a.l. colostacum.

B *Quod eſt per ſe dicitur multis modis. Vno modo dicitur forma & ſubſtantia cuiuslibet rei. ſicut dicitur per ſe bonum illud, quod eſt bonum. Et alio modo illud, in quo eſt aliquid primo naturaliter, vt color ī ſuperficie. Illud igitur, quod primo dicitur per ſe, eſt illud, quod dicitur per formam. & dicitur ſecundo modo materia, & ſubiectū cuiuslibet. Et vniuerſaliter illud, quod eſt per ſe, & cauſa æqualia*

C *ſunt in eſſentia. dicitur enim ad quam eſſentiam facit hoc. & dicitur quare fecit hoc. & etiam dicitur ad quam eſſentiam non concludit veram concluſionem, & dicitur quæ eſt cauſa veræ cōcluſionis, aut non veræ. Et etiam dicitur per ſe illud, quod eſt ſitum per ſe, ſicut ſtans, aut ambulans. omnia enim iſta ſignificant locum, aut ſitum. Manifeſtum eſt igitur, quòd illud, quod eſt per ſe, dicitur multis modis.* D *Primo enim dicitur per ſe illud, quod ſignificat quiditatem cuiuslibet rei. ſicut dicitur, quòd Callias eſt per ſe. in ſua definitione. n. eſt vivus, & Callias eſt aliquod viuum. Et etiā alio modo eſt, cum in aliquo apparuerit primo. ſicut ſuperficies, quæ eſt alba per ſe, & homo eſt viuus per ſe, quia anima eſt aliqua pars hominis, & in ea eſt vita propria. Et etiam illud, quod non habet aliam cauſam. cau* E *ſæ enim hominis ſunt multæ, & viuus, & bipes. ſed cauſa eius per ſe ſecundum quòd eſt homo eſt homo. Et etiam quæ ſunt eiuſdem, ſ. humanitas. eſt enim humanitas ſicut genitans per ſe.*

Ideſt ꝙ vnus modorū, fm quos dr aliquid eſſe per ſe, eſt forma & ſubſtantia. dicimus. n. ꝙ aliquid exiſtit per ſe. v. g. dicimus. n. ꝙ aliquid eſt bonum per ſe, cùm fuerit bonum p ſuam formam, & per ſuam ſubſtantiam. D. d. Et alio mō, &c. i. & dicit alio modo, ꝙ aliquid exiſtit in aliquo p ſe, cùm fuerit ſeo ſine medio. v. g. cùm diximus colorē exiſtere in ſuperficie per ſe, & in corpore non p ſe. in ſuperficie. n. exiſtit primo p ſe, & ſecundo in corpore. D. d. Illud igitur, qđ primo dr p ſe, &c. i. illud igit, quod dr per ſe, dicit duobus modis: quorum vn° eſt & primus illud, qđ dicitur fm ſuam formam, & ali° fm ſuam materiam, i. primum ſubiectū formæ cuiuslibet rei. ſicut dicimus, ꝙ ſcamnū eſt lignum per ſe,

23 Primus modus.

ſ Secundus.

Idē. 4. Ph. 24. Dſia primi a ſcdo.

G & idolum eſt p ſe æs, & hō eſt viuus p ſe, & vīr oē compoſitum eſt per ſe per ſuam materiam & formam. & omne, quod eſt ī aliquo p ſe, aut eſt per ſe per materiam eius, aut per formam, aut per vtrunq;. D.d. Et vniuerſaliter illud, quod eſt p ſe, &c. i. q̄ cauſæ ſunt in re per ſe, & quę ſunt in re per ſe ſunt cauſæ: ſignant igit eandem naturā. v.g. quia dr̄ ad cui⁹ eſſentiam fecit Polyclerus hoc, ſicut dicimus ad cuius cām fecit hoc, in vtroq;. n. loco q̄rit cā. & iſte modus viſus eſt ī Arabico mal⁹. D.d, aliud exemplum, & dixit: Et ēt dr̄, &c. i. & H exemplum in vtendo eſſentia loco cauſæ, & cā loco eſſentiæ eſt, cùm q̄rit, quare iſte ſyll's non concludit veram concluſionem, aut ad cuius eſſentiam concludit veram concluſionem. hoc. n. idem eſt cū hoc, quod q̄ritur, qua de cauſa iſte ſyllogiſm⁹ non concludit veram cōcluſionem, aut concludit veram concluſionē.

D.d. Et ēt dr̄ per ſe, &c. i. & dr̄ per ſe omne, quod eſt in prædicamento ſitus. v.g. ambulans & ſtans. dr̄. n. habere ſitum per ſe in loco D.d Manifeſtum eſt igitur, q̄ illud, quod p ſe eſt, dr̄ multis modis. Vno n. modo dr̄ p ſe, quod ſignificat quiditatē cuiuslibet rei, ſicut dicimus, q̄ Callias eſt per ſe viuus. & vīr illud, quod eſt per ſe, dr̄ multis modis quorū vnus eſt illud, quod primo dixim⁹, & eſt I acceptus in ſua ſubſtantia rei, ſ. aut genus, aut differentia, aut definitio, quæ fit ex ambobus. ſicut dicimus, q̄ ſermo eſt vnus per ſe, quia vnum accipitur ī ſua definitione, & demōſtrat ſuam quiditatem. D.d. Et etiā alio modo, &c. i. & dicitur per ſe euā de prædicabilibus de ſubiecto propter naturam ſubiecti ſine aliquo mediante. ſicut dicimus, q̄ ſuperficies eſt alba p ſe, i primo & ſine medio corpus. n. non eſt album niſi p ſuperficiem. & hoc eſt quod dixit; & homo, quia anima, &c eſt exemplum huius, quod dixit: qm̄ in aliquo apparuerit ſicut hoc, quod diximus. Et hoc quod dixit, ſicut ſuperficies, q̄ eſt alba, eſt exemplum huius, quod dixit, aut eſt in aliquo, &c. i. q̄ res habent cauſas, quæ dicuntur exiſtere in illis reb⁹ per ſe, licet attribuantur eis pp alias cauſas. ſicut dicimus, q̄ homo eſt viuus p ſe, quia eſt viuus propter animam, & eſt animatum per ſe, non propter alium. Et ſimiliter omne, quod exiſtit in aliquo p ſe, aut exiſtit in eo tanquā accidens, aut tanq̄ ſubſtātia: & vtrū que iſtorum, aut per medium, aut ſine medio. ſubſtantia cum medio, aut per medium eſt, vt homo viu⁹: & accidens per medium, vt corpus coloratum; & ſubſtātia ſine medio, * rationale; & accidens ſine medio, ſuperficies colorata. D.d. Et etiam illud, quod nō hēt aliam cām, &c. i. & ēt dr̄ aliquid exiſtere p ſe illud, qđ non hēt cām, pp quam exiſtat, niſi p ſe ſi aliquid eſt tale. homo. n & ſimilia non exiſtūt niſi p ſuas cās, q̄a habent multas cās. D. d. ſed cā ei⁹ p ſe, &c. i. & quamuis exiſtat homo p plures cauſas, tamen cauſa eius, qua exiſtit per ſe, eſt humanitas. D d. Et etiam quæ ſunt, &c. & vniuerſaliter omne, quod exiſtit in aliquo ſm q̄ eſt, & illud in quo exiſtit, ſunt vnū eſſentialiter, non accidētaliter, ſicut color in ſuperficie. dr̄ enim exiſtere per ſe, ſicut dicimus q̄ ſuperficies eſt colorata. dicere autem q̄ homo eſt coloratus non dicitur ita, quòd ſit ei per ſe.

K

L

M

De

Oēs eā per ſe. Vīr oē cōpoſitu; p ſe ē per ſuā materiā, & per ſuā formā

Primo cœli. 91. & 100.

Situs p ſe, quia q̄ in ſitu per ſe ſunt.

Diſtinctio modorū per ſe.

7. Meta. 21 & 43.

De p̄dicabilibus in hæc entib⁹

Oē, quod exiſtit ī aliquo p ſe, aut exiſtit in eo tanquā ſubā, aut tanq̄ accñs, & vtrunque iſtorū aut ineſt cum medio, aut ſine medio.

* a. l. hō nō nalis.

De illo, qđ nō h; cauſam.

Digitized by Google

A De dispositione, Cap. 19.

DIspositio dicit ordo partes habentis, aut secūdū locum, aut fm potentiā, aut fm formam. positionem.n. quandam esse oportet, sicut ipsum etiam dispositionis nomen significat.

Situs autem dicitur in habente partes secundum ordinem partium, aut secundum locum, aut secundum potentiam, aut secundum formam, debet enim habere situm
B *aliquem, sicut sonat hoc nomen situatum.*

24 Quō situs vt ē ꝑdicamentū distinguitur a situ vt ē differēti a quanto.

Dixit Situs inuenitur in omni habēte partes, aut per ordinem partiū in loco, & iste est situs, qui est ꝑdicamentum. Aut per ordinationē partium rei adinuicem: & iste situs est vna differentiarum quanti, fm ꝙ dictum est in prædicamentis, ꝙ quantum aliud habet positionem, aliud non habet positionem, & ꝙ partes rei distinguuntur ab inuicē; Aut fm formam. & hoc est in rebus
C compositis ex partibus diuersis fm formam, aut in magnitudine, sicut in magnitudine partium lineæ, & corporis, & vniuersaliter corporum consimilium partium & istæ partes non sunt distinctæ in hac dispositione nisi potentia, actu autem non. Et ideo dixit, aut fm potentiam, aut secundum formam & quasi intendebat ꝙ situs dicitur in habente partes secūdum ordinem partium, aut in loco, aut adinuicem. & hoc est, quando distinguuntur partes, aut secundum potentiam, aut secundū formam.

De Habitu. Cap. 20. D

HAbitus aūt dicitur vno modo, tanꝙ quidā habētis, & habiti actus, sicuti actio quædam aut motus. nam cùm hoc quidem efficit, illud vero fit, est media effectio. ita & habentis vestem & vestis habitæ est medius habitus. Hunc itaꝙ habitum, ꝙ non contingit habere manifestum est. in infinitum enim progrederetur, si habiti esset habitum habere. Alio modo habitus dicitur dispositio, scūm quam bene vel male disponitur E
dispositum, & aut secundum se, aut ad aliud. vt sanitas quidam habitus est, dispositio etenim talis est. Item habitus dicit, si particula talis dispositionis sit, quare partium quoque virtus quidam habitus est.

Dispō dicitur vno mō, quasi aliqua actio eius, cuius ē, sicut aliqua ars aut motus, cùm.n. aliquid agit & aliud patitur, passio ē iter ea. & similiter inter vestiēs, & vestitū est dispō. Manifestū est, n. quòd F
ipossibile est, quòd ista dispō sit alterius. Et dicitur dispō alio mō secundū positionē, & est secundum quā positio rei aut ē bona, aut est mala, aut per se, aut ꝫ respectu alicuius, vt sanitas. est .n. aliqua dispō qua talis secundū vnā dispōnem. Et dicitur ēt dispositio, cùm fuerit pars alicuius, quod dicitur secūdū positionem tali modo. & ideo bonitas partium est aliqua dispositio.

Dispo-

G Diſpoſitio dicitur multis modis. dicit enim de actione agentis alicuius in aliquo patiente, ſicut aliqua ars, aut aliquis mot⁹. v.g. ꝙ cùm aliquid egerit in aliquid aliquã actionem, & illud aliquid patiatur ab eo, illud, quod fit inter ea, diſpoſitio dicit: ſed in reſpectu agentis dr̃ actio, & in reſpectu patientis dr̃ paſſio.

25 Primus modus. Primo de Gene. 55.

Secundus. D. dedit exemplum, & dixit: & ſiſt inter veſtiens, &c. i. & dr̃ hoc etiam in diſpoſitione, q̃ fit inter veſtiẽs & veſtitum, q̃ dr̃ veſtio. D. d. Et dicit diſpoſitio alio modo, &c. i. & dicit

H diſpoſitio alio modo de illo, quod fit ex compoſitiõe, & eſt diſpoſitio, ex qua compoſitio rei eſt aut bona, aut mala. ſicut ſanitas, quæ eſt diſpoſitio iſtarum diſpoſitionum. eſt. n. diſpoſitio facta ex cõpoſitione mẽbrorum, & humorum. D. d. aut per ſe, &c. i. & dixit hoc, quia diſpoſitiones, quæ ſunt ex compoſitione partium rei, ſunt bonæ aut malæ in ſe, aut reſpectu alterius diſpoſitionis. vt ſanitas Socratis in reſpectu ſanitatis Platonis. Et vocauit compoſitionem poſitionem, quia compoſitio eſt in poſitione partium adinuicem.* D. d. Et dicitur etiam diſpoſitio, &c. i. & dicitur diſpoſitio de diſpoſitione, qua potio totius aut partis eſt bona aut mala. & ideo bonitas partium in compoſito eſt aliqua diſpoſitio. & intendit, ꝙ diſpoſitio bona aut mala, aut erit ex poſitione omnium partium adinuicem, aut in vna parte reſpectu totius.

Sanitas eſt diſpõ facta ex cõpõne mẽbrorũ, & humorũ. 1dẽ. 7. ph. 17.

Cõpõ eſt ſ poſitione partiũ ad

I inuicẽ. Vide de oppoſi. 1. de Gene. t. 1. cõ 8c. Vide cõtr. 2um.

* Tertius.

De Paſſione. Cap. 21.

PAſſio dicitur vno quidẽ modo qualitas, ſecũdum quam alterari contingit. vt album & nigrum, dulce, & amarum, grauitas & leuitas, & K quæcunq; alia ſimilia. Alio vero horum actiones, & iam alterationes. Item harum magis, q̃ noxiæ alterationes, & motus, & maxime quæ triſtes & noxiæ ſunt. Item calamitatũ & triſtiũ magnitudines paſſiones dr̃.

Paſſio dicitur vno modo qualitas, qua poſſibile eſt tranſmutari album & nigrum, & dulce & amarum, & graue & leue, & alia. Et alio modo tranſmutationes, & actiones iſtorum. Et etiam L *dicitur magis ſpecierum nocentes tranſmutationes et motus, & maxime nociui, & maxime contriſtantes. Occaſiones autem maxime delectabiles & contriſtabiles dicuntur paſſiones.*

Paſſio dicitur vno modo de potentia, qua aliquid tranſmutatur de contrario in contrarium, vt de albedine in nigredinem, & de amaritudine in dulcedinem. Potentia enim qua aliqua tranſmutantur adinuicem, dicitur potentia paſſiua: & iſta M eſt materia paſſiui. ſicut cùm aliqd tranſmutatur ad nigredinem de albedine, & de nigredine ad albedinẽ: & de dulcedine in amaritudinem, & de grauitate in leuitatem. D. d. Et alio modo, &c. i. & etiam dicuntur paſſiua ipſa accidentia, quæ recipit prima materia, ſ. caliditas & frigiditas. Deinde d. Et etiam dicitur magis, &c. i. & magis dicitur hoc nomen paſſio in iſtis modis in eis, quæ ſunt nocitiua & contriſtantia animaliũ, aut delectabilia, ſ. tangibilia.

26 Primus modus.

9. Met. 16

Secundus modus.

Tertius.

&

A & ideo dixit. Occaſiones enim maxime,&c. ideſt, & ideo dicitur illud, quod accidit ex occaſionibus maximis contriſtabilibus, & illud, quod accidit delectabilibus maximis in maiori parte paſſiones.

De Priuatione. Cap. 22.

Vid Auer. in Epi. Tract. 1.

PRiuatio dicit vno modo, ſi nō habeat aliquid eorū, quæ apta ſunt haberi, etiā ſi ipſum nō ſit natura aptum habere. vt planta dicit oculis priuari. Alio mō, ſi cum aut ipſum, aut genus eius aptū habere ſit, B non habeat. vtputa aliter cęcus homo viſu priuat, & aliter talpa: hęc quidem ſm gen⁹, ille vero ſm ſe. Itē ſi cùm aptum ſit, & qñ ſit aptū habere, non habeat. cęcitas nanq; priuatio quædam eſt. cęcus aūt non ſm omnē ętatem, ſed ſi, in qua aptus eſt habere, non habet. Sifr ſi in quo, & ſecundum quod, & ad quod, & quemadmodū natura aptus ſit, non habeat. Item violenta cuiuſq; ablatio priuatio dicit. Et quoties negationes ab IN, vel ſimili negatione incipiētes dicuntur, toties ēt priuationes dicent. C Inęquale nanq; dicitur, eò ꝙ nō habeat æqualitatē, aptū exiſtēs habere. inuiſibile vero, eò ꝙ nō habeat omnino colorē, & quod exigue. & impes, eò ꝙ & non habeat omnino pedes, & quod debiles. Item cùm parum quid habeat. vt cùm dicimus ĕxoſſem, hoc autem eſt, eò ꝙ exile quiddam habet. Itē, cùm nō facile, aut non bene. vt inſecabile, non ſolum eò ꝙ non ſecetur, ſed D etiam eò ꝙ non facile, nec bene. Item, cùm omnino non habeat. cęcus nanq; dicit non qui vnoculus eſt, ſed qui vtriuſq; oculi viſu caret. Quare non oīs, bon⁹ vel malus, aut iuſtus vel iniuſtus, ſed ēt intermedium eſt.

Priuatio dicitur vno modo, cū aliquid non habuerit illud, in cuius natura eſt eſſe in aliquo, licet ipſum non habeat illam naturam. v.g. quoniam dicitur, quòd plantæ carent ſenſu. Et alio modo, cū non habuerit illud, quod debet habere per ſuā naturā. vt homo cæcus. modus enim carēdi viſu in hoīe alius eſt à modo carendi viſu in talpa. hæc enim eſt priuatio ſecundū genus, hoc aūt per ſe. Et etiam, cum hoc fuerit in ſua natura, & in tempore in quo debet habere, aut non habere. cæcitas enim eſt aliqua priuatio. cæcus enim non eſt in omni, ſed in tēpore, in quo debet habere. F viſum. Et ſimiliter ſi fuerit per ſe, aut refertur ad aliquid. Et etiā abſtractio, quæ fit violente in vna quaq; rerū, dicitur priuatio. Secundum igitur numerum modorum, qui fuerint per negationem, erit numerus modorum priuationis ēt. Dicitur enim non æquale illud, in cuius natura non eſt. & dicitur non viſibile, quod non habet colorē omnino. & dicitur non habens

pedem.

innucleo ſim

G *pedem, qui non habet pedem oīno, & quia eſt claudum, & etiã quia parum ambulat, ſicut dicitur non habere potentiam illud, quod eſt debile. Et etiam illud, quod non eſt facile, aut illud, quod non eſt aptabile, vt non abſcindibile, non enim dicitur illud, quod omnino non abſcinditur, ſed illud, quod non facile abſcinditur, aut illud, quod nõ bene abſcinditur. Et etiã illud, quod non habet omnino. nõ enim dicitur*

H *cæcus, qui habet vnũ oculum, ſed illud, quod non habet viſum in vtroq; oculo. Et ideo dicitur non oẽ, bonũ aut malum, aut iuſtum aut iniuſtum, ſed inter hæc.*

27 Ideſt, Priuatiõ dr̃ multis modis. Dicit̃ enim qñ aliquid caruerit aliquo, in cuius natura ẽ vt ſit in alio, non in illo, neq; in ſuo genere. ſicut dicit̃, ꝙ plantæ carent aliquo, quod animalia habent naturã habendi, ſ. ſenſu. D.d. Et alio modo, &c.i. & videt̃ aliquid carere hoc, qñ caret aliquo, quod innatũ eſt inueniri ī ſua

I ſpecie. ſicut cæcitas in hoīe. & hoc eſt illud, quod innatũ eſt inueniri in aliquo ꝑ ſe, aut quod innatũ eſt inueniri ī ſuo genere. ſicut cæcitas talpę. eſt enim priuatio alicuius, quod innatũ eſt inueniri in animali, quod ẽ genus talpæ. Et, quia aliquid carere illo, quod nãſr debet habere, eſt duobus modis, ſ. aut in tpe, in quo natum eſt habere, aut in tpe, in quo non natũ eſt habere, incœpit diſtinguere hoc, & d. Et ẽt, cũm hoc fuerit, &c.i. & tali quid carere illo, quod naturaliter debet habere, aut eſt in tempore, in quo debet, aut in tpe, in quo non debet habere. v.g. quia cæcitas ẽ priuatio viſus in animali, qđ naturaliter habet viſum; ſed non dr̃ cæcum, niſi in tpe, in quo debet habere viſum. v.g. ꝙ catulus non dicit̃ cæcus, qñ naſcitur, licet non videat tunc. catulus autẽ, carens viſu poſt hoc tempus, dicetur cæcus. D.d. Et ſiſr, &c.i. & hoc contingit in eo, qđ caret aliquo, quod innatũ eſt inueniri in ſpecie eius, aut in genere eiꝰ, quod nõ habet nãm vt inueniatur in illo, ſm quod illud, quod innatũ eſt inueniri in genere alicuius, aut eſt innatum inueniri in aliquo tpe, L aut in quolibet tempore. v.g. ꝙ talpa caret illo, quod innatũ eſt inueniri in canibus in aliquo tpe, & in hoīe in qualibet ætate. D.d. Et etiã abſtractio, &c.i. & ẽt dicit̃ priuatio oẽ, quod caret aliquo, non tm̃ nãſr, ſed violenter. v.g. qñ lapis violenter nõ mouet̃ ad inferius. D.d. Secundum igit̃ numerum modorũ, &c.i. & numerus modorũ priuationis inuenitur ſm numerũ modorum intentionum, quæ ſignificant̃ per nomina priuatiua, vel infinita. D.d. Dicit̃ enim non æquale, &c.i. dicit̃ M enim non tale illud, quod caret aliquo, quod nõ habet nãſr. v.g. dicere, ꝙ color eſt nõ æqualis, quia non habet nãm habendi æquale, aut priuationẽ æqualis. aut dicere non viſibile, in eo quod nõ habet colorem. quod enim caret colore non eſt natum videri, quemadmodũ quod caret quantitate, nõ eſt natũ eſſe æquale, aut inæquale. D.d. & dr̃ non habens pedẽ, &c.i. & priuatio eius, qđ debet nãſr haberi, inuenitur tribus modis, aut priuatio pura, ſicut ī eo, quod non habet pedẽ oīno: & alius, ſicut

2. de Anima. 66.

Carere aliquo apto haberi eſt duobꝰmodis.

Priuatio forę aptæ haberi eſt tribus modis. Idem 2. de Aſa 103. 120. & 3. Phy. 34.

A ſicut in eo, qui habet pedem tortuoſum, ita q̄ male ambulat: tertius, ſicut dr̄ in eo, quod habet pedem debilem. D.d. Et ēt illud, quod nō eſt facile, &c. i. ſicut dicimus non abſcindibile. non enim dr̄ illud, quod non eſt impoſſe abſcindi tm̄, ſed ēt illud quod difficile abſcinditur, aut illud quod male abſcindit'. D.d. Et etiā illud, quod non habet oīno, &c. i. & etiā priuatio non dr̄ niſi de illo, qđ caret aliquo ſm totum, non ſm partem. non enim dr̄ cæcus ille qui hēt vnum oculum. D.d. Et ideo nō dicitur, &c. i. & ideo priuatio, & habitus non diuidunt verū & falſum in omnib⁹ rebus. falſant enim inſimul in medijs. v.g. qm̄ nō omnis homo eſt aut malus aut bonus. hō⁹ enim non ciuilis neq; dr̄ bonus neq; malus, & ſimiliter iuſtus aut iniuſtus.

B Priuatio, & habitus ſi diuidũt verū, & falſum in oībus rebus. Idē. 2. Meta. cō. 16.

Et quaſi intendebat declarare cauſam in hoc, q̄ priuatio, & habitus diuidunt verum & falſum in ſubiecto proprio. verbi gratia, q̄ iuſtitia & iniuſtitia diuidũt verum vel falſum in homine ciuili.

Priuatio, & habitus diuidunt verū, et falſum i ſubiecto proprio. Vide 3. Phy. 24. & 4. Phy. 109. & 1. Cœli. 129. & 10. Meta. 16.

De Habere. Cap. 23.

C HAbere multipliciter dr̄. Vno modo, cū quid ſm ſuā naturam, aut ſuā inclinationē agat. quare dic̄ q̄ febris hominē habet, & tyrāni ciuitates, & induti veſtē. Alio modo, in quo quid tanq̄ ſuſceptiuo exiſtit. vt æs habet ſtatuę formam, & corpus ægritudinem. Alio modo, vt cōtinens ea, quæ cōtenta ſunt. in quo nanq̄ contentū quiddam eſt, haberi ab eo dic̄. vt vas habere humidū dicimus, & vrbē homines, & nauem nautas. ſic & totum partes habet. Itē quod prohibet aliqđ D ſm ſuam inclinationē moueri, aut agere, habere dr̄ hoc ipſum. vt & columnæ impoſita onera. & vt Poetæ Atlantē faciunt cœlum habere, tanquā, niſi ipſe teneret, caſurū ſuper terrā, vt quidam Phyſiologorū tradūt. Hoc aūt modo & continens dr̄, quæ continet habere, tanquā ſepararetur ſecūdum ſuam inclinationem vnumquodq̄. In aliquo ēt eſſe ſimiliter & conſequenter, ſicuti habere dicitur.

E *Habitus dicitur multis modis. Vno modo dicitur quod põt acquirere aliquid ſecūdum ſuā naturā, aut ſecūdum ſuum ſtudiū. & ideo dicitur quòd homo habet caſtrū, et victores habent ciuitates, & veſtientes habent veſtimentū. Et alio modo, cū aliquid fuerit in aliquo ſimili recipiēti. vt cuprū, quod habet formā idoli, & corpus, quod habet infirmitatē. Et alio modo ſicut contentū continens. cōtentum* F *enim dicitur habere cōtinens. ſicut cyphus, qui dicitur habere aliquid humidū, & ciuitas habere hoīes, & nauis habere nautas. & ſecundum hunc modū dicitur totum habere partes. Et ēt dicitur habere illud, quod prohibet aliquid moueri aut agere aliquid. ſicut dicimus quòd domus habet res graues poſitas ſuper ſe. et ſicut Verſificatores dicunt, quòd cælū habet Atlantē*

aſtantē,

G *aſſtantem, qui ſi non eſſet, cœlum caderet ſuper terram, ſicut dicunt quidam loquẽtes in Naturalibus. Et ſecundum hũc modum dicitur ẽt continens cum rebus, quas cõtinet, quòd habet illas, quas vnaquæque earũ eſſet ſeparata ab alia. Et ſpecies, quæ dicũtur in aliquo etiã, ſunt ſimiles ſpeciebus habitus.*

28 Ideſt, Habitus dꝺ omne habẽs potentiam acquirendi aliquid. dicitur enim, ꝙ habet illud. ſicut dicitur ꝙ hõ habet vel pecuniã, & habet caH ſtrum: & victores habent ciuitates, quas illi regunt poſſeſſorie, & hoc habere ſignificat poſſeſſionem. D. d. Et alio mõ, &c. i. & dicit habitus de attributione formæ ad habẽs formam, ſ. recipiens illã. ſicut dicimus ꝙ cuprum habet formam idoli, & ferrum formam gladij, & corpus formã ſanitatis. D.d. Et alio modo, ſicut contentũ continẽs, &c. i. & iſte ſermo ita cecidit in libro. ſed exemplũ nõ conuenit exemplificato. dicere. n. ꝙ contentũ habet continẽs eſt ſicut animal habere cutem, & arborem habere cortices & hoc eſt ꝑI dicamentum habitus. cyphum autem habere aquam, & ciuitatem habere homines eſt econuerſo, ſ. quia continens habet contentum. & ſm hũc modum dicitur, ꝙ locus habet locatum: & hoc eſt in prædicamento vbi: & vniuerſaliter reſpectus in hoc prædicamento eſt conuerſus illi, qui eſt in prędicamento habitus. Et forte fecit hoc, quia iſti duo modi ſunt propinqui, & quaſi eiuſdem generis. Eſt. n. reſpectus cõparationis inter cõtinens & contentũ. ſi igitur fuerit *cõparatio continentis ad

*al. reſpectus.

contentũ, erit prędicamentũ habitus: ſed ecõuerſo de vbi. Per primũ igit ſermonẽ intendebat primũ reſpectum, & per exemplũ aliũ reſpectum. & dicitur, ꝙ multotiens vtit hoc Ariſt. D.d. Et ẽt dꝺ habere, &c. i. & dicitur habere omne, qꝺ habet deferens. delatum. n. dicitur habere deferens, & qꝺ prohibet delatum à caſu aut à motu. ſicut. dicit, ꝙ domus habet tectum, & ſicut dicitur, ꝙ Verſificatores dixerunt antiquitus cœlum habere angelum, qui defert cœlũ. D.d. & ſm hũc modũ, &c. i, ꝙ reſpectus inter ea inuenitur ex L hoc, ꝙ continens impedit contentũ vt agat illud, qꝺ nãliter debet agere. ſicut cyphus ne fluat. niſi igitur cõtentio eſſet, tunc ſepararetur vnum ab altero. D.d. Et ſpẽs, ꝙ, &c. i. ꝙ numerus reſpectuum, qui demſtratur ꝑ habere, ſunt ſm numerũ reſpectuũ, qui demſtantur per hãc dictionẽ in. ſed hic hæc præpoſitio, in, dignius dꝺ de reſpectu contenti ad cõtinẽs, & recepti ad recipiens. & hoc verbũ habere digniùs dicitur de reſpectu continentis ad contentum, & poſſidentis ad poſſeſſum. M

Vide 4. Ph. t.c.25.

De Ex Aliquo. *Cap.* 24.

EX aliquo eẽ vno modo dicit ex quo, vt ex materia eſt. et hoc dupliciter, aut ſm primum genus, aut ſm vltimam ſpeciem. vtputa omnia liquabilia quodam modo quidẽ ex aqua ſunt, quodam mõ vero ex ære ſtatua eſt. Vno modo dicitur ex primo mouente principio. vt ex quo pugna? ex cõuicio. quia hoc pugnæ principium. Vno modo ex compoſito ex materia, & forma. ſicuti ex

toto

A tot o ptes,& verſus ex Iliade, & lapides ex domo. finis nanq; eſt forma: perfectum vero, quod habet finem. Quædā vero tanquam ex parte forma. vt hō ex bipede,& ſyllaba ex elemento. aliter nanq; hoc, atq; ſtatua ex ære. ex ſenſibili nanq; materia compoſita ſubſtantia eſt.forma quoq; ex materia. Quædā itaq; ita dicuntur. quædam, ſiquis horum modorum ſm aliquam partem ſit. vt ex patre & matre proles, & ex terra plantæ, quia
B ex aliqua eorum parte. Vno modo, poſt qđ tpe. vt ex die nox, & ex ſereno tempeſtas. qm̄ hoc poſt illud. Horum autem quædam,eò q; habent mutuam trāſ mutationem,ita dr̄ir,ſicuti & q̄ nunc dicta ſunt. quædam,eò q; ſolum ſm tempus conſequent. vt ex æquinoctio facta eſt nauigatio, qm̄ poſt æquinoctium facta ē.& ex Bacchanalibus Thargelia, quia poſt Bacchanalia.

Thargelia ludi in honoré Apollinis.

Ex aliquo dicitur vno modo, ſi
C *cut dicitur aliquid ee ex materia. & hoc dicitur duobus modis, aut ſecundum primū genus, aut ſecundum vltimam formam. ſicut forte dicitur, quod omnia liquabilia ſunt ex aqua,et forte dicitur ſicut idolum eſt ex cupro.hoc.n. eſt initium contrarietatis. Et alio modo illud,quod eſt compoſitum ex materia & forma. vt partes ex toto, aut metrum carminis,ſicut metrū verſuū, qui dicuntur Iliades, &*

ſicut lapides ex domo.forma.n. eſt D
complementum: & complementum eſt illud, quod habet complementum. Et quodam dicitur ſicut forma ex parte, & ſicut homo eſt ex bipede.et ēt alio modo, ſicut idolum ex cupro, quia eſt ex materia ſenſibili, aut ſubſtantia ſenſibili. & etiam ſicut forma, quæ eſt elementū formæ. Quædā igitur iſtorū dicuntur his modis.et q̄dam, quādo quædā partes iſtorū fuerint alicui iſtarum ſpecierum. vt filius ex E
patre et matre, & ex terra, et ex plantis. ſunt.n. ex quibuſdam partibus. Et alio modo, quæ ſunt poſt in tempore. vt nox ex die, & pluuia ex ſereno. ſunt enim poſt illa. Et quædā iſtorum dicūtur hoc modo illa, quæ habent potentia trāſmutari adinuicem, ſicut iſta modo dicta. & quædam, quæ ſequuntur ſe adinuicem in tempore tantum. ſicut dicimus, quòd ex meridie ſit occaſus Solis, i. poſt meridiē. F
et dicimus quòd ex motibus Dionyſius fiunt Dionyſia.

Cū aūt numerauit ſm quot modos dr̄ habere,& in, vult modo numerare ſm quot modos dicitur ex, & d. Ex aliquo dicitur, &c. i. aliqd ee ex aliquo dicitur multis modis. Dicitur.n. ſicut dicitur aliquid eſſe ex ſua materia, & iſta eſt ſignificatio famoſior ex ſignificationibus ex. D. d. & hoc dicitur duobus modis, i. ex materia, ex qua dicitur aliquid eſſe, forte eſt prima materia, quæ 29

Famoſior exſignificationib⁹ ex, & q̄ aliquid d. ee ex aliquo, tanq̄ ex mā.

G quæ eſt tanq̃ genus altiſſimũ. & ſorte eſt propinqua materia, quę eſt vltimã formã habens in generatiõe, ſ. quæ recipit vltimã formam. D. d. exemplum vtriuſq;, & d. ſicut forte dicitur, &c. i. materia remota eſt ſicut aqua in liquabilibus reb⁹, vt plũbo, cupro ferro. iſta. n. dicuntur eſſe ex aqua. Materia aũt ꝓpinqua eſt, vt idolum ex cupro. cuprum n. eſt illud, in quo exiſtebat non eſſe contrariũ formæ idoli. & hoc intendebat, cùm d. hoc. n. eſt initium contrarietatis, &c. i. hoc. n. eſt primum

H ſubiectum recipiens formã idoli, & ſuam priuationem ſucceſſiue. D. d. Et alio modo, &c. i. & dicit ex, alio modo. ſicut dicimus, ꝙ partes ſunt ex toto, & vt ſicut dicimus, ꝙ manus eſt ex homine, & tale carmẽ ex tali metro. & iſta ſunt ptes ſm quantitatẽ. iſta. n. partes ſunt æquales toti in hoc, ꝙ vtrunq; cõponit ex materia, ſ. partes & tot⁹. ſicut dicimus lapides ex domo. D. d. forma. n. eſt cõplementum, &c. i. & dicit, ꝙ lapides ſunt ex domo, quia forma domus eſt cõplementũ domus, & domus eſt completa per cõplementum qd habet, & partes domus ſunt

I ex domo, i. ꝙ partes domus fiũt ex domo per diſſolutionem, & domus ex ſuis partibus per compoſitionẽ, denudando à ſe ſuas formas, & recipiendo formã domus. D. d. Et qdam dicitur ſicut forma ex parte, i. & quoddam dicitur reconuerſo. ſ. totum ex parte, ſicut homo ex bipede. D. d. & etiã alio modo, &c. i. ꝙ iſte modus eſt generatio formæ ex materia, ſ. ꝙ hæc ꝓpoſitio, ex, dicitur tribus modis, aut compoſitum ex materia & forma: aut partes ex toto: aut totum ex partibus: & ſecũdum hunc modum videt̃ quaſi reiterare primam intentionẽ. Et forte intendit, ꝙ aliquid eſſe ex aliquo dicitur ſic, ꝙ natura generati eſt nã illius, ex quo generatur. ſicut dicimus, ꝙ idolum eſt ex cupro, i. ꝙ natura idoli eſt natura cupri. Deinde d. Quædam igitur iſtorum, &c. i. ꝙ quædam eorum, q̃ dicuntur eſſe ex aliquo, dicunt̃ duobus modis: quorum vnus eſt vt aliquid ſit ex toto alicuius. ſicut dicimus animal ſanguineum eſſe ex carne. tota. n. caro concluditur in animali ſanguineo. filium aũt eſſe ex patre & matre dicimus, quia ẽ pars eorũ. & ſimiliter K eſt ex terra, & ex plantis. & intendit per plantas nutrimẽtũ. D. d. Et alio modo, &c. i. & iſta præpoſitione, ex, vtitur tranſumptiue in loco huius ꝓpoſitionis poſt. vt dicitur nox eſt ex die, non ita ꝙ dies ſit materia noctis aut pars, ſed quia nox eſt poſt diem. D. d. Et quædã iſtorũ dicuntur hoc modo, &c. i. & oẽs intentiones, quæ ſignificantur per hanc ꝓpoſitionẽ ex, cõcludunt̃ duobus modis, quorũ vn⁹ eſt in q̃buslibet duobus, quorũ alterũ trãſmutat̃ in alterũ. tranſmutatũ. n. dr̃ eẽ ex eodẽ, de M quo trãſmutat̃. Mã igit̃ tranſmutat̃ ad cõpoſitũ & ad formã, & cõpoſitũ ẽt trãſmutat̃ ad mãm, & totũ tranſmutat̃ ad ptes apd̃ ſuã corruptionẽ & generationẽ partiũ, & ptes tranſmutant̃ ad totũ apud generationẽ totius. Tẽp⁹ aũt dr̃ ſucceſſiue. res ãt, Vide. 5. Phy. 25. q̃ ſequunt̃ ſe adiuicẽ, dr̃ eẽ ex ſe ad inuicẽ. ſed iſta ꝓpoſitio, ex, ſignat in hoc loco idẽ, qd ſignat poſt. D. d. & dicim⁹ ꝙ ex motib⁹, &c. i. ꝙ poſt motus alicui⁹ fuit q̃dã, aut mouebat̃. & ſm hunc modũ dicimus ꝙ motum eſt ex eo, ex quo eſt, & ad quod eſt.

De Parte.

Prio phy. 78. 80. Secundus modus

Idẽ ſupra. t. 63. & 2. Phy. 32.

Tertius modus

Quartus modus

A Vid Auer. 2 Epi. Tr. 1.

De Parte. Cap. 25.

PArs dicitur vno quidem modo, in quod quoquo modo quãtum diuidi poteſt ſemper enim quod à quanto, prout quantũ, aufertur, pars illius dicitur. vt duo pars trium quodam modo dicitur. Alio modo, ex his ea duntaxat, quæ metiuntur. quare duo quodam modo quidem ſunt pars triũ, quodam modo vero non. Itẽ in quæ forma abſq; quanto diuidi põt, hæ quoq; partes eius dicuntur.

B quare ſpecies generis aiunt partes eſſe. Item in quæ aliquid diuiditur, aut ex quibus totũ cõponitur, aut ipſa forma, aut qđ formã hẽt. vt ſphæræ æneæ, aut ænei cubi & ipſum æs pars. hoc autem eſt materia, ĩ qua forma, & angulus pars. Item quæ in ratione vnumquodq; ſignificante ſunt, hæc quoq; pars toti⁹ ſunt. quare genus pars etiam ſpẽi dr̃. aliter vero ſpecies generis ps ẽ.

SEd cùm ens illud, q̃d simplr dicitur, multipliciter dicatur, quorum vnum quidem erat, quod fm accidẽs, aliud vero, quod vt verum, & nõ ens vt falsum: præter hæc autem sunt prædicationis figuræ, vt quid, quale, quãtum, vbi, qñ, & si q̃d C aliud hoc modo significat: item præter hæc omnia, quod potentia, & actu: cùm itaq; ens multipliciter dicat, primo de eo, q̃d secundum accidens est, dicẽdũ, quod nulla circa illud speculatio est. Signum autẽ, q̃ nulli sciẽtiæ curæ est illud, neq; actiuæ, neq; factiuæ, neq; speculatiuæ. Nec enim qui facit domum, facit simul quæ accidunt domui factæ, infinita nãq; sunt. quibusdam enim delectabilem, quibusdam noxiam, quibusdam vtilẽ D nihil prohibet factam esse, & vt ita dicam, ob eas res omnes esse aliam, quarũ nullius factiua est ædificatiua simili mõ, Nec Geometra ea, quę ita figuris accidũt speculatur, nec si diuersus triangulus duos rectos habẽs. & hoc rationabiliter contingit. nã qua si nomine solum ipsum accidẽs est. Quare Plato non male quodam modo circa Sophisticã ipsum non ens applicuit. Sophistarum etenim rationes circa acciE dens, vt ita dicam, maxime omnium sunt. Vtrum diuersum an idem musicum & grammaticũ, & musicus Coriscus ac Corisc⁹, & si omne, quod est, non autem semp factum est. quare si music⁹ existens grammaticus factus ẽ, & grammaticus existens musicus, & quæcunq; aliæ orationũ tales sunt. Videtur etenim accidens propinquum quiddam esse non enti. hoc autem ex his ẽt orationibus manifestum est. eorum etenim, quæ alio modo se F habẽt, ẽ generatio & corruptio: eorum autem, quæ secundum accidens, non est.

Et quia habet considerationem de ente, secundum quod est ens, & quid sit. Sed cum ens, quod dicitur simpliciter, dicitur multis modis, quorum vnus, vt diximus, dicitur per accidens, & vnus dicitur quasi verum, & non ens quasi falsum: & alijs modis ab istis modis figu-

G rarũ prædicamentorum, ſicut hoc, & quantum, & vbi, & quando: & etiam præter omnia iſta quod dicitur potentia & actu: & cum ens dicatur multis modis, dicamus primo de illo, quod dicitur per accidens. nulla enim ſcientia ſpeculatiua vtitur tali modo. Et ſignũ eius eſt, quòd nulla ſcientia perſcrutatur de hoc, neq; actiua, neq; artificialis. Aedificator enim non facit omnia, quæ accidunt cum artificio

H domus, quæ ſunt infinita. non enim facit, vt domus adiuuet vni, & noceat alij, & vniuerſaliter vt ſit alijs modis, qui non ſunt facti à nobis. Et ſimiliter Geometria etiam non conſyderat de rebus, quæ accidunt figuris tali modo, neq; ſi triãgulus alius, & triangulus habet duos rectos angulos alios. et ſi conuenant in definitione. accidens. n. eſt quaſi aliquod nomen tantum. Et ideo nõ malefecit Plato quoquo

I modo, quando ordinauit Sophiſticum ſub eo, quod non eſt. ſermones enim Sophiſtici in maiori parte ſunt in eo quòd conueniunt accidẽti. ſicut illud, quod dicitur quod eſt omnia, & non eſt. muſicus enim & grammaticus ſunt idem, & nauta & muſicus ſunt idem, & omne, quod eſt non ſecundum quòd dicitur de eo. ſicut ille, qui fuit muſicus, et fit grammaticus: aut ille, qui fuit grammaticus, & fit muſicus: eius: & omnes alij ſermones ſimiles iſtis. Accidens enim videtur prope illud, quod nõ eſt quoquo modo. & hoc manifeſtum eſt ex ſermonibus exemplaribus. res enim, quæ ſunt alio modo, habent generationem & corruptionem: quæ aũt ſunt mõ accidentali, nõ habẽt hoc. K

Ideſt, & quia declaratũ eſt, ꝙ iſta ſcientia habet conſyderare de ente ſm ꝙ eſt ens, ſ. quid ſit, & quæ ſunt res exiſtentes in eo, ſm ꝙ eſt ens, manifeſtum eſt, ꝙ dominus huius ſcię tiæ debet primo incipere, & ſcire de ente. D d. Sed cùm ens, quod dicit, &c. i. iam declaratum eſt, ꝙ ens ſimpliciter diuiditur in prima diuiſione in ens per accidens, & ens per ſe. Prima enim diuiſio eſt talis, aut eẽ, aut non eſſe, quod eſt falſum & poſſibile, aut eſſentialiter, aut accidentaliter: quod autẽ eſt eſſentialiter, diuiditur in decem prædicamenta. Deinde incœpit numerare decẽ genera prædicamentorum, & d. ſicut hoc, &c. i. v. g. quod dicitur de ſubſtãtia, & quanto, & quali, & vbi, & qñ, & alijs prædicamentis. Et intendit ꝙ, quia hoc nomen ens dicit de omnibus, oportet artificem huius ſcientię conſyderare de omnibus, & attribuere illa ad primũ ens, quod eſt cauſa in omnibus entibus. D. d. & etiam præter omnia iſta, &c. i. & ens etiam diuiditur præter iſtam diuiſionem, in potentiam & actum. D. d. & cùm ens dicatur, &c. Deinde d. cauſam, propter quã incœpit cõſyderare de ente, quod eſt per accidens, & d. nulla enim ſcientia, &c. i. & incipiemus loqui de hoc ente, ad demonſtrandũ, ꝙ iſta ſcientia non

4

Dñs huius ſciæ prio

L debet conſyderare de ente. Ens prima ſui diuiſione diuidit in ens ꝙ ſe & in ens ꝙ accidens. Idem. 5. Meta. 13.

M

con-

A conſyderãt de illo, niſi ne noceat in cognitione entis, quod eſt eſſentialiter. & tale debet ꝓponi vt præmuniatur homo ab illo. D.d. Et ſignũ eius, &c. i. & ſignum, ꝙ artifex huiꝰ artis non habet conſyderare de ente per accidens, eſt ꝙ nulla ars cõſyderat de illo, neque ſpeculatiua, neque operatiua. Aedificator enim, cũ facit domum, non conſyderat facere in ea omnia accidẽtia infinita. v.g. vt ſit domus fortunata habitatoris & vtilis. hæc.n. accidunt caſu. nec ẽt vt ſit infortunata & nocens. hæc.n. accidunt malo caſu, & alia ſimilia in

B finita. quod enim eſt infinitum nõ eſt determinatum. D.d. & vl'r, &c. i. & vl'r Aedificator non facit domũ vtilem aut nocentem, aut alijs modis rẽtum contingentium domui. Et ſimiliter Geometer nõ conſyderat de rebus, quæ exiſtũt in figuris per accidens. non.n. conſyderat in figura habente tres angulos, vtrũ accidat ei vt i ea ſint tres alij anguli. neque etiam cõſyderat vtrum accidat illi vt in ea ſint anguli, alij à tribus æqualibus duobꝰ rectis, & tres ęquales duobus rectis. & hoc accidit triãgulis, ſm ꝙ ſunt ex ligno & cupro,

C aut aliqua alia materia. D. d et ſi conueniant in definitione. Poteſt intelligi ſic: & ſi anguli accidentes triangulo conueniant in definitione cum angulis, qui ſunt eſſentialiter in triangulo in eſſendo æquales duobꝰ rectis. Et poteſt intelligi ſic: & ſi illud, quod eſt per accidens, cõueniat cum eo, qnod eſt eſſentialiter i definitione. & ideo dixit poſt: accidens enim eſt quaſi aliquod nomen tm̃. i. quod. n. eſt p accidens in rei veritate, eſt nomen zifer æ. i. ſine aliqua ſignificatione. D.d. Et ideo non male fecit, &c. i. cùm Plato poſuit ſermonem ſophiſticum in eo, quod eſt non ens, non male fecit, & non poſuit ipſum in ente. & cauſa fuit in hoc, ꝙ ſermo Sophiſtæ ī maiori parte eſt per accidens. D.d. ſicut illud, quod dicitur, &c. i. qñi illud, quod dicitur eſſe idem per accidẽs, eſt illud, quod recipit quodlibet, & ſuum diuerſum vno modo: ſicut accidit homini vt recipiat albedinem & muſicam, & nauigatoriã, & alia infinita. talia. n. dicuntur idem per accidens, ſicut dicimus, ꝙ muſicus eſt albus, & eſt nauigator. Et hoc in tendebat, cùm d. muſicus. n. & gram

D

Vide. 1. Phy. 21.

E maticus. i. v.g. vt aliquis hõ ſit muſicus & grammaticus. dicetur enim, ꝙ grammaticus & muſicus idẽ ſũt, ſed per accidens. & ſimiliter nauigator & muſicus dicũtur idem p accidens, qñ aliquis homo fuerit nauigator & muſicus, & ſil'r dr̃, ꝙ homo, qui recipit nauigatoriam, eſt idem cum nauigatore, ſed per accidens.

Idem. 2. Phy. 48.

D.d. & omne, quod eſt, &c. i. & omne, quod dicitur eſſe idem per accidens, non dicit' ſemper neque in maiori parte. ſicut dr̃, ꝙ grammaticus eſt muſicus, aut efficit' muſicus, aut muſicus eſt grammaticus, aut muſi

F cus efficit' grãmaticꝰ. D.d & oẽs alij ſermones, &c. i. & ſil'r omne prædicabile accidentale. Plato enim poſuit eum in non ente. quia quod eſt propter accidens, propè videtur ei quod non eſt, cùm raro accidat. & hoc intendebat, cùm d. Accidens. n. videtur propè, &c. i. illi, quod eſt nõ ens aliquo modo. D.d. & hoc manifeſtum eſt, &c. i. & numerare ea, quę ſunt per accidens ſub non ente, ꝙ apparet ex rebus, quæ inducunt. Exiſtentes enī res eſſentialiter ſunt illæ

Illud, qđ ẽ p accẽs, propè ẽ vt ei qđ nõ ẽ ideo Plato poſuit illđ ī nõ ente. Vide pro hoc 2 ph. 53. & 56.

quæ habent aliquam ſpeciẽ, in quarum indiuiduis exiſtet generatio & corruptio. illa autem, quæ ſunt per accidens, nullam habent ſpeciẽ: vnde neq; generationem neq; corruptionem. & intendebat ꝙ nulla ſpecies inuenitur per accidens.

Nulla ſpẽs inuenit̃ p accẽs. Idẽ 7. Met. cõ. 22.

Attamen dicendũ eſt amplius de accidente, quoad poſsibile ẽ, quæ nã ei⁹ natura ſit, & ob quã cauſam eſt. ſimul autẽ patebit, & cur eius ſcientia non eſt. Cùm igitur in entibus ſint quædam ſemper ſimiliter ſe habentia, & H ex neceſsitate, non ea, quæ ſecũdũ vim dicitur, ſed quã dicim⁹, eò ꝙ non contingit aliter, quædam ex neceſsitate quidẽ non ſunt, nec ſemper, ſed vtplurimũ, hoc principiũ & hui⁹ cauſa eſt, vt accidens ſit. Quodcunque. n. non ſemper, neq; vtplurimum eſt, hoc dicimus accidẽs eſſe. vtputa, ſi ſub cane tempeſtas & frigus factũ fuerit, hoc dicimus accidiſſe, non ſi æſt⁹ aut calor. quoniam hoc quidem ſemper, aut vtplurimũ, illud vero non. homĩ quoq; al bũ eẽ accidit: nec enim ſemper, nec vtplurimum. aĩal vero non ſecũdũ accidens. & Fabrum ſanitatẽ feciſſe, accidens eſt. quoniã nõ eſt aptus ad ſanitatẽ faciendã Faber, ſed Medicus, verũ accidit Fabrum eſſe Medicum. Cocus etiã voluptati intentus facit quicquã ſalubre, ſed non ſecundũ pulmẽtariã. vnde dicimus ꝙ accidit, & quodãmodo quidem facit, ſimpliciter vero minime. Illorũ etenim aliq quandoq; factiuæ pòtẽtiæ ſunt, K horũ vero nulla ars, nullaq; potentia determinata eſt. eorũ. n. q̃ ſm accidens aut ſunt, aut fiunt, cauſa quoq; ſm accidens ẽ. Quare cùm non omnia ex neceſsitate, & ſemper, aut ſint, aut fiant, ſed multa vtplurimũ, neceſſe ẽ eſſe, quod ſecundũ accidens eſt, vtputa nec ſemper, nec vtplurimũ albus muſicus eſt. cùm autẽ aliquando fiat, ſecundũ accidẽs erit. ꝙ ſi non, cuncta ex neceſsitate erunt. Quare materia erit L cauſa contingens eius, quod aliter accidit, q̃ illud, quod vtplurimũ eſt. Principiũ autẽ hoc ſumendũ eſt, vtrũ nihil eſt, q̃d nec ſemper, nec vtplurimũ, an hoc impoſsibile. Præter hæc igit̃ aliquid eſt, quod vtcunq; contingit, & ſm accidens. Sed vtrum, quod vtplurimũ, quodue ſemper nulli ineſt, an aliqua ſunt sẽpiterna, de his ſanè poſterius cõſyderandum eſt.

Sed tamen loquamur de accidente, ſecundum quòd poſsibile eſt M *in ſua natura, & qua de cauſa ſit, & videtur quòd cum hoc declarabitur quare non habet ſcientiam fixam. Et cum in rebus ſint quædam, quæ ſemper ſunt in eadẽ diſpoſitione, & ſunt neceſſariæ etiã, non illa, quæ dicuntur violenter, ſed quæ dicuntur de illis, quæ impoſsibile eſt vt ſint alio modo, & quædam non ſunt neceſſaria neq; ſem-*

per

per, ſed fuit in maiori parte, & hoc eſt initium, & cauſa eſſendi per accidens. Illud enim, quod non eſt ſemper, neque in maiori parte, vocetur accidēs. ſicut pluuia apud aſcenſum canis. hoc enim accidit, quia nunquam fuit, neque in maiori parte. & accidit vt homo fuit albus, ſed non ſemper, neque in maiori parte. & Aedificator & Medicus curat, non in eo quod aedificator, ſed per accidens. & Cocus poteſt facere ferculum vtile, ſed non eſt ſcientiæ coquendi, & ideo dicitur quòd accidit. Secundum igitur hanc diſpoſitionem forte virtutes agentes erunt aliæ, & iſta non habent artem, neque virtutem terminatam. cauſa enim eorum, quæ ſunt aut erunt per accidens, eſt etiam per accidens. Et cum non omnia ſunt neceſſario ſemper, ſed pluries, & in maiori parte, tunc neceſſe vt illud, quod eſt per accidens, ſit ſicut album. non enim ſemper eſt muſicus, neque in maiori parte. & cùm ſit in aliquo tempore, eſt per accidens. & ſi non, omnia erunt neceſſaria. & tunc accidens habebit aliquam cauſam in maiori parte, & oportet accipere hoc primo poſsibilitatem alio modo. Et oportet primo, ſi aliud non fuerit Album in Græco, principium eorum æternum, de iſtis perſcrutabitur poſt.

Dicit: & licet illud, quod eſt per accidens, non cōtineatur ſub cognitione, tñ loquamur de eo ſm q̄ eſt poſſibile in ſua natura, & notificemus cauſam, pp quam eſt. videt. n. q̄ ex hoc declarabitur, quare non continet ſub cognitione, & quare nulla ars perſcrutat de cauſa eius. D. incœpit loqui in eo & d. & cùm in rebus, &c. i. & cùm ī rebus ſint aliqua, q̄ ſemp̄ ſunt in eadem diſpoſitione, ſ. neceſſaria & non neceſſaria, q̄ dñr de rebus patientibus violentiam, ſed quæ dñr de rebus, quæ impoſſibile ē vt ſint alio modo ab eo, quo ſunt. D. d. & quædam nō ſunt neceſſaria, &c. i. & cùm rerum quædam non ſunt neceſſaria in eſſe, & quædam habent eſſe in maiori parte temporis, & tunc iſtud genus eſt cauſa eius, quod eſt per accidens. q̄ñ enim in eis, quæ ſunt in maiori parte, non fiet illud, quod innatum eſt fieri in maiori parte, fiet illud, quod eſt per accidens. & ideo ſi oſa eſſent neceſſaria, nihil eſſet per accidens. Et cum narrauit, q̄ cauſa eius, quod eſt per accidens, eſt aliqua eſſe ī maiori parte: q̄ñ, ſi aliqua fuerint ī maiori parte, aliqua erunt in minori, d. Illud enim, quod nō eſt ſemper, &c. & dicit hoc, quia ex aſcenſu canis ſequitur abſciſſio pluuię eſſentialiter. & non hoc eſſet neceſſarium, ſi eēt pluuia in eo in minori tempore. & ideo qui non concedit aliquid eē p accidens, continget ei vt omnia facta ſint neceſſaria in fiendo. D. d. & accidit vt homo fuit albus, &c. i. & ex hoc accidit homini q̄ fuit albus, & q̄ non fuit, & q̄ album fuit multa infinita, v. g. muſicꝰ & ædificator, & medicus, & alia. Deinde dicit: & Aedificator, & Medicus, &c. i. verbi gratia

Si oſa eēnt neceſſaria nihil eſſet p accidēs.

G gratia, ꝙ accidit Aedificatori medicari nõ in eo ꝙ Aedificator, ſed qa accidit ei ꝙ fuit Medicꝰ. & ſimiliter Cocus poteſt facere ferculum vtile, ſed tamen p accidens. Cocus. n. facit delectabile ferculum, Medicus ãt vtile. D.d. Secundum igitur hanc diſpoſitionem, &c.i. ſm igitur hũc modum virtutes actiuæ, & artes habent alias operationes ab eis, ꝓpter quas ſunt Deinde d. & iſta non hñt artem, &c.i. & iſta, quę ſunt per accidens, non habent artem agentẽ, neque virtutem terminatam, à qua ꝓueniant. Cauſæ enim eorum, q̃ fiũt per accidẽs, ſunt etiam per accidẽs, ſ. quæcunq; cauſa ſit, immo cauſæ infinitæ. D.d. Et cùm non oĩa, &c.i. & cùm manifeſtum eſt, ꝙ non oĩa sũt neceſſaria: ſed plura ſint in maiori parte, neceſſe eſt vt illa, q̃ fiunt p accidens, ſint in maiori parte, ex quo illa, q̃ ſunt in maiori parte, ſunt neceſſaria. & ſi non, oĩa eſſent neceſſaria. & iſta ſunt ſicut albũ eẽ muſicũ. accidit. n. albo ꝙ fuit muſicus nõ neceſſario, utq; in maiori parte. D.d. cùm ſit in aliquo tpe, &c.i. & ſi illud qđ eſt p accidens, non fuerit, tũc oĩa entia erunt neceſſaria: & tunc quod fit p accidens, habebit cãm aliam à cã poſſibili, qđ eſt in maiori parte. Et dixit hoc, quia cã eius, qđ eſt per accidens, eſt cã poſſibilis, quod eſt in maiori parte. Et dixit hoc, qñ ex ea non prouenit aliqua actio habenda naturaliter, ſed alia actio, vt dictum eſt in Phyſicis. D.d. & oportet accipere hoc primo, &c.i. oportet accipere, ꝙ cauſa eius, quod eſt p accidens, eſt cauſa rerum, q̃ ſunt in maiori parte. nulla. n. eſt alia cauſa, quæ poteſt accipi pro cauſa eius, qđ eſt per accidens, præter iſtam.

Cãe eorũ, q̃ fiunt p accẽs, sũt

H

p accẽs ẽt infinitę. Idẽ 2. Phy. 50. 52. & 53.

I

Cã rerũ, q̃ tu nt p accidens eſt cã rerũ q̃ ſunt ĩ maiori parte, & nulla alia. Vide 2 Ph. cõ. 48.

Quòd autẽ non eſt accidẽtis K
ſcientia patet. Oĩs. n. ſcientia eiꝰ eſt, quod aut ſemper, aut vtplurimũ eſt. quomodo enĩ diſcet, aut alium docebit? oportet. n. vt determinentur, aut per ſemper, aut per vtplurimũ. vtputa febricitanti proficuum melicratum eſt vtplurimũ. Quod vero præter hoc ẽ, nõ habebit dicere qũ non, vt in nouilunio. nã etiã in nouilunio aut ſemꝑ, aut vtplurimũ, accĩs vero p̃ter hæc eſt.

Quoniam autem accidens non habet ſcientiam permanẽtem manifeſtum eſt. Omnis enim ſcientia permanens aut eſt illius quod eſt ſemper, aut illius, quod eſt in maiori parte. quomodo enim poteſt doceri, aut addiſci, quod non eſt ita? quoniam quod determinatur oportet vt ſit ſemper, aut ĩ maiori parte. v. g. quòd ſyrupus talis adiuuat febricitantes in maiori parte. Et impoßibile eſt vt aliud dicatur in alio tempore. vt nouitas menſis, q̃ eſt ſemper, aut in maiori parte. L M

6

Cùm declarauit, ꝙ illud, quod eſt per accidens, non habet naturã terminatam, cùm non habeat cauſam terminatam, incœpit declarare, ꝙ non habet etiam ſcientiã, & d. Quoniam autem, &c. & d. ſcientiam permanentem, quia illud, quod eſt per accidens, ſcitur qñ accidit, ſed non permanenter. quia ſcientia non eſt permanens in ſcito niſi per cauſam, & dicere eſt permanentiam iudicare, ꝙ cùm cauſa fuerit, erit cauſatũ.

Scĩa non ẽ pmanens in ſcito niſi p cãm.

aut

A aut de neceſſitate, aut in maiori parte. & ideo in hoc genere impoſſibile eſt aliquam cognitionem eſſe. Et hoc, quod d. ꝙ ſcientia permanens nõ eſt niſi rerum neceſſariarũ, aut earum. quæ ſunt ī maiori parte, manifeſtum eſt per ſe. & ꝙ impoſſibile eſt addiſci, aut ſciri qđ non eſt alterius iſtarũ duarũ diſpoſitionũ. qm̃, ſicut dixit, oẽ, qđ definit, aut diſponit aliqua diſpõe, aut illa diſpoſitio erit ei neceſſaria, aut in maiori parte. ſicut dicimus, ꝙ ſyrupus acetoſus adiuuat febricitantes, quia adiuuat eos in maiori parte. & ſi contingenter adiuuaret eos, aut in minori parte, non haberemus ſcientiã permanentem in eo. D. d. Et impoſſe eſt vt aliud dicatur, &c. ita accidit ī Luna. & intendit ꝙ nouitas menſis eſt neceſſaria non in maiori parte, ſed illud, quod eſt p accidens, neq; eſt neceſſariũ, neq; ī maiori parte.

Idē. 1. Poſ. ee. com. 11

B

C

Quid itaq; accidens eſt, & ob quã cãm, & qđ non eſt eius ſciẽtia, dictũ eſt. Quòd autẽ ſint prĩcipia & cauſæ generabiles, & corruptibiles, abſq; eò ꝙ generentur, & corrumpantur, manifeſtum eſt. Etenim ſi nõ hoc, ex neceſsitate omnia erunt, ſi eius, ꝙ generatur, & corrumpit non ſm accidens cauſam aliquã neceſſe ſit eſſe. Vtrum. n. erit hoc, an non? Si hoc, fiet. ſin vero nõ, minime. hoc vero, ſi aliud. & hoc modo videlicet (tẽpore ſemper dẽpto à tempore finito) deuenies vſq; ad nunc. quare hic morietur ęgritudine, aut vi, ſi exiuerit, hoc aũt, ſi aliud. & ſic deuenier ad id, quod nunc eſt, aut aliquid eorũ, q̃ facta ſunt. vtputa, ſi ſitiuerit. hoc vero, ſi comederit acria. hoc vero aut ẽ, aut nõ. quare neceſſario morietur, aut nõ morietur. Siſr & ſiquis ad iam facta aſcenderit, eadẽ ratio eſt. iã enim hoc in aliquo eſt. dico aũt quod factũ eſt. ex neceſsitate ergo erunt oĩa futura, vt mori viuẽtẽ. iam. n. aliquid factum eſt, vtputa contraria in eodẽ corpore. ſed ſi ægritudine aut vi, nondum, ſed ſi hoc factũ fuerit. Patet igit ꝙ vſq; ad aliquod vadit principium: hoc vero non amplius ad aliud. erit igit hoc eius, quod vtcunq; cõtingit, cauſaq; generationis eius nulla. Sed in quale principium, & qualẽ cauſam talis reductio eſt.

D

E

Dictũ eſt igitur quid eſt accidens, & quid eã accidẽtis. & quòd nulla hẽt ſciam permanentẽ. Quoniã aũt principia, & cauſæ ſunt generabilia & corruptibilia, ẽt abſque eo quòd generentur aut corrũpantur, manifeſtũ eſt. Quoniam, ſi hoc non fuerit, tunc oĩa erunt neceſſaria. quoniam, ſi illud, quod generatur & corrũpitur, non habuerit aliquam cãm modo accidẽt ali, tũc erit neceſſariũ. Sicut dicimus, utrũ erit hoc aut non erit? hoc. n. erit, ſi erit hoc, & ſi non, nõ. & hoc, ſi fuerit aliquid, & ſecũdũ hãc diſpõnẽ. et manifeſtũ ẽ, quòd sẽper diminuitur tps ex tẽpore finito. et ſiſr peruenit ad illud, quod eſt in inſtanti.

F

ſicut

G *ſicut dicimus, quòd ſi Socrates exierit, morietur aut infirmitate, aut violentia. & hoc erit, ſi aliud fuerit. et ſic peruenietur ad illud, quod eſt inſtans, aut ad aliquid eorum, quæ fuerint. vt tale comeſtum inducit ſitim. et hoc, ſi comederit calida. et hoc aut erit aut non. ergo morietur neceſſario. Et ſimiliter, ſi aliquis ordinauerit, & dixerit illa, quæ iam facta ſunt, ſermo de eis erit talis, et ha-*
H *bent eſſentiam exiſtentem. dico illa, quæ iam fuerint eſſentia eorũ, & cognitio eorum, & generatio eorum, erunt igitur neceſſario omnia generabilia, ſicut mors viui, quia iam præceſſit. fit enim idem, ſicut contraria ſunt eadem, quia ſunt eiuſdem, ſed non ſine infirmitate, aut violẽtia, niſi hoc ſit. Manifeſtum eſt igitur, quòd accedit ad aliquod principium: et hoc non accedit ad aliud. & accedet ad il-*
I *lud, quod comprehenditur caſu, et non eſt cauſa motus omnino. Sed finis, qui eſt talis, erit ad principium habens qualitatem, & cauſam habentem qualitatem.*

7. Ideſt, quoniã aut oportet ex hoc hic eſſe cauſas, quæ generantur, deinde corrumpuntur abſq; eo ꝙ generent alia, aut alia corrumpant, manifeſtum eſt. Deinde dicit. cauſam in hoc, & d. Qm̃, ſi hoc non fuerit, &c. i. qm̃ ſi fuerit neceſſarium vt omnis cauſa generabilis ſit generãs aut corrumpens, continget vt om- K
nia ſint neceſſaria. Deinde dicit: quoniam ſi illud, quod generatur, &c. ideſt quoniam, ſi illud, quod eſt generandum, non habuit cauſam accidentalem, ſed omnem cauſam ſequitur cauſatum neceſſario, tunc omnia quæ fiunt, fiunt neceſſario: & ſic auferetur natura poſſibilitatis. Deinde dicit: Sicut dicimus, vtrũ erit, &c. i. qm̃ ſi oĩa fuerint neceſſario, tunc continget vt ſermo dicentis, vtrum hoc erit in futuro, aut non erit, alterum eorum erit neceſſarium, & alterum impoſſibile, &
L continget vt cauſa illius generandi ſit cauſa generata neceſſario, &, cũ fuerit erit creatũ neceſſario. & hoc intendebat, cùm d. ꝙ erit hoc, ſi fuerit hoc, & ſi non, non. Deinde dicit: & hoc ſi fuerit, & ſm hanc diſpoſitionem. i. & continget ẽt vt à cauſa eius ſit cauſatum neceſſario, ſi fuerint generata, vt ſit ſm hanc diſpoſitionẽ, ſ. vt ſit neceſſario à ſua cauſa, & ſua cauſa ab alia, & hoc perueniet neceſſario ad aliam cauſam neceſſariam in eſſe. tales enim cauſæ non proceduntin infinitum. Deinde dicit: & manifeſtum eſt, ꝙ ſemper diminuitur, &c. i. ꝙ tempus, in M
quo fit cauſa rei factæ in tempore terminato futuro, diminuitur ex illo tempore, & diminuitur etiam ex tempore reſiduo tempus, in quo fit cauſa cauſæ, donec perueniatur ad inſtans ꝓſens, in quo eſt prima cauſa eius, quod eſt fiendum. Deinde dicit exemplum in hoc, & d. ſicut dicimus ꝙ, ſi Socrates exierit, &c. i. v. g. ꝙ, ſi fuerit neceſſarium ꝙ Socrates moriatur, ſi vulneretur, vt ſi infirmetur ꝙ moriatur. & ſi hoc fuerit, infirmabitur neceſſario, donec

peruc-

A peruenıatur ad cauſam exiſtentem in præſenti. v.g. ꝙ, ſi patiatur ſitim, patietur calorem neceſſario. &, ſi patiatur calorem, patietur febrem. &, ſi febrem patiet morietur. & ſi materia exiuerit, patietur ſitim neceſſario. Deinde dicit: vt tale comeſtum, &c. i. & ſi patiatur ſitim, neceſſario comedit aliquod calidum. & ſic comedere illud calidum erit neceſſariū, & illa conſequentia erunt neceſſario. contingeret enim expoſitione eorum, quę fiunt in futuro, eſſe neceſſario, ſ. alterum duorum oppoſitorum, vt ſint ét facta neceſ-
B ſario, & vt conſecutio eorum adinuicem ſit neceſſaria. Deinde dicit & hoc aut erit, aut non. & innuit aut cām aut cātū, ſ. ꝙ vtrūq; erit neceſſario. D.d. ergo morietur neceſſario. i. & ſi iſtæ cauſæ fuerint huius diſpoſitionis, neceſſe eſt vt exeat, & moriatur neceſſario. D.d. Et ſimiliter, ſi aliquis ordinauerit, &c. i. & ſimiliter continget vt omne, qd fit, antequā fiat, ꝙ fuit neceſſariū vt fieret, ita ꝙ omnia futura, & oīa pręterita fuerint neceſſaria. & hoc eſt cōtra intellectum & ſenſum. D.d. & habent eſſentiam exiſtentem. i. cōtin-
C get vt oīa facta habeant eſſentiam aliquā exiſtētem, ex quo continget exitus eorum in actū neceſſario. vt dicitur in exēplis legalibus, quia oīa fiēda ſunt ſcripta in tabula, & qd eſt ſcriptū in illa tabula, exibit in actū, & iō expoſuit hoc, & d. dico illa. &c. i. continget vt naturæ rerū faciant eas generari neceſſario, quēadmodū natura generabiliū facit ea corrūpi. & iō. d. erunt igit neceſſario omnia generabilia, &c. i. continget igitur ſm hanc poſitionē vt naturæ & ſubſtantię rerū, ex quibus generabilia generantur, faciant eas gene- D
rari: quemadmodum cùm generantur, faciunt eas corrumpi, vt viuus corrumpitur. D.d. fit. n. idem, &c. i. & eſt neceſſe vt generatū corrumpatur neceſſario. quia antequā corrumpatur, fuit neceſſarium vt componeretur, & fieret idē ex contrarijs. & fuit idem, quia contraria fiunt in eo, ſcilicet formæ. & ſic neceſſario corrumpitur, ſed non ſine infirmitate & violētia, ſed corrumpitur ſi aliqua infirmitas fuerit, aut violentia: quarum altera, ſ. infirmitas eſt naturaliter & de neceſſitate, & altera per accidens, ſ. violentia. D. E
dixit. Manifeſtum eſt igitur etcæt. ideſt, declaratum eſt igit ex hoc, ꝙ omne, quod generatur & corrumpitur, habet cauſas, & ꝙ illæ cauſæ perueniunt ad primam cauſam. ſed tamen differunt, quia corruptio fit de neceſſitate, generatio autem nō. & ſi hoc eſſet, omnia eſſent accidentia neceſſario. & ſi hoc eſſet, tunc generatio eſſet in ſubſtātia rērum, in quibus eſt generatio, ſicut corruptio exiſtit in ſubſtantijs eorum. D.d. & accedet ad illud, quod comprehenditur caſu. i. quod autem ex iſtis cauſis prouenit ad illud, quod F
fit caſu, non eſt cauſa alicuius motus naturalis omnino, ideſt ꝙ omne, quod fit caſu, non eſt cauſa alicuius ſpeciei entium. Deinde dicit: Sed finis, qui eſt, &c. ideſt ſed quod fit caſu, fit à principio habente naturam terminatam & cauſam terminatam. quod. n. eſt accidentaliter, acci- ditilli, qd eſt eſſentialiter

Corruptio fit de neceſſitate, nō aūt generatio.

Vtrum

G *Vtrum vt ad materiã, an vt ad cuius gratia, an vt ad mouens, maxime consyderandum est. De eo itaq; quod secundum accidens est, dimittatur: determinatum enim sufficienter est.*

De ente vero, & falso: omittendumque esse ens per accidens, verumq; ac falsum: ac de ente vt ens est consyderandas esse causas, ac principia. Cap. 2.

QVod aũt tanquam verũ ens, & nõ ens vt falsum, H qm̃ circa compositionem, & diuisionẽ est, & omnino circa partitionẽ contradictionis. verũ etenim affirmationẽ in compositis habet, negationẽ vero in diuisis, falsum vero huius partitionis contradictionem. Quo aũt modo qd̃ simul, aut qd̃ separatim est intelligere accidit, alia ratio est. dico aũt q̃ simul, & q̃ separatim, vt nõ cõsequẽter, sed vnũ qd fiat. Nõ.n. est falsum, & verũ in rebus (vt qd̃ bonũ verũ, qd̃ vero malum I falsum) sed in mente. q̃ vero circa simplicia & circa ea, q̃ quid sunt, nõ qdẽ sunt in mẽte. Quẽcunq; igit̃ speculari oportet circa id, qd̃ ita ens & non ens est, posterius perserutandũ est. Cũ aũt cõpositio, & diuisio in mente, nõ in rebus sit: qd̃ aũt ita ẽ, diuersum à pprie dictis, ens est: aut.n. qd̃ qd est, aut qd̃ quale, aut qd̃ quantũ, aut si qd aliud copulat, aut diuidit mẽs: qd̃ qdẽ tanquã accidẽs, et vt verum ens, omittendũ est. eã.n. illius q̃ K dẽ determinata, huius vero, mẽtis aliqua passio. et ambo circa reliquũ entis genus, et nõ extra ostendunt esse aliquã entis naturã. Propter qd̃ hæc quidẽ prętereant, consyderãdæ autẽ sunt ipsius entis causæ, & principia, prout ens est. Manifestũ aũt est in his, quę determinauimus de eo, quoties vnumquodq; dicitur, q̃ ens multipliciter dicitur.

Et oportet nos perscrutari multum, vtrum sit quasi perueniens L *ad materiam, aut ad aliud propter quid, aut ad illud, cuius ẽ motus. Dimittamus igitur loqui de ente accidẽt ali: nã sufficit, quòd determinatũ ẽ de eo. Et loquamur de vero ente, quod nõ est sicut falsum. est.n. in cõpositione et diuisione, et vniuersaliter in diuisione cõtradictoriorum. quia habet affirmationẽ, secundum quod est verum, & secundum quòd est compositũ habet negationẽ aliquam, et secundũ quod est diuisum habet falsitatem istius diuisionis, quæ est contradictoria. Quomodo autem accidit intelligi simul, & prius, hic habet alium sermonem. & dico simul & prius, ne aliquid sit post aliquid, sed vt sit idem. Verum enim & falsum non sunt* M *in rebus, sicut bonum & malum. vt verum sit sicut bonum, & falsum sicut malum, sed sunt in*

cogni-

A *cognitione. & nulla cognitio eſt de ſimplicibus, aut de illo quod eſt. Omnia igitur perſcrutanda de ente, quod eſt huiuſmodi, & de eo, quod nō eſt, dicenda ſunt poſt. Et cū in cognitione eſt aut cōpoſitio, aut diuiſio, non in rebus, quod eſt aliud ſecundū hūc modū: ex rebus enim, quæ ſunt in rei veritate, eſt illud quod ſignificat aut quid, aut quale, aut quātū, aut quod copulatur, cū alio, & cogitatio diuidit illud:*

B *dimittamus ergo ens, quod ē quaſi accidens, & quod eſt quaſi verū. cauſa enim vnius eorum nō habet definitionē, & cauſa alterius eſt cognitio. & vtrunq; eſt in genere diminuto generū entis, & nō ſunt ex eis, quæ ſignificant eſſe entis. Et ideo dimittatur, & perſcrutetur. Album in exemplari. Iam declarauimus, vbi diximus quòd vnaquæq; rerū dicitur multis modis. quoddam enim ſignificat quid.*

C *Album in exemplari.*

8 Modo narrat quid perſcrutandū eſt de cauſa, ad quam aſcendunt nēs cauſæ, quæ ſunt accidētales, aut eſſentiales, & d. Et oportet nos, &c. i. & oportet nos multum perſcrutari de cauſa accidētali, vtrū reducatur ad cām materialē, vel finalē, vel agentem. & ipſe iam declarauit in Secundo Phyſicorum, ꝙ reducitur ad cam agentem. & forte propter hoc dimiſit hic loqui de illo. Et cum iā declarauit, ꝙ in hoc ente, quod eſt p accīs, non conſyderat iſta aīa, d.

1. Phy. tex. 06. 48. & com. 51.

Dimittamus igitur, &c. i. quia iam determinauimus de natura eius, qđ ſufficit. D.d. Et loquamur de vero ente. i. & cùm iam locum fuerimus de ente accītali, loquamur de ente veridicanti, ſm ꝙ eſt veridicans. & hoc eſt illud, quod eſt in anima. hęc enim entia facta ſunt ab intellectu, qñ diuidit entia abinuicem, aut cōponit ea adinuicē. hoc igitur ens eſt vnum genus generū entium, & eſt vtr iſtud ens tantum in affirmatione aut negatione. D.d. quia habet affirmationē, &c. i. vera enim affirmatiua ſignificat compoſitionē in entibus, & vera negatiua diuiſionē. Et quia idē ens impoſſe eſt ꝙ ſit cōpoſitum & diuiſum inſimul, ideo, ſi affirmatiua fuerit ỽa, negatiua erit falſa. & quaſi dicat, affirmatiua autē quia eſt vera, eſt ens in cōpoſitione, quaſi haberet negatiuam, cuius falſitas exiſtit in diuiſione. qñ, cū affirmatiua eſt vera p compoſitionē, negatiua eſt falſa p diuiſionem. & ſiſr, qñ negatiua eſt vera p diuiſionem, affirmatiua eſt falſa per cōpōnem.

D

Ei 3. de Aīa tex. cō. 21.

Qđ eſt in aīa, cōtingit vt recipiat duo oppoſita ſil. Sed huius oppoſi tū vide. 4. huiꝰ textu cō. 9. vide con. Zim.

D.d. Qūo autē accidit ſimul, &c. & intendebat p hunc ſermonē declarare diuerſitatē duorum entium, ſ. entis, qđ eſt in intellectu, & entis, qđ eſt extra intellectū. Quod enim eſt in aīa, cōtingit vt recipiat duo oppoſita inſimul. qđ aūt eſt extra aīam, non. & quaſi dicat quoqūo aūt accidit ꝙ aīa intelligit duo oppoſita inſimul, quod nō pōt eſſe extra aīam, quia mā recipit cōtraria ſucceſſiue, loquendū eſt de eo ī alio loco, & innuit libr̄ de Aīa. D.d. in hoc cauſam, & d. Verū enim & falſum, &c. id eſt, & cauſa in hoc, qđ intellectus cōprehendit inſimul duo oppoſita ēt, quia nā primorum oppoſitorū in

F

Verum & falſū ſunt ī cogōne, et bonum & malū ī mā. Vide oppoſitū. 3. de Aīa. 34. vbi dī ꝙ ens ī intellectu ē bonū ſim plr & ens extra aīa; ē bonū in reſpectu. Vide contrad. Zim

G in intellectu, ſ. veri & falſi, nō eſt nā primorū oppoſitorū extra aīam, ſ. boni & mali. verūtn verū & falſum ſunt in cognitione, & bonū & malū
* Idē. 3. de Aia. 38. 39. ſunt in rē: & nullū * entiū, q̄ ſunt in cognitione, dr̄ eē ſimplr̄ fm q̄ eſt extra aīam. D.d Oīa igit̄ perſcrutanda, &c. i. & oīa pſcrutanda, vtrū ſint de ente ī cognitione, aut de ente extra aīam, dicēda ſunt vbi † pſcrutabit̄ de vīibus, & numeris, & alijs ſimilib⁹.
† Septimo Meta. 46. 47. & 50. D.d. Et cū in cognitiōe, &c. i. & cū illud, qđ eſt in cognitione ex hoc ente, eſt cōpō aut diuiſio, abſq; eo q̄ ſit extra aīam ens, qđ differt ab
H iſto, qđ eſt in re, eſt illud, qđ ſignificat aut q̄d, aut quale, aut quantum, aut aliquod cōtinuū cū alio. & hæc ſunt cęteria p̄dicamēta. D.d. & cogitatio diuidit illud, &c. & forte intendit p hoc illud, qđ eſt p̄ter p̄dicamēta ſubſtātiæ. & forte intēdit p̄dicamenta, q̄ cōiter habēt compōnem. iſta. n. exiſtimantur, q̄ niſi aīa eſſet, non eſſent. D.d. dimittamus ergo ens, &c. i. dimittamus igit̄ perſcrutari perſcrutatione de ente, quod eſt p accidens, & de ente, quod eſt veridicans, ſ. q̄ eſt in anima. Ens enim, quod eſt per accidens, nō habet cau
I ſam terminatā: & quod eſt veridicans, nō habet ēt cauſam niſi aīam. & ideo vtrunq; numerat̄ in genere entis diminuti. & ideo perſcrutādū eſt de ente pfecto, quod ē ens extra
5. Met. tex. com. 14. animā. D.d. Iam declarauim⁹, &c. id eſt, & determinauim⁹, vbi locuti fuimus quædam de eis, quæ ſignificant multis modis, q̄ ens dicit̄ multis modis. quoddam enim dicitur ſecundum quid, ſcilicet de ſubſtantia, quoddam de qualitate, quoddā de quantitate, quoddam de copulationibus iſtorum cum alijs.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER SEPTIMVS,

cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima proponit de Subſtantia agēdum eſſe, cùm ſit primum endum.
In Secunda agit de ipſa ſubſtantia.

SVMMAE PRIMAE

Subſtantiam multis modis entium omniū primum eſſe. Cap. 1.

IN iſto tractatu perſcru L
tatur de ſpeciebus entis, de quibus intendit perſcrutari in hac ſcientia. Iſta enim ſcientia diuiditur in tres partes primas. Prima eſt de diuiſione entis in ſubſtantiam, & accidēs. Secunda de diuiſione entis in potentiam, & actum. Tertia de diuiſione entis in vnū, & multa. Et iſte tractatus eſt primus eorū, in quibus pſcrutatur de ſubſtantia. Et, quia ſubſtantia alia eſt ſeparabilis & abſtracta, alia inſeparabilis, perſcrutat̄ in hoc tractatu, & in ſequēti de ſubſtantijs inſeparabilibus, & non de numero M
eorū. Deinde in Nono tractatu perſcrutat̄ de potētia & actu. Deinde in Decimo de vno & pluribus. Et poſt in tractatu Vndecimo de ſubſtātijs ſeparabilib⁹, & cuiuſmodi eē habēt, & quot ſunt. Deīde in Duodecimo & Tertiodecimo pſcrutabit̄ de eis, quę dixerūt Antiqui de naturis ſeparabilium ſubſtātiarū. Tractatus āt p̄cedentes hunc tractatū, ſunt quaſi p̄paratorij ad hoc, qđ intēdit dicere in iſtis. Et incœpit in hoc tractatu dicere, Ens dr̄ multis modis, &c.

Ens

A ENs multipliciter dicit, quemadmodũ in his q̃ de* quoties pri⁹ diuiſim⁹. ſignãt. n. aliud quid dẽ qd eſt, & quod quid, aliud vero quod quale, aut quãtum, aut ſingula aliorũ, q̃ ita p̃dicãt.

*a. Leo qd multiplr.

*hoc aliquid. Vid Auer. 1 Epi. Tr. 2.

*Ens dicitur multis modis, vt prius diximus in ſermone, in quo diximus quot modis dicitur aliquid. quoddã enim ſignificat quid eſt aliquid, & quòd eſt hoc, & B quoddam ſignificat quòd eſt quale, aut quantum, aut aliud eorum, quæ prædicantur in ſermone ſecundum hunc modum.

1 DIcit. &, cùm ſit declaratum q̃ hoc nomen ens dr̃ multis modis, vt dictũ ẽ in tractatu, ĩ quo declarauimus noſa vſitata in hac ſcĩa. illic enim diſtinximus q̃ hoc nomẽ ens qñq; ſignificat quiditatem ſubſtantiæ demonſtratæ, & qñq; ipſam ſubſtantiam demõſtratam, & qñq; C aliquod accidens in iſtis ſubſtantijs, aut quantitatem, aut qualitatẽ, aut aliud eorum, q̃ prædicant de ſubſtãtijs non p̃dicatione declarante ſubſtantias eorum, nec in reſponſione ad quid eſt hæc ſubſtantia demonſtrata. Et hoc intendebat, cùm d. & quoddam ſignificat, &c. i. & hoc nomen ens qñq; ſignificat in ſubſtantijs qualitatem, aut quãtitatem, aut aliud accidentium prædicabilium de eis: non ita q̃ declarent ſubſtantiam, ſed prædicantur ſm quale, aut quantum, aut vbi, aut quando, aut alio modo.

Cùm autem ens toties dicat, D patet primum horũ ens eſſe ipſum quid eſt, quodq; ſubſtantiã ſignificat. cùm enĩ dicimus quale quippiam hoc, aut bonum dicimus, aut malum, ſed non tricubitum, aut hominem. cùm autem quid eſt, non album, nec calidum, nec tricubitum, ſed hominem aut deum. Cætera vero entia dicuntur, eô q̃ vẽre entis quædam ſunt quantitates, quædam qualitates, quædam paſſiones, quædam aliquid aliud tale.

Vide ſup. 4. huiꝰ. t. c. 2. & iſta t. 14. & 12. t. c. 3. & 22.

* a. l. taliter entis.

E

Et, cùm ens dicitur multis modis, manifeſtum eſt, quòd primũ ens iſtorum eſt illud, quod ſignificat quid, & hoc eſt illud, quod ſignificat ſubſtantiã. quoniam, cùm dicimus de aliquo quale eſt, dicimus aut bonum, aut malum, & non dicimus homo. &, cùm interrogatur quid eſt, non dicimus album, aut tricubitũ, ſed homo, aut deus. Et alia dicuntur entia, quia ſunt entis, quod eſt huiuſmodi, quæ F dam quantitates, & quædam qualitates, & quædam paſſiua, & quædam aliud tale.

Cùm declarauit, q̃ hoc nomẽ ens ſignificat ſubſtantiam, & accidẽtia ſubſtantiæ, quæ ſunt nouem prædicamenta, intendit declarare, q̃ hoc nomen ens principaliter, & ſimpliciter ſignificat prædicamẽtum ſubſtantiæ, & ſecundario & determinate, ſ. relatiue ad ſubſtantiam, alia p̃dicamenta accidentium, quæ non dicuntur eſſe, niſi quia accidũt enti, 2

G in intellectu, ſ. veri & falſi, nō eſt nā primorū oppoſitorū extra aīam, ſ. boni & mali. verūm verū & falſum ſunt in cognitione, & bonū & malū ſunt in mā: & nullū * entiū, q̄ ſunt in cognitione, dī eē ſimplr̄ fm q̄ eſt extra aīam. D.d Oīa igit̄ perſcrutanda, &c. i. & oīa pſcrutanda, vtrū ſint de ente ī cognitione, aut de ente extra aīam, dicēda ſunt vbi † pſcrutabit̄ de vnibus, & numeris, & alijs ſimilib⁹. D.d. Et cū in cognitiōe, &c. i. & cū illud, qđ eſt in cognitione ex hoc ente, eſt cōpō aut diuiſio, abſq; eo q̄ ſit extra aīam ens, qđ differt ab H iſto, qđ eſt in re, eſt illud, qđ ſignificat aut q̄đ, aut quale, aut quantum, aut aliquod cōtinuū cū alio. & hæc ſunt cetera p̄dicamēta. D.d. & cogitatio diuidit illud, &c. & forte intendit p hoc illud, qđ eſt p̄ter p̄dicamētum ſubſtātiæ. & forte intēdit p̄dicamenta, q̄ cōiter habēt compōnem. iſta. n. exiſtimantur, q̄ niſi aīa eſſet, non eſſent. D.d. dimittamus ergo ens, &c. i. dimittamus igit̄ perſcrutari perſcrutatiōnē de ente, quod eſt p accidens, & de ente, quod eſt veridicans, ſ. q̄ eſt in anima. Ens enim, quod eſt per accidens, nō habet cauſam terminatā: & quod eſt veridicans, nō habet ēt cauſām niſi aīam. & ideo vtrunq; numerat̄ in genere entis diminuti. & ideo perſcrutādū eſt de ente pfecto, quod ē ens extra I auimā. D.d. Iam declarauim⁹, &c. id eſt, & determinauim⁹, vbi locuti fuimus quædam de eis, quæ ſignificant multis modis, q̄ ens dicit̄ multis modis. quoddam enim dicitur ſecundum quid, ſcilicet de ſubſtantia, quoddam de qualitate, quoddā de quantitate, quoddam de copulationibus iſtorum cum alijs.

* Iūē. 3. de Aia. 38. 39.

† Septimo Meta. 46. 47. & 50.

§. Met. tex. com. 14.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER SEPTIMVS,

cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima proponit de Subſtantia agēdum eſſe, cùm ſit primum entium.

In Secunda agit de ipſa ſubſtantia.

SVMMAE PRIMAE

Subſtantiam multis modis entium omniū primum eſſe. Cap. 1.

IN iſto tractatu perſcrutatur de ſpeciebus entis, de quibus intendit perſcrutari in hac ſcientia. Iſta enim ſcientia diuiditur in tres partes primas. Prima eſt de diuiſione entis in ſubſtantiam, & accidēs. Secunda de diuiſione entis in potentiam, & actum. Tertia de diuiſione entis in vnū, & multa. Et iſte tractatus eſt primus eorū, in quibus pſcrutatur de ſubſtantia. Et, quia ſubſtantia alia eſt ſeparabilis & abſtracta, alia inſeparabilis, perſcrutat̄ in hoc tractatu, & in ſequēti de ſubſtantijs inſeparabilibus, & non de numero M eorū. Deinde in Nono tractatu perſcrutat̄ de potētia & actu. Deinde in Decimo de vno & pluribus. Et poſt in tractatu Vndecimo de ſubſtātijs ſeparabilib⁹, & cuiuſmodi eē habēt, & quot ſunt. Deīde in Duodecimo & Tertiodecimo pſcrutabit̄ de eis, quę dixerūt Antiqui de naturis ſeparabilium ſubſtātiarū. Tractatus āt p̄cedentes hunc tractatū, ſunt quaſi p̄paratorij ad hoc, qđ intēdit dicere in iſtis. Et incœpit in hoc tractatu dicere, Ens dī multis modis, &c.

Ens

A ENs multipliciter dicit, quemadmodũ in his q̃ de * quoties pri⁹ diuiſim⁹. ſignãt. n. aliud quidẽ qd eſt, & quòd quid, aliud vero quod quale, aut quãtum, aut ſingula aliorũ, q̃ ita p̃dicãt.

* a.l. eo qđ multipli.

* hoc aliquid. Vid Auer. 1 Epi. Tex.

Ens dicitur multis modis, vt prius diximus in ſermone, in quo diximus quot modis dicitur aliquid. quoddã enim ſignificat quid eſt aliquid, & quòd eſt hoc, & B *quoddam ſignificat quòd eſt quale, aut quantum, aut aliud eorum, quæ prædicantur in ſermone ſecundum hunc modum.*

1 DIcit. &, cùm ſit declaratum q̃ hoc nomen ens dr̃ multis modis, vt dictũ ẽ in tractatu, ĩ quo declarauimus noĩa vſitata in hac ſcĩa. illic enim diſtinximus q̃ hoc nomẽ ens qñq; ſignificat quiditatem ſubſtantiæ demonſtratæ, & qñq; ipſam ſubſtantiam demõſtratam, & qñq; aliquod accidens in iſtis ſubſtantijs, C aut quantitatem, aut qualitatẽ, aut aliud eorum, q̃ prædicant de ſubſtãtijs non p̃dicatione declarante ſubſtantias eorum, nec in reſponſione ad quid eſt hæc ſubſtantia demonſtrata. Et hoc intendebat, cùm d. & quoddam ſignificat, &c. i. & hoc nomen ens qñq; ſignificat in ſubſtantijs qualitatem, aut quãtitatem, aut aliud accidentium prædicabilium de eis: non ita q̃ declarent ſubſtantiam, ſed prædicantur ſm quale, aut quantum, aut vbi, aut quando, aut alio modo.

Cùm autem ens toties dicat, D patet primum horũ ens eſſe ipſum quid eſt, quod q̃ ſubſtantiã ſignificat. cùm enĩ dicimus quale quippiam hoc, aut bonum dicimus, aut malum, ſed non tricubitum, aut hominem. cùm autem quid eſt, non album, nec calidum, nec tricubitum, ſed hominem aut̃ deum. Cætera vero entia dicuntur, eô q̃ vẽre entis quædam ſunt quantitates, quædam qualitates, quædam paſſiones, quædam aliquid aliud tale.

Vide ſup. 4. hui⁹. t. c. 2. & iſta t. 14. &. 12. t. c. 3. & ::. * a.l. taliter entis.

E

Et, cùm ens dicitur multis modis, manifeſtum eſt, quòd primũ ens iſtorum eſt illud, quod ſignificat quid, & hoc eſt illud, quod ſignificat ſubſtantiã. quoniam, cùm dicimus de aliquo quale eſt, dicimus aut bonum, aut malum, & non dicimus homo. &, cùm interrogatur quid eſt, non dicimus album, aut tricubitũ, ſed homo, aut deus. Et alia dicuntur entia, quia ſunt entis, quod eſt huiuſmodi, quæ F *dam quantitates, & quædam qualitates, & quædam paſſiua, & quædam aliud tale.*

Cùm declarauit, q̃ hoc nomẽ ens ſignificat ſubſtantiam, & accidẽtia ſubſtantiæ, quæ ſunt nouem prædicamenta, intendit declarare, q̃ hoc nomen ens principaliter, & ſimpliciter ſignificat prædicamẽtum ſubſtantiæ, & ſecundario & determinate, ſ. relatiue ad ſubſtantiam, alia p̃dicamenta accidentium, quæ non dicuntur eſſe, niſi quia accidũt enti,

2

G quod eſt ens per ſe, ſ. ſubſtantiæ. Et d. Et, cùm ens dicitur, &c. i. &, cùm declaratum eſt, ꝙ hoc nomẽ ens dr̃ de generibus prædicamentorũ, manifeſtum eſt, ꝙ primum, de quo dr̃ hoc nomen ſimpliciter, & principaliter, eſt illud, quod dr̃ in reſponſione ad quid eſt hoc indiuiduum demonſtratum per ſe exiſtens: & iſta interrogatio eſt de ſubſtantia. D. incœpit declarare hoc ex modo interrogandi, & reſpõdẽdi, & d qm̃, cùm dicimus de aliquo, &c. i. & ſignum eius, ꝙ illud, de quo interrogat̃ per hoc nomen quid in indiuiduis ſub-
H ſtantię, eſt dignius hoc nomine ens, eſt, qm̃, ſi interrogatur per alia nomina interrogantia de indiuiduis ſubſtantiæ, non reſpondetur per aliquid determinans quiditatem ei⁹. v.g. qm̃, qñ interrogatur, quale eſt iſtud demonſtratum, aut eiuſmodi, reſpondemus bonum aut malum, calidum aut frigidum: & non reſpõdemus ipſum eſſe hoïem aut orbẽ, quod intendebat per deum. Et cùm hoc interrogatur quid eſt illud indiuiduum exiſtens, quod dicitur ſubſtantia, non reſpondemus ad hoc ꝙ aliquid extra eſſentiam eius, v.g. al-
I bum, aut calidum, aut tricubitũ, ſed homo, aut orbis. Et intendebat per hoc, ꝙ prædicabilia, quæ declarant quiditatem indiuidui ſubſtantiæ demonſtratæ, ſunt d gniora hoc noïe ens, q̃ prædicabilia aliorum accidentium, cum nunquam notificent quiditatem ſubſtantiæ. & ideo quod declarat quiditatem indiuidui ſubſtãtiæ eſt ſubſtantia. In hoc ergo caꝑo intendit declarare, ꝙ quiditas indiuidui ſubſtantiæ eſt prior in eſſe quiditatibus accidentium. indiuiduũ enim ſubſtantiæ prius eſſe alijs indiuiduis accidẽtium manifeſtum eſt
K per ſe. Et ſciendum eſt, ꝙ iſta declaratio eſt logica. & plures demõſtrationes in hac ſcientia ſunt logicæ, ſ. qm̃ propoſitiones eius ſunt acceptę à Dialectica. Dialectica enim vſitatur duobus modis. vno modo, ſm ꝙ eſt inſtrumentum: & ſic vſitatur in ſcientijs alijs. & alio modo, vt accipitur illud, quod declaratum eſt in illa in alijs ſcientijs, ſm ꝙ accipitur. & ſm ꝙ accipitur illud, quod declaratum eſt in aliqua ſcientia ſpeculatiua ad aliam ſcientiam, eſt cùm iſta conſyderat de ente ſimpliciter. & ꝙ
E poſitiones dialecticæ ſunt entis ſimpliciter, ſicut definitiones & deſcriptiones, & alia dicta in eis.

Dialectica vſitat̃ dupl̃r vide in dẽ 1. Ph. c. 35. & 8. ph. 70. &. 2. Met. c. 15. & 1. Ethi. cap. 3.

Vnde dubitauerit aliq̃s, vtrũ ipſum ambulare, & ſanum eſſe, ac ſedere, & vnumquodq̃ horũ ens an nõ ens eſt, ſimiliter & de quocunq̃ cęterorum ſimilium. nihil enim horum eſt per ſe natura aptum, neq̃ poſſibile à ſubſtantia ſeparari: ſed magis, ſi quidem ambulans entium aliquid: & ſedens, & ſanum. hæc autem magis entia apparent, qm̃ ſubiectum eis determinatum eſt. hoc
M autem ſubſtantia. & ſingulare eſt, quod ī tali prædicatione apparet. bonum enim, aut ſedens abſque hoc nõ dicitur. patet igitur quòd propter hanc illorum quoque ſingula ſunt.

Et ideo quæret aliquis vtrũ ambulatio, & ſanitas, & ſeßio quælibet ſignificet ens, aut non ens, & ſimiliter in vnoquoq; talium. quoniã nullũ eorũ eſt exiſtẽs per ſe, nec

poteſt

Primũ documentũ.

Indiuiduum ſubſtãtiæ prior ẽ alijs indiuiduis accidẽtiũ. Idẽ iſra t. c. 4. & 47. Secundũ.

A *poteſt ſeparari à ſubſtantia. ſed, ſi ambulans fuerit de entibus, & ſedens, & ſanus, iſta ſunt digniora, vt ſint entia vt videtur, quoniam ſubiectum eorum eſt aliquod terminatum. & hoc eſt de ſubſtātijs, q̄ ſunt uniuſcuiuſq; particularū, & hæc ſignificant categoriæ, quæ ſunt tales. ſedens. n. & ſtans non dicuntur ſine hoc. manifeſtum eſt igitur, quòd hæc eſt cauſa eſſentiæ cuiuslibet illorum, & illa ſunt pro-*

B *pter iſtam.*

3 Cùm poſuit, ꝙ ens in rei veritate eſt ſubſtantia, & in hoc conueniunt oēs Antiqui, quorū plures pp hoc, qđ opinabant ꝙ ſubſtātia eſt ens in rei vertate, dubitabant vtrū accidentia ſint entia, aut non, d. Et ideo quęret, &c. i. & iō dignū eſt, vt qui opinat hoc de ſubſtantia, dubitet in oībus accidentibus, v. g. ambulatione, & ſanitate, & ſeſſione, vtrū dicantur eſſe ſimpłr, aut non. & hoc dignum eſt dubitare, cùm nullū eorū exiſtat p ſe, aut poſſit ſeparari à ſubſtantia,

C & ꝙ ens eſt illud, qđ p ſe eſt. D. d. ſed ſi ambulans, &c. i. ſed, ſi cōceſſerim⁹ ꝙ hoc nomen ens ſignāt iſta, tunc ſubſtantia eſt dignior vt ſignificet hoc nōe ens, ſm ꝙ apparet ſenſui, ſ. q̄m eſt manifeſtior apud ſenſum. D. d. cauſam in hoc, & d. q̄m ſubiectum, &c. i. q̄m ſubiecta quiditatū ſubſtantiarum, & vniuerſaliorū earum ſunt indiuidua ſubſtantiæ, q̄ ſunt terminata per ſe, ſ. q̄m ſunt terminata à locis & ſuperficiebus & q̄ditas eſt pars iſtius ſubſtantiæ, quæ ſunt indiuidua ſubſtantiarum particularium, & ſecundū hæc duo dr̄ p̄dicamentum ſubſtantiæ. & d. q̄m D
ſubiectum eorum, &c. intendebat à quiditate ſubſtantiarū vniuerſaliorum earum. Et cùm d. eſt aliquod terminatum, &c. intendebat indiuidua ſubſtantię, q̄ ſunt terminata, q̄a ſunt corpora exiſtentia per ſe. D. d. & hoc eſt de ſubſtantijs, &c. innuit p hoc q̄ditates. & quaſi d. & iſta ſunt ſubſtantiæ, quia ſunt partes ſubſtantiarum, q̄ ſunt ſubſtantię in rei veritate, ſ. particularium. D. d. & hæc ſignificant, &c. i. & iſta vniuerſalia, q̄ ſunt ſubſtantiæ, ſignāt prædicamēt ū ſubſtantiæ. D. d. ſedens. n. & ſtās, &c. i. & cauſa in hoc eſt, qū acciden E
tia, v. g. ſtans & ſedens, non dicūtur eſſe entia ſine iſtis. & accepit hoc nomen denominatiuum pro accidente tantum. Deinde d. manifeſtum eſt igitur, &c. & cùm hoc declaratū ſit de ſubſtantijs, manifeſtum eſt, ꝙ ſubſtantiæ ſunt cauſę eſſentiæ accidentium. & accidentia non ſunt niſi propter ſubſtantias. & hoc neceſſarium eſt, quoniam, cùm declaratū eſt, ꝙ nomen ens dicitur de decem prædicamentis, & dignius de ſubſtantijs: & eſt declaratum ꝙ, cū plura communicant in eodem nomine, & quoddam dignius quibuſdā, F
illud, quod eſt dignius illo nomine, eſt cauſa cæterorum: & diſpoſitio cę terorum ad cauſalitatē eſt ſicut diſpoſitio illorum cum illo nomine, ex iſtis igitur propoſitionibus concluditur, ꝙ ſubſtantia eſt cauſa cæterorum prædicamentorum.

Cū plura cōicant i vno noīe, & quoddā eſt dignꝰ quibuſdā, dignius é ſp cā cęterorū. v. de idē. 2. met. tex. c. 4. & hic infra tex. c. 7. & 8. met. cō. 7. Vid Auer. i Epi. Tr. 2.

Quare quod primo eſt ens, & non aliquod ens, ſed ſimpłr ens ſubſtantia. Multis igitur modis primū dr̄, attn̄ ſubſtātia

Vide pro hoc. 1. Ph. 21. 23.

G & ratione,& cognitione,& tempore,& natura omnium primũ eſt.aliorum.n.q̃ prædicant̃, nullũ eſt ſeparabile,ſed hæc ſola.Ratione quoq; hoc primũ. neceſſe eſt.n.in cuiuſq; rõne ineſſe rõnẽ ſubſtantiæ. Scire ẽt tũc putam⁹ vnumquodq; magis,cùm quid eſt homo,aut ignis ſciamus, q̃ quale,aut quãtum,aut vbi nam & horum ipſorum tunc vnumquodq; ſcim⁹,cùm qd ẽ ipm q̃le,aut ipſum quantum ſciamus.

Ens igitur,quod eſt principale,
H *non illud,quod eſt aliquod ens,ſed ens,quod eſt ſimpliciter, eſt ſubſtantia. Et primum dicitur multis modis,ſed ſubſtantia eſt prima omnium rerum definitione,& cognitione,& tẽpore.nullum.n.aliorum prædicamentorum eſt ſeparabile.& iſtud ſolum eſt ſeparabile. Et eſt etiam prima ſecundum definitionem.neceſſarium eſt.n. vt definitio ſubſtantiæ accipiatur in definitione cuiuslibet rei.Et nos vide-*
I *mus etiam,quòd ſcimus quodlibet magis, quando ſcimus ipſum quid ſit.v.g.quando ſcimus hominẽ eſſe ignem magis, quàm cùm ſcimus ipſum eſſe quale,aut quãtum, aut vbi.& etiam vnumquodq; iſtorũ non ſcitur, niſi quando ſcitur quid eſt,aut quale,aut quantum.*

4 Et,cùm ſit declaratum, ꝙ quiditates accidẽtium poſteriorant̃ quiditatibus ſubſtantiarum,ſm ꝙ cauſata poſteriorantur cauſis, manifeſtum eſt,ꝙ ens, quod eſt principale K & quod eſt prius &ſimpliciter,ẽ ſubſtantia,nõ illud,qd̃ eſt aliquod ens, i.non ſimplr nec principalr. Et hoc intendebat,cùm d. Ens igit̃, qd̃ eſt, &c.i.ens ergo,quod prĩcipalr & ſimpliciter eſt ens,eſt ſubſtantia, non illud,quod eſt aliquod ens,i.nec prĩcipaliter,nec ſimpliciter.&eſt in verbis eius ordo poſterior. Et,cùm narrauit,ꝙ ſubſtantia eſt prior cæteris ꝑdicamentis. & hoc intendebat per principale,& primũ dr̃ multis modis,incœpit declarare quot modis p̃cedat ſubſtantia accidentia, & d. Et primũ dr̃ multis modis.i. & primũ, L quod eſt prius,dr̃ multiplr.& ſubſtãtia eſt primum õium ſm definitionem,& cognitionẽ, & ſm tempus. D.dedit cãm in hoc,& d.nullum.n. prædicamentum, &c i. & ſubſtãtia eſt prior his trib⁹ modis: qm̃ nullũ accidẽtium eſt ſeparabile,& ipſa ſolã eſt ſeparabilis. & hoc intendebat cùm d.1.de ſubſtantia. Et dixit hoc, quia declaratum eſt, ꝙ vniuerſalia accidentium ſunt illa,q̃ dñr in ſubiecto.Et,cùm dixit eam eſſe primã ſm definitionem,dedit modum, & d. Et eſt etiam prima ſm definitionem,&c.i.& diximus, ꝙ ſubſtantia eſt prior definitione cuiuslibet acci M dentium: qm̃ neceſſe eſt vt ſubſtantia accipiatur in definitione cuiuslibet accidentium. qm̃ partes definitionum ſunt illa, per quæ conſtituitur res:& quia accidentia conſtituũtur per ſubſtantias,neceſſe fuit vt accipiantur in definitionibus eorum: & in definitionibus ſubſtãtiarũ nõ accipit̃ aliquid extra ſuã naturã, cũ cauſæ ſuæ accipiantur in ſuis definitionibus,q̃ ſunt ſubſtantiæ. Et,cum narrauit,ꝙ ſubſtantia eſt prior alijs acci-

Nullũ prę dicamẽtũ ẽ ſeparabile pter ſubſtãtiã. Idẽ 1.ph.14.39

Partes definitionis ſunt illa:ꝑ q̃ cõſtituitur res. Idẽ 1.ph. c. 28. &.1.de aĩa com. 5.

A accidentibus cognitione, dedit modum, & d. Et nos videmus, &c. i. & ſignum eius, ꝙ ſubſtãtia apud nos eſt manifeſtior accidentibus, ſ. vniuerſalia ſubſtantiæ q̃ vniuerſalia accidentium, eſt ſ. ꝙ ſcire indiuiduum ſubſtãtiæ per ſua vniuerſalia ſubſtãtialia eſt perfectius q̃ ſcire illud per vniuerſalia accidentium. v.g. ꝙ, cũ voluerimus ſcire hominem, & ſciuerimus ipſum eſſe aliquam naturã ſubſtantialem, v.g. ſcire ipſum ignẽ per hoc prædicabile ſubſtãtiale erit perfectius, q̃ ſcire ipſum eſſe quãtum, aut quale, aut vbi, aut aliud prę

B dicabilium accidentium. Et intendebat, ꝙ non ſunt accidentia quæſita per ſe, ſed fm ꝙ ſũt diſpoſitiones ſubſtantiæ demõſtratæ. & primum quæſitum eſt ſubſtantia demõſtrata. Et quia ſcire ſubſtantiam hanc p ſuas diſpoſitiones ſubſtantiales eſt perfectius q̃ ſcire eã per ſuas diſpoſitiones accidentales, neceſſe eſt vt diſpoſitiones ſubſtantiales ſint manifeſtiores diſpoſitionibus accidentalibus. D. d. alium modũ, ex quo declaratur, ꝙ ſcire aliquid per quid ẽ, eſt manifeſtius q̃ ſcire ipſum p aliquid conſequens, ſiue fuerit ſubſtan

C tia, ſiue accidens, & d. & etiam vnũquodq; iſtorum non ſcitur, &c. i. & ſignum eius, ꝙ ſcire indiuidua ſubſtantiæ per quid eſt, manifeſtius eſt q̃ ſcire ipſa per quale, aut quantum, eſt ꝙ nos videmus quòd non ſcim⁹ vnumquodq; ſuorum accidentiũ, donec ſciamus illud accidens qd ſit, aut quale, aut quantum. Et ſubſtantia eſt prior tempore. quoniã, ſi accidens ſit poſt corpus, in quo eſt, manifeſtum eſt, quòd illud corpus præcedit ipſum ſecundum tempus: &, ſi fuerit ex accidentibus inſeparabilibus à re, in qua ſit, tunc ſubſtantia D ſubiecta ad illam rem præcedet illã rem, & accidentia conſequentia ipſam. v.g. qm̃ ſubiectum, ex quo generatur ignis, eſt prius forma, & calore ignis.

Documẽtum

Quo ſubſtãtiæ accidẽtia præcedũt.

Quod quoq; tam olim, q̃ nũc, & ſemp quæritur, ſemperq; dubitatur quidnam ipſum ens ſit, hoc eſt quænam ſubſtantia eſt. hoc enim quidam vnum aiunt eſſe, quidam plura q̃; vnum: & quidam finita, quidam vero infinita. Quare nobis quoq; maxime, & primum, & ſolum, vt ita E dicam, de ente hoc pacto quidnam ſit ſpeculandum eſt.

Quæ manifeſtiſſime videntur eſſe ſubſtantiæ: eorum ea ſolæ ſubſtantiæ ſint, vel alia etiam, multorum opiniones. Cap. 2.

VIdetur aũt ſubſtantia exiſtere manifeſtiſſime qui dem in corporibus. quare aĩalia, & plantas, & eorũ partes ſubſtantias eſſe dicimus, ac ñaturalia corpora, vt ignem aquam, & terram, cæterorũ quo F que ſingula: & quæcũq; aut horum partes, aut ex his ſunt, aut partibus, aut omnib⁹, vt cœlũ, & eius partes, ſydera, Luna, & Sol. Vtrum autem hæ ſolæ ſubſtantiæ ſint, an etiam aliæ, an harum quidem nulla, ſed aliq; aliæ, conſyderandũ eſt. Vr̃ aũt q̃buſdam corporis terminos, vt ſuperficem, lineam, punctum, & vnitatem ſubſtantias eſſe, & magis q̃; corpus, & ſolidum. Itẽ p̃ter

Vid Auer. 1 Epi. Tr. 2.

G ſenſibilia quidã non putant aliquid eſſe tale. quidam plura, & quę magis ſempiterna ſunt, ſicuti Plato, & ipſas formas, & mathematica duas ſubſtantias, tertiam vero ſenſibilium corporũ ſubſtantiã. Speuſippus vero ẽt plures ſubſtantias, ab vno incipiens, & principia cuiuſq; ſubſtantiæ, aliud numerorũ, aliud magnitudinum, deinde animę. & hoc modo extendit ſubſtantias. Quidã aũt formas quidẽ, & numeros eandem habere na-
H turam aiunt, cætera vero ſequẽtia, lineas, & ſuperficies, vſq; ad cœli ſubſtantiam, & ſenſibilia.

Et etiam illud, quod ſemper fuit quæſitum a longo tempore, & modo eſt quæſitum, & ſemper faciet errorem in quiditate entis, hoc eſt, quoniam ſubſtantiam quidam dixerunt ipſam eſſe vnam, & quidam plures: & quidam dixerunt eas eſſe finitas, & quidam infinitas. Et ideo nos primo conſyderabimus ex eo, quod eſt huiuſmodi ma-
I *gis, & eſt primum, & vnum, & dicemus quid ſit. Exiſtimatur. n. quòd eſſe ſubſtantiæ eſt manifeſtũ ī corporibus. & ideo dicimus, quòd animalia, & vegetabilia ſunt ſubſtantiæ, & corpora naturalia, verbi gratia ignis, & aqua, & terra, & aer, & oēs partes iſtorũ: & q̄ ſũt ex eis, aut ex ſuis partibus, aut ex ſuis vniuerſalibus, v. g. cælum, & partes eius, & corpora ſtellarũ, & Luna, & Sol. Perſcrutemur*
K *igitur de iſtis, vtrum ſint ſubſtantiæ tantum, aut ſint aliæ ſubſtantiæ quàm iſta, aut quædam iſta, aut quædam alia, aut nullum iſtorum, ſed alia. Quidam igitur exiſtimauerunt, quòd vltima corporis, vt ſuperficies, & linea, & pũctus, & vnum, ſunt magis ſubſtãtiæ quàm ſolidũ & corpus, & etiã magis quàm ſenſibilia. Et quidam nõ opinantur, quòd tale ſit oĩno, et*
L *dicunt quidam plura entia eſſe, ait æterna, vt Plato, qui dicebat quòd formæ, & mathematica ſunt duæ ſubſtantiæ, & quòd tertiæ ſubſtãtiæ ſunt corporum ſenſibiliũ. Speuſippus autem dicebat plures ſubſtantias eſſe, & incœpit ex vno et plura principia eſſe. & vnaquæq; ſubſtantiarum habet primum, & quòd ſubſtantia & primũ numerorum eſt aliud, & magnitudinũ aliud, & poſt ea ãiæ. & ſecundũ*
M *hunc modum multiplicantur ſubſtantiæ. Et quidã dicunt, quòd formæ & numeri habent eandem naturam, & quòd aliæ res ſequuntur ea, ſicut lineæ, & ſuperficies, quouſq; perueniant ad ſubſtantiã cæli, & ſimiliter ſenſibilia.*

5 Cùm declarauit, q̄ quiditates ſubſtantiarum ſũt priores alijs entib⁹, & cauſa eorum, incœpit quærere q̄ ſunt quiditates ſubſtantiarũ ſenſibiliũ, & dixit, q̄ Antiqui ſemp pſcrutati

tati ſunt de hoc,& ꝙ quō ad ſuū tē
pus nihil demſtratiue fuit dictum in
hoc,& dixit: Et ēt illud,quod ſemp,
&c.i.& tūm declaratum ſit, ꝙ ſub-
ſtantia eſt prior alijs accidentibus,
ḡrendum eſt de ſubſtantia illud,qđ
ſemp fuit quæſitum vſq; ad hoc tē-
pus,in quo nullus dixit aliquid de-
monſtratiue,& eſt, quid eſt illud,
quod eſt quiditas huius ſubſtantię.
Et augmentauit hāc quæſtionem.
qm̄,cūm fuerit ſcitum illud, qđ eſt
quiditas iſtius ſubſtantiæ, tunc erit
ſcita prima cauſa oīum entium. Et,
quia iſta quæſtio ſemper fuit deſy-
B derata ab oībus naturaſt,& eſt val-
de difficilis,incœpit notificare opīo
nes Antiquorum in ea,& dixit: qm̄
ſubſtantiam quidam dixerunt,&c.
i. Et iſtas eaſdem opiniones dixit,cū
perſcrutatus fuit de prīcipijs ſubſtā-
tiæ mobilis, ſ. ſubſtantiæ naturalis.
1. Ph. & 2. cō. 6. vſq; ad 41. ſed illic,ſ.in Phyſico auditu fuit per
ſcrutatus alio modo ab iſto. illic.n.
perſcrutatus eſt de principijs corpo
ris fm ꝙ ē naturale,i. fm ꝙ quieſcit,
aut mouetur: hic autem perſcruta-
tus eſt de eis fm ꝙ eſt ſubſtantia tm̄.
prima.n. diuiſio,ſecundum quā di-
uiditur ens,eſt fm ꝙ eſt in ſubſtan-
tiam & accidens.& iſta quæſtio dif-
C fert ab illa,quæ eſt in ſcientia Natu
Dſia cōſy deratiōs naturalis a conſyde ratione di uina. vide pro hoc i- ſta cō. 9. rali.qm̄ iſta quęſtio inducit ad ſciē-
dum primam formā oīum entiū,&
vltimum finem: & prima quæſtio,
quam incœpit in ſcientia Naturali,
inducit ad ſciendum primam mate
riam,& formas naturales, & primū
motorem. Et dixit:quidā dixerūt,
&c. forte innuit Parmenidē,& Me-
liſſum, dicentes vnum eſſe ens iſti
enim dicebant,ꝙ illud, quod eſt p̄-
Vid. 1. ph. 8.32-54. ter ſubſtātiam,nihil eſt:& dicebāt,
ꝙ ſubſtantia eſt ſimplex non com-
poſita. Et forte innuit eos, qui con- D
cedunt compoſitionem, & ponunt
elemētum eſſe vnum quatuor, aut
medium inter illa. iſti enim conce-
dunt multitudinem prouenientē à
compoſitione,& ponūt alia eſſe ac-
cidentia prętet illud principiū vnū.
Deinde d.& quidam dixerunt plu-
ra entia vno. & innuit dicentes, ꝙ
principia ſubſtantiæ ſunt partes in-
diuiſibiles,& dicentes eas eſſe partes
conſimiles,vt Anaxagoras: & dicen
tes ea eē plura vno elemēto,vt Em-
pedocles. Et quia iſtorum quidam
dicebant has eſſe finitas, & quidam
infinitas, dixit: & quidam dixerunt E
eas eſſe finitas, &c & videtur mihi,
ꝙ * omnes iſti, quos narrauit, ſunt
illi,qui non percipiūt de cauſis, ni
ſi materialem tantum. D.d. Et ideo
nos primo conſyderabimus, &c.i.
propter hanc diuerſitatem acciden-
tem inter Antiquos oportet prius
nos ponere principium conſyderā-
tionis in principio ſubſtantiæ, quā
oēs hoīes concedunt eſſe primum,
& vnum,&dicere quid ſit.& innuit
principium indiuidui ſubſtantię.&
ideo dixit: Exiſtimatur.n. ꝙ eē ſub-
ſtantiæ, &c.i.& poſuimus principiū
cōſyderationis in principio indiui-
dui ſubꝫ. qm̄ oēs hoīes conueniūt
in hoc,ꝙ indiuidua corporū exiſtē
tiū p ſe ſunt ſubꝫ,& ꝙ in eis ē prin-
cipiū.& hoc intendebat, cūm d.exi-
ſtimat.n.ꝙ eē ſubꝫ,&c.i. oēs. n.opi
nant,ꝙ natura ſubꝫ eſt manifeſta ī
corporibus demōſtratis.& iſta ſub-
ſtantia,de qua dicit ſe perſcrutatu-
tū,eſt illa,de qua declarabit eē for-
mam : & dixit ipſam eſſe primam,
quia eſt cauſa ſubꝫ demonſtratæ:
& ſubſtantiæ demonſtratæ nō ſunt
ſubſtātiæ niſi per illā. & dixit ipſam

* Oēs iſti, quos nar-rauit,non peeperūt niſi eām materialē vide opp., de Anaxa. 1.Ph.39.& 1.d aia. 80 &.8.Phyſ. 37. qa po-nit intell; &.1.ph.41 &.8.ph. 2. Empe: po-ſuit litē & ꝑ amicitia;. Vide con-tra Zim.

Subꝫ de-mſtratę ſūt ꝙ formā. Idē. 2. de aia.2.7. 8. &,9. &. 8. Meta.7.& 2.Ph. 4. & 1. de Aſa. 90.

G eſſe vnam, quia ſubſtantia demonſtrata non eſt vna niſi p hãc ſubſtãtiam, & per hanc naturam, quæ dẽ forma. D.d. & ideo dicim⁹, quòd aĩa lia, &c.i. & quia natura ei⁹ eſt manifeſta p ſe in indiuiduis exiſtentibus p ſe, ideo oẽs concedũt, quòd aĩalia demſata per ſe, & vegetabilia, & ſuæ partes, & vſr compoſita ſunt ſubſtãtiæ, & corpora naturalia ſimplicia, vt ignis, & aqua & terra, & aer, ex q̃ ſus fiunt compoſita: & oẽ, qđ numeraſ in iſtis ſubſtantijs, aut in illis, q̃ ſunt partes contentæ, aut in illis, q̃ ſunt vſia continentia, vt cœlum aut
H ex partibus iſtorum, vt ſtellæ, & Luna, & Sol, & oẽ quod generaſ ex iſtis primo, & ſunt conſimilium partiũ. D.d. Perſcrutemur igiſ, &c.i. pſcrutemur igiſ, vtrum iſta ſint ſubſtantiæ tm̃, ſ. diſpoſitiones indiuiduorũ ſubſtanriarum, aut ſunt hæc diſpoſitiones ſubſtãtiarũ aliæ ab iſtis, aut q̃dam iſtarum diſpoſitionũ, q̃ dñr in reſponſione ad quid ſint ſubſtantiæ, & q̃dam non ſunt ſubſtãtiæ, aut nulla iſtarum diſpõnum eſt ſubſtãtia. & hoc latet eos. quod aũt indiuidua ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ, manifeſtum eſt, & nullus dubitaſ hoc.
I & hoc intendebat, cum d. aut q̃dam iſta, aut q̃dam alia. D d. aut nullum iſtorũ, ſed alia. i. aut nulla diſpoſitionum exiſtentiũ in indiuiduis ſenſibilibus ſit ſubſtantia, ſed ſubſtantiæ iſtorum ſunt aliæ. D.d. Quidam igitur exiſtimauerunt, &c.i. quidã igiſ exiſtimauerunt, q̃ vltima corporũ, ſicut ſuperficies, & linea, & punctus, & vnum, ſint ſubſtãtiæ magis q̃ corpus, quia ſunt principia. & ideo contingit, q̃ iſta ſint ſubſtantiæ magis q̃ ſubſtantiæ ſenſibiles demonſtratæ. Et dixit hoc, quia quidã opinabanſ q̃ puncta ſunt priora lineis, & lineæ ſupficiebus, & ſupficies corporibus, & dicebant q̃ indiuidua iſtorũ ſunt priora indiuiduis corporis ſenſibilis, & vſia eorũ vſibus corporis, & ideo d. magis q̃ ſolidum, & corpus, & ẽt magis q̃ res ſenſibiles. Et dixit, ſolidum & corpus, qm̃ iſti hũt duas opiones in corpore. quidã. n. dicũt, q̃ tres dimenſiones ſunt forma ſubſtantialis corporis, & iſti dicunt corpus. qui aũt dicunt, q̃ corpus ſit ad coniunctionem ſuperficierum adinuicem, dignius eſt dici ab eis corporeũ. & ſm vtrunq; ſermonẽ ſequiſ, vt ſuperficies, & lineæ, & puncta ſint ſubſtantiæ magis q̃ corpora, & priora eis: aut ſm q̃ forma eſt prior cõpoſito ex materia & forma ſm prioré ſermonẽ: aut ſm, q̃ partes cõpoſiti ſunt priores cõpoſito ſm ſcẽm ſermonẽ. D.d. Et quidam non opinantur, &c.i. & quidam non opinãtur, q̃ aliquod linearum, & ſuperficierum, & punctorum ſit ſubſtãtia, aut vnum numerale. Et quidã non ſolummodo opinantur q̃ magnitudines, & numeri, ſ. mathematica ſunt ſubſtantiæ, ſed opinantur cum hoc, q̃ formæ rerum ſunt ſicut ſubſtantiæ abſtractæ: & opinabanſ cũ hoc
M tertiam ſubſtantiã, ſ. indiuidua ſubſtantiæ ſenſibilis. Et qui opinabanſ, q̃ mathematica ſunt ſubſtantiæ, q̃dam ponebant ea eſſe alia à formis, & quidam ponebãt numeros & formas eſſe eiuſdem naturæ, vt poſt dicet. & iſti ſunt, qui pceperunt causã formalem propriam. & intendebãt dare ſubſtãtias proprias reb⁹ ex formis vſibus, ſ. quia ponebant ea eſſe principia ſubarũ ſenſibilium. D.d. Speuſippus aũt, &c.i. Speuſippus ãt dixit plures ſubas eſſe, q̃ ſubſtãtiæ ſunt

Vid. 3. coli. 60.

Opinio ponentiũ ſubſtãtiã vnã cũ mathematicis eẽ principiũ.

Opinio Speuſippi.

Opinio ponentiũ ſolã mathematica principia. vide. 1. meta. 10.

A sunt diuersæ, v.g. granitas, & magnitudo, & aïa, ideo principia substãtiarum sunt diuersa. Principium. n. numeri, qđ est vnũ, ẽ aliud a principio magnitudinũ, & à principio aïæ: & fm hoc multiplicãt spẽs, q̃ sũt post, fm numerũ naturarũ diuersarũ pp suas cãs diuersas & d. vt mihi vf, & incœpit ex vno, quia videt, q̃ numeri sunt priores in suba aliis, qa vnũ, qđ est principiũ eorum, est pri⁹ principijs substantiarum diuersarũ. D. d. Et quidã dicunt, &c. i. & quidam hoïes non dicebãt, q̃ numeri & formæ sunt duæ naturæ; sed dicebant, q̃ formæ, & numeri sunt eiusdẽ naturæ, & q̃ istæ sunt causæ linearum & supficierũ, & q̃ lineę & supficies sunt causę corporum cœli, & aliorum sensibilium.

Opinio ponentiũ numerũ esse substantiã Vide pro hoc. 1. Me. 35.

B

De his igit quid bene, quid de non bene dicat, & q̃ substantiæ sint: & vtrum aliquæ p̃ter sensibiles sint, necne: & hæ qũo sint: & vtrũ est aliqua separata substantia, & cur, & qũo, an nulla præter sensibiles, pscrutandum est, descripta primo substantia, quidnam sit.

C *Perscrutemur igitur de istis, & qui sermones fuerunt dicti bene, & qui econtrario, & quæ substantia est: et vtrũ sint hic aliquæ substantiæ aliæ a sensibilibus, aut non: & istæ qũo sint: & vtrum aliqua substantia sit separabilis, & quare, & quomodo, aut nulla est præter sensibilia.*

Cùm compleuit numerare opiones Antiquorum de substantijs, incœpit numerare qõnes, consyderãs hic de substãtia, & d Perscrutemur, &c. i. pscrutemur igit de istis oĩbus opĩonibus, & declaremus q̃ earum fuerint dictæ bene, & q̃ non fuerint dictæ bene, cùm non oẽs fuerint dictæ bene. D. d. & q̃ substantia est, &c. & debemus perscrutari de quiditate substantiarũ, q̃ manifestę sunt substantiæ. s. indiuidua existentia p se. D. d. & vtrũ sint hic aliquæ substantiæ, &c. i. & vtrum sint hic aliq̃ substantiæ separabiles, aliæ à substãtijs sensibilibus, q̃ sunt causæ substãtiarum sensibilium, vt dicunt dicentes formas mathematicas esse: aut nihil est tale, vt si sint qũo sunt substãtiæ istarũ substantiarum sensibiliũ. D. d. & vtrum aliqua substantia sit separabilis, &c. i. & vtr oportet pscrutari, vtrum sit hic aliqua substantia separabilis à sensibilib⁹. & si est, qua re est & qũo, aut nulla substantia est hic præter substantias sensibiles.

D

E

SVMMA SECVNDA.

De ipsa Substantia.

Substantia quot modis dicatur: & quæ p̃ prie substantia sit. Cap. 1.

DIcit autem substãtia, si non pluribus, saltẽ quatuor modis maxime. etenim quod quid erat esse, & vsie, & genus substantia cuiusq̃ esse vr̃: & q̃rtum, subiectũ. subiectũ aũt est, de quo cętera dñr: illud vero nõ amplius de alio. Quare primo de eo determinandũ est. maxime nanq̃ substantia subiectum primum esse vr̃. Tale vero quodam modo quidẽ materia dr̃, quodam modo vero forma, tertium

F

G tium vero,quod ex his eſt. Dico autem materiam quidem.vt æs:formam aũt figuram ideæ: quodvero ex his eſt,totã ſtatuã. Vnde,ſi forma prior materia ẽ, & magis ens,illud quoq; quod ex ambobus eſt,prius erit ob eã dem rationem.Nunc itaq; quid nam ſubſtantia ſit, quaſi figura dictum eſt, quod non de ſubiecto,ſed de quo cætera.

Et oportet ante diſtinguere ſubſtantiam.quoniam ſubſtantia,etſi dicitur multis modis, tamen quatuor.exiſtimatur enim,quòd eſt eſſentia, & vniuerſalis etiam, & genus exiſtimatur eſſe ſubſtantiæ cuiuslibet, & quartum iſtorum eſt primum ſubiectum. & ſubiectũ eſt illud,de quo dicitur aliud, ipſum autem non dicitur de alio. Et ideo primo perſcrutemur de hac ſubſtantia. primum enim ſubiectum exiſtimatur eſſe ſubſtantia magis quàm aliud. Et dicitur tale quoquo modo materia,& alio modo forma,& tertio modo illud, quod eſt ex eis.Et dico materiam, vt cuprum:& formam,vt figurã ſtatuæ:& quod eſt ex eis, ſtatuã. ſi igitur forma fuerit ante materiam,& magis ens,erit etiam ante illud, quod eſt ex vtroq; eadem ratione.Diſtinctum eſt igitur modo quid ſit ſubſtantia,& quòd eſt non illud,quod eſt de ſubiecto, ſed illud,de quo eſt aliud.

H

I

Ideſt,& oportet prius diſtinguere ſm quot modos dr̃ ſubſtantia, & conſyderare quis iſtorum eſt cauſa ſubſtantiæ quæſitæ. D.d. qm̃ ſubſtantia etſi dr̃,&c.i. ſubſtantia enim & ſi dr̃ multis modis,tñ concludũtur in quatuor modis famoſis. Hoc nomen enim ſubſtantia dr̃ de quiditate rei,& dicitur de vniuerſali ꝑdicabili de aliquo ſecundum quid, & ſimiliter exiſtimatur,ꝙ genus ꝓpinquum prædicabile de aliquo ſit ſubſtantia. Et forte dixit hoc, quia Antiqui diuerſabantur in hoc. & q dam dicebant, ꝙ vlẽ commune eſt dignius hoc nomine ſubſtantia q̃ vniuerſale propinquum. & iſta eſt ſentẽtia Platonis. Deinde d. & quartum iſtorum eſt ſubiectum. i. indiuiduum ſubſtãtię. Et ideo induxit ſuam definitionem, qua definiuit ipſam in libro Categotiarum. & d. & ſubiectum eſt illud,&c.i.& illud, de quo prædicantur alia, ſed de nihilo prædicatur. Deinde d. Et ideo ptimo perſcrutemur de hac ſubſtãtia.i.& ideo primum perſcrutandũ eſt de cauſa iſtius ſubſtantiæ, quæ eſt ſubiectum. qm̃ ſubiectũ aliarũ rerum cõceditur eſſe ſubſtantia magis q̃ aliud. D.d Et dicitur tale quo quo modo, &c.i. & ſubſtantia dr̃ de materia quoquo modo,& de forma etiam alio modo, & de compoſito ex eis tertio modo.&d.quoquo modo materiam & alio modo formã: quia materia eſt ſubſtãtia,fmꝙ ſubſtat formæ: & forma eſt ſubſtantia, fm ꝙ conſtituit & cõpoſitum ex eis eſt ſubſtantia, ſecundum ꝙ compoſitum eſt ex eis Deinde dedit exemplũ,& d. Et dico materiã,&c.i.& intelligo ꝑ materiã, cuprũ ſubiectum ſtatuæ:& ꝑ formã,figuram ſtatuæ: &

K 7

Subiectum aliarũ rerũ cõceditur eé ſubſtãtia magis q̃ aliud

M

idé.2.ph. 8 &.9. Idem hic cõ. ſequenti.

A & per compoſitum, ſtatuam. Deinde dicit: ſi igitur forma fuerit ante materiã, &c. i. ſi igitur forma fuerit prior in eẽ q̃ materia, & magis ens, ꝓp hoc ꝙ materia eſt in potentia, & forma eſt in actu, erit etiam neceſſario prior compoſito ex ambobus. compoſitum enim ex ambobus nõ eſt in actu, niſi propter formam. & hoc intẽdebat cùm dixit, eadem ratione. i. ꝙ modus, ſm quem forma eſt prior materia, eſt idem cum eo, ſecũdum quẽ eſt prior compoſito. Et intendebat ꝙ, cũ forma ſit prior compoſito ex materia & forma, &

B compoſitum eſt ſubſtãtia, ſequitur ꝙ forma ſit magis ſubſtantia quàm compoſitum. Deinde dicit: Diſtinctum eſt igitur modo, &c. id eſt iam igitur deſcripſimus ſubſtantiam primam, de qua loquimur, ita ꝙ eſt illud, quod nõ prædicatur de aliquo, & de quo prędicantur omnia alia.

Vide idẽ 8. Met. c. 7 & 2. Phyſi. cõ. 4. & 2. de Anima com. 7.

Oportet autem non ita ſolũ. non enim ſufficiens eſt. & hoc nanq; ipſum non eſt manifeſtũ. Et item materia ſubſtantia eſt. nã, ſi hęc non eſt ſubſtantia, quę alia ẽ, fugit nos. Dẽptis etenim

C cęteris, nihil aliud remanere vr. cætera nanq; paſſiones corporũ & effectiones, & potentiæ ſunt. longitudo vero, latitudo, & profunditas quantitates quædam, ſed non ſubſtantiæ ſunt. quantitas etenim nõ eſt ſubſtantia, ſed magis cui hæc ipſa ꝓmo inſunt, illud ẽ ſubſtãtia. enimuero ablata lõgitudine, latitudine, & profunditate, nihil videm⁹ reliquũ, niſi ſiquid eſt, quod ab eis determinetur, vt ita conſyderantib⁹,

Vide contrad. Zim.

materiã ſolam neceſſe ſit apparere ſubſtantiam. Dico autẽ materiam, quæ per ſeipſam, neque quid, neq; quantũ, nec aliquid aliud quippiã dicit, quibus ens determinatur. eſt enim quid, de quo ſingula horũ prædicantur: cui eſſe, ac cuiq; prædicationũ diuerſum eſt. cætera nãq; de ſubſtantia ꝓdicant, hęc vero de materia. Quare quod vltimũ eſt ꝓ ſe, neq; quid, neq; quantum, nec aliquid aliud eſt, neq; ẽt negationes. etenim hæ quoq; ſm accidens erũt. Ex his itaq; ſpeculantibus, accidit ſubſtantiã eſſe materiam. At impoſſe eſt. etenim ſeparabile, & quod quid videnť maxime ineſſe ſubſtantiæ: ꝓp. quod forma, & qđ ex ambobus ſuba vr eſſe magis, q̃ materia.

D

E

Et oportet vt diſtinctio non ſit tali modo tantũ. non enim ſufficit. quoniam hoc non eſt manifeſtum. Et etiam materia eſt ſubſtantia. quoniam, ſi non fuerit ſubſtantia, ſubſtantia non erit aliud. & ſi nõ, ſubſtantia erit ignorata à nobis. F *Quoniã, cùm alia fuerint abſtracta, nihil videmus permanere. & alia paſſiua corporũ, & actiones, & virtutes. & etiã longitudo, & latitudo, & profundũ ſunt quantitates, & nõ ſubſtantiæ. quantitas enim eſt ſubſtantia, ſed illud cuius ſunt iſta primo, modo eſt ſubſtantia. ſed, cũ longitudo, & latitudo, & profundum fuerint abſtracta,*

nihil

G *nihil videtur permanere præter illud, ſi fuerit aliquid, quod eſt per ſuam definitionē. neceſſarium eſt igitur vt ſolam materiam videat eſſe ſubſtātiam illi, qui perſcrutantur hac perſcrutatione. Et dico materiā illud, quod per ſe non dicitur quale, nec quantum, nec aliquod eorum, per quæ terminatur ens. eſt enim aliud, de quo dicitur vnumquodq; iſtorū, & eſſentia illius eſt*
H *alia ab eſſentia cuiuslibet prædicabilis. alia enim dicūtur de ſubſtantia, & hæc de materia. vltimum igitur ſubiectū, quod eſt per ſe, non eſt illud, quod dicitur quale, aut quantū, aut aliud omnino, neq; negatio. iſta enim ſunt accidēt aliter. Ex iſtis igitur accidit vt ſubſtātia ſit materia. Sed hoc ē impoſsibile. exiſtimatur enim, quod ſeparabilia, & quæ ſignificant eſſentiam ſecundum rationem iſtius rei, ſint ſubſtantiæ magis. & ideo exiſti-*
I *matur, quod forma, & illud, quod eſt ex vtroq;, ſint ſubſtantiæ, magis quam materiā.*

8 Dicit: Et oportet vt non ſimus cōtenti hac diſtinctione tm̄, ſine pſcrutatione, & diuiſione, ſ. ſubſtantiæ in mām & formam. qm̄ non ſufficit, nec eſt manifeſtum p ſe, ſ. formam eſſe ſubſtātiam. Et d. hoc, quia mā eſt manifeſtior in ſubſtantialitate, q̄ forma in primo aſpectu. & ideo induxit poſt ſermones, ex quib⁹ apparet, ꝙ ſola mā eſt ſubſtantia, & ꝙ eſt cauſa in hoc demonſtratū eſt eē ſubſtantiam. & dixit: Et etiam materia eſt ſubſtantia, &c. i. materia autem vt eſſe ſubſtantia magis q̄ alia. Poteſt enim aliquis dicere, ꝙ ſi ſubſtantia non ponitur mā, nihil erit hic, quod dicatur ſubſtantia, & tunc ſubſtantia erit non ens. & hoc intendebat, cùm dixit: & ſi non, ſubſtātia erit ignorata. Et forte innuit p hoc, quod dixit. Et opꝫ vt diſtinctio, &c. ideſt, ad deſcriptionē ſubſtantiæ famoſam, quæ eſt, qm̄ ſubſtantia eſt illud, de quo p̄dicant alia, & ipſum de nihilo. & tunc dixit hoc, quia ex
K hac deſcriptione ſequitur, ꝙ mā ſit magis ſubſtantia q̄ forma. Et ideo incœpit inducere poſt rōnes, ex quibus ſequitur, ꝙ materia ſola eſt cauſa ſubſtātiæ demonſtratæ, & dixit: Et ēt materia, &c. D.d. Quoniam, cùm alia fuerint abſtracta, &c. i. & ratiocinatio ſup hoc, ꝙ materia eſt cauſa indiuidui ſubſtantiæ ſenſibilis tm̄, eſt, ꝙ, cùm abſtraxerimus in intellectu ea, quæ ſunt præter materiā ex rebus abſtractis in indiuiduo demonſtrato, nihil remanebit niſi materia, ſ. qm̄ materia non auferet per ablationē illorum, & auferūtur
M illa per ablationem materiæ. D.d. & alia paſſiua, &c. i. & virtutes paſſiuæ, & actiuæ, & actiones prouenientes ab eis videtur, ꝙ cum auferunt, remanet mā. & d. hoc ad declarandum, ꝙ formæ conueniunt in hoc cū accidentibus: & ex hoc exiſtimauerunt plures formas eſſe accidētia.

D.d. & ēt longitudo, & latitudo, & profundū, &c. i. & etiam longitudo, & latitudo, & profundū, quæ exiſtimantur eſſe ſubſtantiæ corporis, videnť eſſe quantum, & nō ſubſtātia: qm̄ quantum non eſt ſubſtantia.

Et

Prima rō ad p̄bādū mām eſſe magis ſubſtantiam.

Secūda rō, ꝙ mā ſit magis ſubſtantia.

A Et intendebat ꝙ, cum conceſſerimus corpa eſſe ſubſtantias, & ꝙ longitudo & latitudo & profundū, per quæ definimus corpus, ſit quātum, & non ſubſtantia, nō remanebit in corpore aliud, quod dicat ſubſtantia, niſi mā. qm̄, cùm non fuerit ſubſtantia p tres dimenſiones, quæ exiſtimant eſſe ſubſtātia magis q̄ alia: qm̄, cùm auferuntur à corpore, auferunt alia reſidua: ſequitur, ꝙ ſubſtantia ſit neceſſario p materiā. neceſſe eſt enim vt indiuidūū ſubſtantiæ ſit ſubſtantia p aliquid exiſtens in eo, quod ſit ſubſtantia, ſi nō fue-
B rit p oēs partes eius. D.d. ſed illud, cuius ſunt iſta, &c.i. & cum iſta, quæ ſunt exiſtentia in mā, non fuerint ſubſtātiæ, neceſſe erit vt illa, in quibus exiſtunt iſta primitus & ſine medio, ſint ſubſtantiæ. & hæc eſt mā.

D.d. ſed cum longitudo, & latitudo, &c.i. & cùm longitudo, & latitudo, & profundum fuerint abſtracta à corporibus, quæ accipiuntur in definitionibus eorū, nihil remanebit ex corpore, niſi illud, quod definit à longitudine & latitudine & profundo. & hæc eſt mā: & iſta eſt alia ratiocinatio à prædicta. Et cùm dedit
C ratiocinationes, ex quibus ſequit, ꝙ mā eſt ſubſtantia, ſ. dicentem materiam eſſe ſubſtantiam, pp hoc quòd ablatis alijs nō auferetur, & ipſa ablata auferunt alia, & ratiocinationem dicentē, ꝙ corpus eſt ſubſtantia, & nihil aliud eſt q̄ tres dimenſiones in mā, & dimenſiones non ſunt ſubſtantiæ rerū, remanet ꝙ corpus ſit ſubſtantia p materiam, & illud, per quod ſubſtātia fit ſubſtantia, eſt ſubſtantia. Et, cùm induxit has duas ratiocinationes, ſicut diximus, dixit: neceſſarium eſt igitur, &c.i. &, cùm ita ſit, neceſſe eſt vt illi, qui perſcru- D
tantur hac perſcrutatione, & concedunt has ꝓpōnes, opinentur ꝙ ſola mā eſt ſubſtātia indiuidui ſubſtantiæ demonſtratæ. Deinde incœpit declarare qualis mā eſt iſta, & dixit: Et dico materiam, &c.i. & intelligo per materiā illud, quod eſt exiſtens p ſe, quod eſt nec quale, nec quantū, nec aliquod aliorū prædicamentorum: qm̄ eſt in potentia oīa iſta, ſ. decem prædicamenta, vt declaratū eſt in Phyſicis. D.d. eſt. n. aliud, &c. 1. Phy. 69.
ideſt declaratum eſt enim ſubiectū eſſe omnibus prædicamentis decē: & ꝙ ſuum eſſe eſt aliud ab eſſe cū- E
ruslibet eorū. prædicamenta enim accidentium dicunt de prædicamento ſubſtantiæ: & prædicamentū ſubſtantiæ dicitur de hoc, quod eſt mā.

D.d. vltimū igitur, &c. i. ſubiectū igitur vltimum, quod eſt ſubiectū per ſe, & primo, nō eſt illud, in quo dicit quale, nec aliud prædicamentorum decē, nec priuatio iſtorum entium: qm̄ hoc eſt ei per accidēs. & intendit, ſubiectum igit vltimum, quod p ſubſtantiam ſuā eſt aliud ab vnoquoq; prædicamētorū, & à ſuis priuationibus, cùm omnia iſta ſint ei p accidens. Et dixit hoc: qm̄, ſi aliqua forma, aut aliqua priuatio eēt eſſentialiter in mā, nō reciperet oēs formas. Et, cùm induxit ratiocinationes ex quibus ſequit, ꝙ mā eſt magis ſubſtantia, d. Sed hoc eſt impoſſibile, &c.i. ſed impoſſe eſt vt materia ſola ſit ſubſtantia, cùm opinat ꝙ intentiones ſeparabiles in intellectu, ſ. quæ non intelligūtur in reſpectu aliorum, ſicut eſt in mā, ſed quę intelligūtur p ſe, ſunt magis ſubſtantiæ. & ideo exiſtimat, ꝙ forma ſit ēt ſubſtātia, cùm ſit quiditas, quā ſignificat

Si aliqua forma vel priuatio eſſet eſſentialiter in materia, non reciperet oēs formas. Idē. 1. Phy. 63. & 69. & 79. & 1. ca. de ſubſtantia orbis.

Ratio ad oppoſitū. F

G ficat definitio, & congregatū ét ex forma & materia eſt ſubſtantia, & ꝙ hæc duo magis ſunt ſubſtantia q̄ materia. Et iſti ſermones, quos induxit hic, ſunt logici famoſi. & ideo induxit eos ad deſtruendum, & ad confirmandum formam eſſe ſubſtantiam. deinde perſcrutabitur de hoc perſcrutatione demonſtratiua.

Documentū Vid in 1. 4 19. & 2. Ph. 3. & 1. Ph. 52. & 3. Ph. 56. & 1. cœli. 85.

At illa ſubſtātia, q̄ ex ambob⁹, dico aūt quę ex materia & forma eſt, omittenda eſt. poſterior enim, et manifeſta eſt. manifeſta vero quodam mō etiā ipſa ma-
H teria. At de tertia conſyderandum eſt. hæc .n. maxime dubitabilis. Conceditur autē quaſdā eſſe ſubſtātias ſenſibiliū. quare in his primum q̄rendum eſt.

Dimittamus igitur nunc loqui de ſubſtantia, quæ ẽ ex ambobus, ſ. ex materia, et exemplari, quia eſt vltima ſubſtantia, & manifeſta eſt etiam, & materia quoquo modo. Et perſcrutemur igitur de tertia. eſt .n. in ea maximus error. Et conceſſum eſt aliquas ſubſtan-
I *tias eſſe ſenſibiles. quæramus ergo de iſtis.*

9 Ideſt, Dimittamus igit perſcrutationē de ſubſtantia compoſita ex materia & forma, quia ẽ poſterior duabus ſubſtantijs, ex quibus componitur: & perſcrutari hoc non eſt niſi de cauſis, non de cauſatis. & eſt etiam manifeſtū per ſe ipſam eſſe ſubſtantiam. Deinde dicit: & materia quoquo modo. i. cōceſſum eſt ab omnibus materiam eſſe ſubſtantiam. & d. quoquo modo, quia Antiqui diuerſantur in materia. Quidam n. dicūt partes indiuiſibiles eſſe: & quidam corpora conſimiliū partium, & alia numerata in Naturalibus. Et quia omnes Antiqui cōcedunt materiam eſſe, ſed differūt in ea, dixit, quoquo modo, notando ꝙ conueniunt in ea ſm genus tātum, & non ſimpliciter. fortaſſe dixit, quoquo modo, quia eſt ſubſtantia diminuta, quia eſt in potentia. D.d. Et perſcrutemur igitur de tertia, ideſt forma. D.d. Et conceſſum eſt, &c. & quia manifeſtum eſt per ſe, ꝙ indiuidua ſubſtantiæ ſunt ſubſtātię, opottet vt primo quæramus
L de ſubſtantia, quę eſt prima ſubſtātia iſtarū ſubſtantiarū, & cauſa earum, ideſt ſine medio. Et ſciendū eſt, ꝙ iſta perſcrutatio differt ab ea, quæ eſt in primo Phyſicorum. qm illic, quia eſt perſcrutatio naturalis, non perſcrutatur niſi ad declarandum primā materiam eſſe, ſecundum quòd eſt materia, non ſecundum ꝙ eſt ſubſtantia, & ad declarādum formas naturales eſſe tantum, nō primam formam omnium ſenſibilium rerum, nec formam ſecundum ꝙ eſt ſubſtantia. & ideo conſyderatio de formis naturalibus, ſecundum ꝙ ſunt naturales, non inducit ad primam formam. Conſyderatio enim de forma, inducēs ad primam formam, eſt conſyderatio de ea ſecundum quòd eſt ſubſtantia, & ſcientia Naturalis non conſyderat de rebus ſecundum ꝙ ſunt ſubſtantiæ. De prima autem materia conſyderat vtraque ſcientia. ſed Naturalis conſyderat de illa, ſecundum quòd eſt principium tranſmutationis. Philoſophus autem conſyderat de illa, ſecundum quòd eſt ſubſtantia

K

Documentū, ſiue digreſſio q̄ oñdit diuerſitas conſiderationis Naturalis, & diuinæ ſcientiæ. Vid conſiſe. 2. Phy. 4. & 21. & 1. Meta. c. 15. 18. M & 4. Met. cō. 1. & 6. Met. c. 1. & 8. Me. c. 4. & 12. Met. 1. 3. & 6. Idē hic ſupra c. 5. & infra c. 39. Vide Philoſophū 1. 11. Met. ca. 3. Eſſentiæ rerū ignotę cognoſcuntur ex actibus earū pro-

A Aristijs. Vide 1. de Aia. t. c. 11. & 2. d Aia. 33. & 42.

substantia in potentia. Et, quia Aristo. consyderauit de illa in Naturalibus, ideo contentus fuit illa consyderatione, & non iterauit consyderationem in hac scientia: cum illa, ex qua peruenitur ad cognitionem essentiæ rerum ignoratæ, sint actiones earum propriæ: & actio materiæ est transmutatio. Formæ vero, quia sunt plures, & non habent eandem actionem communem, ideo non potuit declarare de suis actionibus in scientia Naturali primam formam. Sed illud, quod fuit illic declaratum, est ex hoc, quòd actio-
B nes formarum perueniunt ad actionem primæ formæ, quæ non est in materia, & est primus motor: & nõ fuit declaratum de actiõe istius formæ, vtrum est substantia aut non. Et in hac scientia quærit de principio primæ substantiæ. & ideo posuit principium perscrutationis ex hoc de principijs substantiarũ sensibilium. Et, cùm fuerit ei hoc declaratum, quòd principia substantiarum sensibilium, scilicet formę, sunt substantiæ, & est declaratum in scientia Naturali hoc esse corpus sensibile, quod est causa in alijs
C substantijs sensibilibus, & prius eis, declarabitur, quòd forma istius corporis est principium vltimæ substantię, quę est prior alijs substantijs, & ꝙ ipsum est illud, qđ dat alijs substantias, & formas substantiales generabiles & corruptibiles.

✠

De ipso quid est agendum esse: Et quid D *ipsum sit. Cap. 2.*

CVm autem in principio diuiserimus quot modis substantiam determinamus, ac horum vnum quiddam esse videatur, quod quid erat esse, de eo consyderandum est. prodest etenim transcendere ad notius. Ita nanq; disciplina fit ꝓious, per minus nota naturę ad magis nota. et hoc opus est, vt in actionibus ex eis, q̃ cuiq; sunt bona facere, quę simpliciter bona sunt, sint, cuiq; bona E ita ex sibi notioribus, q̃ naturæ nota sunt sibi facere nota. Quæ autem singulis nota, & prima, sæpenumero parum nota sunt, & parum, aut nihil entis participant. attamen ex eis, quę parum nota, sibi tamen nota sunt, conandum est cognoscere, quę simpliciter nota sunt, per hęc ipsa, vt dictũ est, transcendẽtibus.

Vid Auer. 1 Epic. 1 ra staru. 2.

Et, cùm prius distinxerimus secundum quot modos definitur substantia, inuenimus substantiam, & existimatur, quòd vna F *illarum est illud, quod significat essentiam rei, consyderemus in eo. ex principijs enim operationum transfertur ad illa, quæ sunt manifestiora. Et similiter est doctrina in vnaquaque rerum, quæ sunt minoris cognitionis ab illa, quæ sunt maioris cognitionis. & similiter est in operatione etiam. operationes n. nõ sunt nisi ad agen-*

dum

G *dum ex illo, quod eſt aliquod bonũ, & bonũ ſingulis rebus ad aliquid, quod eſt bonum vniuerſale, & bonum cuiuslibet. Et ſimiliter ex eis, quæ ſunt cognita ſingulis rebus, ad vniuerſalia, quæ ſunt cognita per naturam, & erunt cognita cuilibet. Et illa, quæ ſunt cognita cuilibet, in maiori parte, ſunt paucæ cognitiõis, aut paruæ, aut nihil eſt in eis de cognitione entis. ſed tamen neceſſe eſt vt ſciamus ex iſtis, quæ ſunt malæ cognitionis, ſed habent cognitionem particularem, illa quæ cognoſcuntur modo vniuerſali, transferendo, vt dictum eſt, de iſtis eiſdem.*

H

10 Ideſt. Et, cũ diſtinxerimus prius ſm quot modos dicitur ſubſtantia, & dixerimus, q̃ vna illarũ eſt illud, qđ inducitur in rñſione ad quid eſt hoc indiuiduum demonſtratũ, conſyderemus de hac ſubſtantia, quam ſignificat definitio quid ſit. D. dicit cauſam, p̃ q̃ quam incœpit perſcrutari de hac ſubſtantia, quę eſt princi

I pium iſtarũ ſubſtantiarũ ſenſibiliũ, & dixit: conſyderemus in eo, &c. i. q̃m ita eſt de cognitione ſpeculatiua in iſtis rebus, ſicut de opatiua. q̃a quẽadmodũ artificia, q̃ primo facta ſunt, trãſfert artifex ab eis ad artificiata, q̃ ſunt manifeſtiora apud artificium, cum illa ſint manifeſtiora apud nos, ita eſt de cognitione ſpeculatiua. Et hoc intendebat cũ dixit: & ſimiliter eſt de doctrina. & ſimiliter eſt proceſſus doctrinę in oĩbus ſcientijs, p̃terquã in Mathematicis, ſ. q̃ in eis procedit ex eis, q̃ ſunt maioris cognitiõis apud nos, & minoris cognitiõis apud naturã, ad illa, q̃ ſunt maioris cognitionis apud naturã. & ab hoc incœpit librũ ſuũ in Phyſicis. D.d. & ſiſr eſt in operatione, &c. i. & ſubſtãtia in operationib⁹ humanis, ſ. artificijs actiuis, vt in arte regiminis ciuitatum, & in arte medicandi. iſta. n. non inueniunt bonum vſe, niſi ex rebus, quæ ſunt bonæ vnicuiq; hominũ, cũ iſtę ſunt manifeſtiores apud nos. D.d. Et ſimiliter ex eis, quæ ſunt cognita, &c. i. & ſimiliter transferunt de cognitione ſingularium rerum, quæ ſunt manifeſtiores apud nos, ad vniuerſalia, q̃ ſunt manifeſtiora apud naturam. D.d. & erunt cognita cuilibet. i. & in poſtremo erunt vſia cognita cuilibet, q̃a particularia ſunt cognita cuilibet. D.d. Et illa, q̃ ſunt cognita cuilibet &c. i. & illa, q̃ ſunt cognita cuilibet ſunt paucæ & paruæ cognitionis in reſpectu eorũ, q̃ ſunt cognita apud nã. D.d aut nihil eſt in eis de cognitione entis. i. & in eis, quę ſunt prima cognita à nobis, aut nihil eſt de cognitiõe entis; aut modicũ, ſ. ex eis peruenit ad cognitionẽ perfecti entis. D.d. ſed tamen neceſſe eſt, &c. i. ſed tamen, cũ

M impoſſibile ſit aliud ab hoc, neceſſe ſcire ex eis, quæ ſunt male cognitionis, quia habent cognitionẽ particularem ad illa, quæ cognoſcuntur per cognitionẽ vſ'em, transferẽdo de cognitione naturaliter iſtarũ ſubſtantiarum ſenſibilium ad ſubſtantiam ſimplicem, quę cognoſcitur modo vniuerſali, ſcilicet q̃ continet omnes ſubſtantias.

K

1 ph. t. 4.

Singularia ſunt nouora apd nos q̃ magis vſia. Vide L oppoſitũ. 1. Ph. 4. &. 5. &. 57. c. Vide. cõ. zim.

At primo quædam de eo logice dicamus, q̃ illud eſt, quod quid

A quid erat esse vnumquodq; qđ secundum se dicitur. Etenim tibi esse non est musico esse. non enim secundum teipsum musicus es. quod ergo fm teipsum. Nec tamē hoc totum. nec enim illud, quod ita fm se est, vt superficies alba. quoniam superficiei es se non est albo esse. Quare quoniam hæc ineſt. In qua ergo rōne ipsum dicente non inerit ipsum, hæc ratio ipsius quid erat B esse cuiq;. quare, si superficiei albæ esse est superficiei læui esse, albo & læui eē vnum & idē est.

Et iam diximus prius hoc in quibusdam nostris sermonibus sermone logico, quid est illud, quod significatur per essentiam rei, et est illud, quod dicitur per se. Aliquid enim esse in loco non est ipsum esse musicum. musicus enim & vbi nō sunt idē per se. Nec etiam hoc est vniuersale. nec illud, quod est per C *se, est secundum hunc modum, vt album superficiei. essentia enim superficiei non est essentia albedinis. Et etiam non est illud, quod est ex ambobus, ideſt superficies alba. et hoc propter additionem, quæ est in sua definitione. Definitio igitur, in qua dicens non habet quid, est definitio, quæ est rei per suam essentiam in quolibet. quoniam, si essentia superficiei albæ est essentia superficiei lenis, tunc albedo, & lenitas sunt idem.*

Quia ficut diximus perſcrutatur hic in maiori parte de propoſitionibus dialecticis, quarū vna eſt, q; ſubſtātia rei eſt illud, quod dr̄ in reſpōſione ad quid eſt, & hoc eſt indiuiduum ſubſtantiæ, ideo dixit: Et iā diximus, &c. i. & iam deſcripſimus hanc ſubſtantiam alibi Dialectica deſcriptione, q; eſt illud, qđ ſignificat ſermo, qui dat eſſentiā rei, q̄ eſt definitio. D.d. & eſt illud, quod dicitur p ſe. i. quod prædicat eſſentialr. & innuit primum modum p̄dicabilium eſſentialium, ſ. definitionē. declaratum eſt. n. q; iſta prædicabilia ſunt tria, ſ. genus, & differentia, & definitio, quæ componitur ex eis: quę definitiō eſt idem cum ſubſtantia rei. & vlr p̄dicabilia ſubſtantia ſunt illa, quæ adunantur cum ſubiecto, & adunant adinuicem, & accidentalia econuerſo. Et cùm declarauit, q; iſta ſubſtantia eſt illud, quod ſignificant definitiones, & partes definitionum, & q; prædicabilia, ex quib⁹ componuntur definitiones, ſunt illa, quæ adunantur cum definito, & adunantur adinuicem, incœpit declarare, quare ſermones, qui demonſtrant aliquid extrinſecum, & non inducunt ad interrogationē de qui F ditate, q; nec ſunt definitiones, nec partes definitionum. D.d. Aliquid enim eſſe in loco, &c. i. & neceſſe ē, vt illa, quæ demonſtrantur per aliquid extrinſecum, i. per aliquod accidens, non ſint definitiones. qm̄, ſi eſſent, contingeret vt accidentia prę dicabilia de aliquo, eſſent eiuſdē naturæ. idem enim videtur diſponi p plura accidentia. ſed illud, quod cōgregatur ex eis, non eſt vnum niſi per accidēs: & definitio declarat ſubſtantiā rei: & illud, quod congregat

D 11 Com. 2. in hoc. 7.

Prędicabilia eſſentialiter ſunt tria. Idē. 1. Poſt. ca. de per ſe.

G ex eis, ẽ vnũ eſſentialr. Si igit diuerſa accidentia exiſtentia in aliquo declarant ſubſtantiã illius, erunt eiuſdem rei, & naturæ. Et hoc intendebat cùm dixit: Aliquid.n. eſſe in loco, &c.i. & ſi aliquis ĩterrogauit qd eſt hoc demſtatũ, & reſponderit qs, ꝙ eſt hoc in loco pro definitione & ali⁹ rñderit, ꝙ ẽ muſic⁹ ,ꝙ definitiõe ẽt, tunc eẽt poſſibile vt natura muſici, & vbi eſſet idem: quod non eſt. & vſr ex hac poſitione nouem prædicamenta eſſent eiuſdem naturæ, i. naturæ ſubſtantiæ: qñ ſm hoc erũt differentiæ ſubſtantiales. & ideo di-

H xit: Aliquid.n. eſſe in loco, &c. D.d. Nec etiam hoc eſt vſe, &c.i. nec iſta prædicabilia, qñ prædicãtur de ſubſtantia, ſunt prædicabilia vniuerſalia, q̃ deſcribunt in analyticis Poſterioribus. aut intendit, ꝙ nõ ſunt vniuerſalia ſubſtantialia, vt dictum eſt in libro Prædicamentorum. qa ſermones cõpoſiti ex accidentibus cõpoſitione ligata quidam ſunt coniũcti per accidens, & quidam per ſe, ſ. per ſecundum modum eſſentialiũ prædicabilium, q̃ enumerata ſunt ĩ Poſterioribus, ſ. in quibus ſubiectũ

I accipitur in ſubſtantia prædicati. Et cum declarauit, ꝙ illud, quod ſignificant illa, q̃ ſunt per accidẽs, nõ eſt ſubſtantia, incœpit declarare, ꝙ neq; ét ſermones compoſiti ex accidentibus eſſentialibus ſignãnt hoc, quod eſt quiditas ſubſtãtiarum ſenſibilium, & dixit: nec illud, qnod eſt p ſe, &c.i. nec illud, qđ ſignificat definitio ſubſtantiæ, & eſt illud, qđ exiſtit per ſe, eſt ſicut illud, quod ſignificant hæc verba, ſuperficies albã. Deinde d. eſſentia enim ſuperficiei, &c.i. albedo enim non eſt quiditas ſuperficiei, quando dicim⁹, ꝙ ſuperficies eſt alba, ſicut rationabilitas eſt K quiditas animalis· quoniam dicim⁹ animal rationale. Deinde d. Et etiã non eſt illud, quod eſt ex ambobus, &c.i. nec illud, quod dẽmõſtrat iſte ſermo, eſt aliquod compoſitũ vnũ ex ambobus, ſicut illud, quod ſignificat animal rationale, ſ. homo. D. d. & hoc propter additionem, quæ eſt in ſua definitione. i. quoniã compoſitum ex duobus definitur compoſite ex duabus definitionibus illorum duorum. & ideo ſequitur, vt definitio albi ſit compoſita ex definitione albedinis, & definitiõe ſubiecti albedinis. Et, quia in definitione albedinis accipitur definitio ſubiecti, contingit ꝙ in definitione albi accipiatur definitio ſubiecti bis, iſta igitur eſt additio, quæ accipitur in definitione albi. & hoc non accidit in compoſitis ex ſubſtantijs. verbi gratia quoniam definitio hominis componitur ex animalitate & rationalitate, & non accidit ex hoc iteratio, quæ accidit in compoſito ex ſubſtantia & accidente. Dinde dicit: Definitio igitur, &c.i. definitio perfecta eſt ſermo, qui cùm cõpletur, non remanebit in eo aliquod ens in actu, de quo interrogat per quid, M cùm ĩ eo ſit data quiditas, quod eſt eſſe illius rei, & non eſt in eo ens additum ſuo enti. & iſta eſt differẽtia inter definitiones ſubſtantiarum, & definitiones accidentium. Et quaſi dicat, ſermo igitur, in quo non inuenitur ens, de quo interrogatur per quid, eſt definitio perfecta, quæ dat cauſam rei, quæ eſt quiditas in vnaquaq; rerum. D.d. poſt: qñ, ſi eſſentia ſuperficiei albæ, &c.i. & ſi aliquis poſuit ꝙ quiditas ſuperficiei eſt albedo, aut quiditas albedinis eſt ſuperficies

Cõpoſitus ex duobus definit cõpoſitè ex duabus definitionibus illorũ duorum. L

Sermones compoſiti ex accidẽtibus compoſitione ligata, qđ dã ſunt p ſe, & qđã per accñs. Idẽ 4. me. t.c. 14.

A ficies, diſpoſita per plures diſpõnes diuerſas, continget, vt oés aliæ diſpoſitiones ſint eędem, & ꝙ congregatum ex eis ſit idem. & ſic albedo, lenitas, & aliæ diſpoſitiones, quib⁹ diſponitur ſuperficies, eſſent eædem. & econtrario in prædicabilibus ſubſtantialibus rationalitas. n. eſt differentia ſubſtantialis, exiſtens in quiditate animalis rationalis.

Quomodo ſubſtantiarum, accidentium, ac copulatorum ſit ipſum quid eſt, & definitio. Cap. 3.

B CVm autem ſecundum cętera quoꝙ prædicamenta compoſita ſint (eſt etenim aliquod ſubiectũ cuiꝙ, vt qualitati, & quantitati, & quando, & vbi, & motui) perſcrutandum eſt vtrũ eſt ratio ipſius qd erat eſſe cuiꝙ horũ: & vtrũ ineſt etiã his ipſum quid erat. vt homini albo quid erat albo homini: ſit autẽ nomen eius veſtis: quid eſt veſti eſſe. At vero, nec hoc eorum eſt, quæ ſm ſe dicuntur. An hoc, non ſecundũ ſe, dupliciter dr̃. & huius eſt hoc quidẽ ex additione, iſtud vero non.

C Hoc enim dicitur, eò ꝙ ipſum, quod definitur, alteri adn̄citur. vtputa, ſi albo eſſe definiens dicit albi hominis rationem. Iſtud vero, eò ꝙ aliud ipſi. vt ſi veſtis album hoīem ſignificat, ille vero definiat veſtem vt albũ. qd autem eſt albus homo, eſt albũ quidem, non tn̄ quid erat eſſe albo homini, ſed veſti eſſe. Vtrum eſt quod quid erat eſſe aliquod, aut ſimplr̃? An non. iꝑm. n. qd qd erat eſſe eſt ipſum qd erat eſſe. cùm vero aliud de alio dicat, D nõ eſt ipm qd qd. vt hõ alb⁹ nõ eſt qd quid: ſi ipſum quidẽ qd quid ſubſtantiꝫ ſolis ineſt.

Et, cùm ſint cõpoſita ex alijs p̃dicamentis, ẽt aliquid eſt ſubiectũ cuilibet, v. g. quantitati, & qualitati, & quãdo, & vbi, & motui. perſcrutemur igitur, vtrũ ſit definitio cuiuslibet iſtorũ. erit igitur iſtis ẽt illud, quod ſignificat eſſentiã rei, v. g. hõ albus. ſit igitur ita, quòd habeat hoc nomen veſtis. ſi igitur dicatur quid eſt, dicetur ve E ſtis. Sed non eſt ex eo, quod eſt per ſe, nec hoc ẽ aliquid ex eo, quod eſt per ſe, ſed mõ ſimplici. Et quoddã ex additione, & quoddã nõ. Quoddam. n. definitur per definitionem alterius. ſicut qui definit eſſentiã albedinis, & dicit definitionẽ hoīs albi. Et quoddam per aliam definitionem. vt veſtis, ſi ſignificat hominem album, & ipſe definiit veſtem tanquam album. homo. n. F albus eſt album, ſed definitio eius non eſt definitio albi. & quia eſt veſtis, habet definitionem, quæ ſignificat eſſentiam eius quod eſt. et definitio rei eſt illud, quod ſignificat quid eſt eſſentia rei. & cũ fuerit dictum aliud de alio. non eſt illud, quod eſt iſtud. verbi gratia homo albus, quòd non eſt iſtud. hoc enim non eſt niſi ſubſtantiarum tantum.

G 12 Intendit in hoc capitulo declarare, ꝙ compoſita ex accidentibus & ſubſtantijs non habent definitionē, ſicut definitiones cōpoſitorū ex materia & forma, & ꝙ accidētia pp hoc nō ſunt diſpoſitiones accidentales. Et dixit: Et, cùm compoſita, &c. i. & cùm ſint hic aliqua cōpoſita ex ſubſtantia, & alijs ptædicamentis, ſubſtantia eſt ſubiectum vniuſcuiuſq; accidentiū, v.g. quantitatis, & qualitatis. perſcrutemur igit' vtrum iſta compoſita habeant definitiones, ſicut ſubſtantiæ compoſitæ. & ſic erit in iſtis etiam ſubſtantia, quę ſignifi
H cat definitionem, & eſt illa, q̄ notifi cat eſſentiam rei. Et dixit hoc: quia ſubſtantiæ compoſitæ manifeſtum eſt ipſas habere definitiones, & nomina æqualia ſuis definitionibus: ſed prædicantur de indiuiduis ſubſtantiæ ſm q d, aut definitiones, aut nomina æqualia illis definitionib⁹, ſ. illa, quæ congregatè ſignificant illud, quod definitiones ſignificāt diſtinctè. In hoc igitur capitulo vult perſcrutari, vtrum cōpoſita ex ſubſtantia & accidentibus habeant tales definitiones, & ſic accidētia erūt
I differentiæ ſubſtantiarum: aut non habeant definitionem omnino: aut habeant definitiones, quæ dīr ſecūdario in reſpectu definitionum ſubſtantiarum. & ideo induxit exēplū, compoſitum ex ſubſtātia & accidēte, & dixit: v.g. homo albus. i. ſi igitur aliquod iſtorum compoſitorū habuerit definitionem, ſit igitur, ꝙ homo albus habeat definitionem, quemadmodum homo habet definitionem. D.d. ſit igit' ita, ꝙ habeat hoc nomen veſtis. i. & ſi homo alb⁹ habeat definitionem, neceſſe eſt vt habeat nomen æquale ei in ſignificatione: ita ꝙ illud, quod cōgrega K
tur de homine & albo, ſit vnum in actu, & duo in potētia, & homo erit genus, & album differentia, & ſit illud nomen veſtis. Cùm igitur quæritur de aliquibus nominibus compoſitis ex ſubſtantia & accidente, v.g. de homine albo per quid contingit reſpondere cōgregate, eſt veſtis, & diſtinctè per definitionem declarantem quiditatem eius. ſicut accidit, cum aliquis interrogauerit per quid de aliquo cōpoſito ex duabus ſubſtantijs, vt de homine, qui componitur ex animalitate & rationalitate. debemus enim reſpondere ad hoc per definitionem declarantem quiditatem, & eſſentiam hoīs. D.d. Sed nō eſt ex eo, quod eſt per ſe, &c. i. ſed illud, qd ſignificat hoc nomen veſtis, ſ. album hominem, nō eſt ex rebus, quæ exiſtunt per ſe, ſed ex rebus exiſtentibus tantum. & hoc intendebat cùm d. ſed modo ſimplici. i. ꝙ homo albus, ſm ꝙ eſt albus, nō exiſtit per ſe, ſed eſt ens tm̄, non ens per ſe, nec pars entis per ſe, quod eſt indiuiduum ſubſtantiæ. Et, cū narrauit, ꝙ iſte ſermo compoſitus non eſt definitio, qm̄ non componitur M
ex prædicabilibus eſſentialibus, declarantibus ſubſtantiam vnius rei ſimplicis in actu, ſicut ſignificant definitiones, ſed ſignificat aliquod cōpoſitum ex duobus, ſ. hoīe & albedine, narrauit etiam, ꝙ hæc duo ſunt in hoc ſermone ex duab⁹ naturis diuerſis, & ptes ſermonis definiti ſunt eiuſdem naturæ, & d. Et quoddam eſt ex additione, & quoddam non, i. duæ partes iſtius ſermonis ſunt diuerſæ. In definitione. n. albedinis additur ſubiectum, ſecūdum ꝙ eſt accidens. in definitione vero hoīs, qui acci-

Suḃç compoſitę manifeſtū eſt ipſas hīe definitiones. Idez. 8 Met cō. vl. Sed vide oppo. hoc infra. c. 37 Vide cōtr. Zim.

Definitū ẽ vnū i actu & duo in potētia ſ; vide opp. infra. 43. vbi dr̄ definitū p ſe vnum eſſe pp hīe vnū i actu, & aliud i potetia: et I gō nō duo i potētia. Vide contradictiones Zim.

A accipitur in hoc ſermone tanq̃ genus, nihil additur extra ipſum, cum hõ exiſtat in ſubiecto, ſicut albedo. D. incœpit declarare quomodo additio exiſtit ī altera duarum partiũ iſtius ſermonis, & non in reliqua, & dixit: Quoddam enim definit, &c. i. v. gr. ꝙ qui vult definire quiditatem albedinis exiſtentis in homine, accipiet ī definitione eius definitionem hoīs albi, cùm albedo exiſtens in homine non conſtituatur niſi p hoīem & album. D. d. Et quoddã per aliam definitionem, &c i. & neceſſe ẽ, ꝙ illud, quod ſignificat hoc
B nomen veſtis, definiatur duabus definitionib', ſ. definitione hominis, & definitiõe albedinis, cùm hoc nomen veſtis ſignificet ytrũq;, ſ. & hominem & albedinem. D. d. & ipſe definiuit veſtem tanq̃ album. i. & neceſſe eſt vt definitio veſtis ſit cõpoſita ex duabus definitionibus duorũ: ſicut definitio alicuius albi componitur ex duabus definitionibus duorum, ſ. albedinis, & ſui ſubiecti. D. d. homo. n. albus, &c. i: & definitio albedinis non prędicatur de homine, ita ꝙ dicatur ꝙ homo eſt albedo, i. ita ꝙ prædicat hoc nomen non ſm
C definitionem, ſicut dixit in Categorijs: & ꝙ propter hoc non habet definitionẽ. D. d. & quia eſt veſtis, &c. i. ſed ſm ꝙ poſuimus, ꝙ hoc nomen veſtis eſt nomen hominis albi, omne habens nomen habet ſermonem ſignificantem ſuam eſſentiam, cum illud. quod ſignificat nomen, eſt determinatũ. D. d. & definitio rei, &c. i. ſed iſtæ definitiones non habent vniuerſalitatem, i. non eſt totũ vniuerſaliter, i. vnum, ſed definitio, quę declarat quiditatem rei, eſt rerum, quæ ſunt totum, & vnum, i. ꝙ alb' non eſt totum & vnum, ſed eſt con D
gregatum ex homine & albedine. D. d. & cùm fuerit dictum aliud de alio, &c. i. & cùm aliquod commune fuerit dictum in alio proprio, aut alterum fuerit prædicatum de altero, non erit natura alterius natura ſecũ di: & congregatum erit totum, cùm hoc non inueniatur, niſi in diſpoſitionibus ſubſtantialibus. & hoc eſt declaratum in Dialectica.

Quare quod quid erat eſſe illorum eſt, quorumcunq; ratio eſt definitio. Definitio autẽ eſt, non ſi nomẽ idem, quod oratio ſignificet (omnes etenim ſermones definitiones eſſent, erit namque nomen idẽ cuicunq; ſermoni. quare & Ilias definitio erit) E
ſed ſi primi alicuius ſit. talia vero ſunt, quæcunq; dñr, nõ eò ꝙ aliud de alio dicatur. Non ergo vlli eorũ, q̃ non ſunt ſpẽs generis, inerit qd̃ quid erat eſſe, ſed his ſolum. hęc enim videnť non ſecundum participationem, & paſſionem, nec vt accidẽs dici.

Ergo quid eſt per eſſentiam eſt idem omnibus rebus, quarum ſermo eſt definitio. Et definitio non eſt eius, cuius nomen & ſermo ſignificant eadem. (& ſi non, omnes ſermones eſſent definitiones. omnis enim ſermo habet nomen. ergo metrum albedinis erit definitio.) ſed cum fuerint alicuius primo. et talia ſunt nomina, quæ dicũtur non per illud, quod dicitur aliud. Ergo illud, quod eſt ſecundum eſſentiam, non eſt aliqua formarũ F

Definitiones, q̃ declant quiditatẽ rei, ſunt rerũ, q̃ ſunt totũ, & vnũ.

G *carentium genere, ſed illarum tantum. extimatur enim quòd non dicuntur modo communi, & paſſione, neque ſicut accidens.*

13 Dicit: Ergo quiditas, quæ dat eſſentiam rei, eſt omnium rerum, quarum ſermo ſignificãs eas eſt definitio: & definitio non eſt oĩs ſermo ſignificans illud, quod ſignificat nomen rei, ſed neceſſe eſt cum hoc, ꝙ ſermo conuenit nomini, vt ſignificet prædicabilia ſubſtantialia, per quæ conſtituitur. D.d. impoſſibile contingẽs ei, qui ponit, ꝙ ſufficit Ĩ deſcriptione definitionis vt ſit ſermo compoſitus, cuius ſignificatio H eſt æqualis ſignificationi nominis illius rei, & dixit: & ſi nõ, omnes ſermones eſſent definitiones, i. & contingit ponentibus hoc, vt oẽs ſermones compoſiti habẽtes nomina ſint definitiones. oẽs. n. ſermones compoſiti habẽt, aut poſſunt habere nomina. D.d. ergo metrum, &c. i. & ſi hoc fuerit, continget vt omnes ſermones, quorum ſunt nomina, eẽnt definitiones. & d. hoc, qm̃ oĩa metra ferè in eius idiomate habuerũt nomina propria. D.d. ſed cum fuerint alicuius primi, i. ſed cũ nomina æq I pollentia ſignificationi ſermonum ſignificant rem, i. eſſentiam rei. D. expoſuit eſſentiam, & dixit: & talia ſunt nomina, quæ dicuntur, &c. i. & talia nomina ſunt nomina, quibus dicuntur aliqua, nõ propter aliqua extrinſeca ab ipſis, ſicut ea, quæ nominantur à ſuis accidentibus. noĩa enim non ſignificãt eſſentias eorũ prima ſignificatione, ſed, ſi ſignificant, mediantibus illis accidẽtibus. & ideo illi ſermones non debent eſſe definitiones. Deinde d. ergo illud quod eſt ſecundùm eſſentiam, &c. K i. ergo definitiones, quæ ſignificant quiditates rerum, non ſunt alicui⁹ formarum carentium genere, ſ. formarum, quarum ſubiectum eſt eis genus. & d. hoc: qm̃ ſubiecta accidẽtiũ ſunt alia a natura eorũ: & ideo non ſunt genera illorum. D.d. exiſtimatur. n. &c. i. & formæ ſubſtantiales ſolum modo habent genus, ſ. ſubiectum ex natura illarum, quia exiſtimatur, ꝙ non inuenitur per communicantiam cum alijs, ſicut accidẽtia. neq; ſunt paſſiones Ĩ alijs, i. in eis, in quibus exiſtunt, & vniuerſaliter non ſunt de natura accidentium, quorum eſſe eſt in alio. L

Definitio nõ eſt oĩs ſermo ſignificãs illud, quod ſignificat nomen. vide oppoſi. 4. Met. t. c. 28 Vide contra Zim.

Sed oratio quidem cuiuſcꝙ ẽt aliorum erit quid ſignificat, ſi nomen ſit, ꝙ hoc huic ineſt: aut ꝙ ſimplici oratione certior. definitio vero non erit, neqꝙ quod quid erat eſſe. An definitio quoque vt & ipſum quid eſt multipliciter dicitur. Etenim ipſum quid eſt vno quidem modo ſubſtantiam & qđ quid ſignificat, alio vero ſingula eorũ, q̃ p̃dicãtur, quantitatem, qualitatem, et q̃cunqꝙ cætera talia ſunt. Quem M admodum. n. & ipſum eſt, ineſt quidem omnibus, non tamen ſimilit, ſed huic qdẽ prío, illis vero cõſequenter, ita & qđ qd eſt ſimplr ſubſtantiæ, cæteris verò quodã mõ. etenim interrogare poſſum⁹ qd eſt ipſum quale q̃re & ipm q̃le ẽ eorũ, quorũ ẽ qd eſt, nõ tñ ſimplr. ſed ſicut de nõ ente logice quidã aiunt eſſe ipm non ens, non ſimpliciter, ſed nõ ens, ita & ipſum quale.

Ergo

A *Ergo erit ſermo cuiuslibet aliorum, qui ſignificant quid ſit, aut nomen, ſi fuerit, quod ſignificat quòd hoc eſt: aut loco ſermonis ſimplicis ſermo maioris perſcrutationis. definitionē autem ſimpliciter non habebunt, nec illud, quod eſt per eſſentiam. Definitio enim dicitur multis modis, ſicut dicitur quiditas. Illud enim quod dicitur quo quo modo ſignificat ſubſtantiā & hoc, & alio modo vnumquodque*

B *prædicamentorum, v.gr. & quantitatem, & qualitatem, & alia talia. Quoniam, quemadmodū de ſubſtantia interrogatur per quid, ſimiliter de quantitate. quantitas igitur, & qualitas ſunt eorū, quæ dicuntur per quid, ſed non vt modo ſimplici, ſed vt quidam dixerūt modo logico, in eò quòd eſt non modo ſimplici, ſed illud quod non eſt tale, & qualitas etiam.*

14 C Cùm declarauit, ꝙ definitio ſimpliciter nō inuenitur niſi in ſubſtātijs, non in accidentibus, quia ſunt compoſitæ ex ſubſtantia & accidente, vult declarare quantum habent accidentia de intentione definitionis, & d. Ergo erit ſermo. i. cùm ſit declaratum, ꝙ in alijs p̄dicamentis non inuenitur ſermo ſubſtantiæ, i. definitio eius, dicamus igitur, ꝙ in vnaquaq; rerum, q̄ ſunt non ſubſtātiæ, inuenitur ſermo, qui ſignificat illud, ꝙ eſt ī ipſo, non definitio ſimpliciter. Et ſiſt, ſi fuerit poſitum in eis nomen, illud nomen ſignificat, ꝙ hoc eſt huius, i. ſignābit ſermonē D compoſitum ex duabus intentionibus, ſubiecto, ſ. & p̄dicato. Et d. hoc. qm̄ ſi iſte ſemo, homo albus, habet nomen, illud nomen ſignāt hoīem, in quo eſt albedo. D. d. aut loco ſermonis ſimplicis ſermo maioris perſcrutationis, &c. i. aut dicamus loco eius, ꝙ diximus definitionē ſimpl'r, ſermonem maioris declarationis q̄ nomen. qm̄, ſi habuerint ſermonē aut definitionem, non habebunt niſi illud, qd eſt maioris declarationis q̄ nomen, non definitionē ſimpl'r. D. d. definitionem aūt ſimpl'r nō habebunt, &c. i. definitionem ſimplici E ter non habebunt, nec quiditatem ſimpl'r, i. dantem eſſe. & quaſi dicit, & iſta non habent definitionē ſimpliciter, quia non habent quiditatē ſimpl'r. Et, cum declarauit, ꝙ iſta habēt definitiones quoquo mō declarauit, ꝙ iſta noīatio poteſt poni, qm̄ definitio dī multipliciter, non ęqui uoce, & dixit: definitio. n. dicitur, &c. i. definitio enim dicitur multis modis ſm numerum eorum, q̄ dīr in interrogatione ad quid. D. incœpit numerare illos modos diuerſæ quiditatis, & d. Illud. n. quod dī quo quo modo, &c, i. illud, quod ſignificat quiditatem, eſt modo priori, & F definitio ſubſtantiæ, & hui⁹ demō ſtrati, ſ. exiſtentis per ſe. D. d. & alio modo vnumquodq; prædicamentorum. i. illud, quod ſignificat quiditatē cuiuslibet p̄dicamentorū, ſignificat alio modo. & cauſa in hoc eſt. qm̄ quiditas in ſubſtantia inuenitur alio mō ab eo, quo inuenitur in alijs prædicamentis. in ſubſtātia enim inuenit' ſimpl'r, & in alijs p̄dicamētis ſm quid. & ideo talis eſt diſpoſitio definitionum, q̄ ſignificant

Diſtinctio de quiditate.

G has duas quiditates. Proportio enī definitionis ad definitionem debet eſſe ſicut proportio q̄ditatis ad quiditatem. Et,cùm dixit, q̄ habent definitiones aliquas,& quiditates aliquas,īcœpit ratiocinari ſuper hoc, & dixit: Q̄m̄,quemadmodum īterrogatur,&c.i.& ſignum eius,q̄ alia accidentia habent quiditates, eſt q̄, quemadmodum interrogamus per quid de quiditatibus ſubſtātiarum ſimpliciter,ſimiliter interrogamus per quid quoquo modo de alijs p̄dicamentis,v.g.quid eſt quantitas, & quid eſt qualitas. D.d.ſed vt quidā dixerunt,&c.i.q̄m̄ nomen definitionis in eis non dicit̄ modo ſimplici, ſed definitio eſt in eis,ſm̄ q̄ dictum eſt ī definitione priuationis,ſ.q̄ eſt illud,quod non eſt tale,nec tale, i.illud,quod eſt non eſſe alicuius, non eē ſimpliciter. Et dixit hoc, q̄m̄ hoc non eſt aliquid,quod nō eſt ſimpliciter:q̄m̄ non eſt non eſſe ſimpliciter,ſicut nec eſt eſſe ſimpliciter, ſed non eſſe in reſpectu; cùm non eſſe eſt nō eſſe alicuius. D.d.& qualitas, &c.i.& ita eſt de p̄dicamento qualitatis etiam in hoc, ſicut de alijs p̄dicamentis. Et appropriauit qualitatem, vt mihi videtur,q̄m̄ hoc nomē quale exiſtimatur ſignificare ſubſtātiam, cùm quod interrogat̄ per ipſum in ſpeciebus,quæ ſignificant ſubſtantias,& in indiuiduis,ſignificat prædicamētum,quod dī quale, quod numeratur in accidentibus.

Proportio definitiōis ad definitionē eſt ſicut ꝓportio quiditatis ad q̄ditatē. Idē in ſequēti.

Definitio accītium

H

ē ſicut definitio priuationis. Priuatio nō ē non ens ſimplr Vide opp. 1.ph.c. 79 Vide con. Zim.

I

Oportet igitur conſyderare & quomodo de quocunq; dicere decet, non tamen magis, q̄; quomodo ſe habet. Quare nunc quoq;,cum manifeſtū quod dī ſit,ipſum ēt quod quid erat eſſe ſimiliter inerit,primo quidē & ſimplr ſubſtantiæ,deinde cæteris,ſicut & ipſum quid eſt non ſimplr quid erat eē, ſed qualitati aut quantitati quid erat eſſe. Oportet etenim aut æquiuoce iſta eſſe, aut cum additione vel ablatione.ſicut & quod non ſcibile,ſcibile.nā rectius eſt neque ęquiuoce dicere,neq; eodē mō. ſed quemadmodū medicinale, eò q̄ ad idem quidē & vnum, non aūt idem & vnum, non tm̄ etiam æquiuoce. nullū etenim medicinale corpus,opus,& vas dicitur æquiuoce,neq; ſm̄ vnū, ſed ad vnum. ſed hæc quidem quomodocunq; dicere quis velit nihil differt.

K

L

Oportet igitur vt latitudo ſermonis in vnaquaq; rerū ſit ſecundū quòd oportet, & non ſit in ſermone magis. Et ideo,ſi iſte ſermo, quem modo diximus,fuerit manifeſtus, erit illud,quod eſt in eſſentia tale,& erit primo modo et ſimplici ſubſtātiæ,deinde alterius ēt, ſicut eſt,non illud, quod eſt per eſſentiam mō ſimplici. Oportet igitur vt non dicantur entia eodem modo æquiuocationis, ſed ſecūdum magis & minus.ſicut illud, quod non eſt notum & verum, etiā de noto & ignoto.ſermo.n. verus, qui non eſt modo æquiuoco,ſed ſecundū ſimilitudinem. ſicut Medicina, q̄ attribuitur alicui,ita quòd ſit idē, non quia eſt idem cum eis vnum;

M

neque

A *neq; modo æquiuoce etiam. Non.n. dicitur corpus medicinale, et actio medicinalis æquiuoce, nec vno modo, sed respectu vnius. ista igitur dicantur a dicente quocunq; modo voluerit: quoniam inter ea non est differentia in sermone omnino.*

15 Oportet igitur, vt sermo de vnaquaq; rerũ sit fm ꝙ pertinet ad naturam illius rei, & non debet continere magis q̃ illud, quod ptinet ad suam naturam, nec minus. Et d. hoc

B *quia qui dicit accidentia habere definitiones, dicit ea habere magis q̃ habent. & similitet qui dicit, ꝙ nõ dicitur de eis hoc nomen ens & definitio, dicit ea non habere illud, qđ debent habere. Et dixit hoc, vt mihi vr, qm̃ Antiqui habebant in eis has duas opiniones, & ipse induxit mediam, quæ est vera. & ideo dixit: Et ideo si iste sermo, &c.i. & ideo, si noster sermo de definitionibus est iustus, necesse est vt noster sermo de naturis, quas significant definitiones, sit talis. Et dixit hoc, quia posuit principium perscrutationis de istis naturis à definitionibus. D.d.*

C *&erit primo, &c.i. & si noster sermo de definitionibus fuerit verus, tunc definitiones erunt duobus modis. Quorum vnus primo, & simpliciter est definitio substantiæ. & hoc intẽdebat, cum dixit: & erit primo modo & simplici substantiæ. Secundus non primo modo, & simplici, sed modo conuenienti naturæ rei, cui' est definitio. Et hoc intendebat, cũ dixit: deinde alterius etiam, sicut.i. definitio erit primo modo substantiæ, quia est ens simpliciter: deinde erit accidentis etiam, sicut est accñs in suo esse, cùm nõ sit mõ simplici.* D

D.d. Oportet igit' vt non dicant' entia, &c.i. &, cũ sit declaratum, ꝙ ens simpliciter est substantia, & ꝙ ista habent aliqua entia, oportet vt hoc nomen ens nõ dicat' de eis æquiuoce pure, sicut nomina, q̃ dr̃ de affirmatiua & negatiua, & vlr̃ de oppositis. & hoc intẽdebat, cùm d fm magis & minus. quod.n. addit affirmatiua, diminuit negatiua. & ideo dixit: sicut illud, quod nõ est notum, & verum ẽt, i. sicut illud, quod dixit hoc nomen notum de noto, & ignoto. Et forte intendit per hoc, ꝙ hoc nomen notum dr̃ de noto scientia E vera, & de noto sophistice. & iste modus æquiuocationis debet numerari inter modos nominũ æquiuocorum. & hoc multũ inuenit' i idiomate Arabico. v.g. Ceram, quod significat lucem & obscuritatem: & Alum, quod significat magnum & paruum. D.d. sermo.n. verus, &c.i. sermo.n. verus de istis est, ꝙ hoc nomen ens dr̃ de substantia, & de alijs p̃dicamentis non modo æquiuoco puro, sed fm ꝙ aliqua attribuuntur eidem, sicut plura attribuunt' Medicinæ, & non est idem in rebus attributis & hoc intendebat, cùm d. non F quia est idem cum eis vnũ, &c.i. & ista attribuunt' eidem, tñ illud idẽ non est in eis idem in omnibus modis, sed in respectu. v.g. qm̃ cùm dicimus herba medicinalis, & instrumẽtum medicinale attribuunt' eidem, i. Medicinæ, sed non est eadẽ intẽtio Medicinæ in instrumento, sicut in herba. qm̃, si ita esset, esset sermo in eis ipsa esse medicinalia, sicut sermo in rebus multis viuis ipsa esse aĩalia. D.d. neq; mõ æquiuoco, i. & cũ ita sit, hoc nomen ens* non significat prę-

* Qui dixerit accidẽtia hre definitiones, dicit ea hre magis q̃ hñt. & qui negat definitionẽ i accidentib⁹, dicit ea habere min⁹ q̃ debent habere.

* Hoc nomẽ ens significat p̃dicamenta mõ æquiuoco, nec vninoco. vid. 4. met. c6. 2. & 1. Ph. 13. 2. & Aĩa. 30. 12. Met. 21. 22 & 5. Met. 14.

G ꝑdicamẽta mõ æquiuoco, neq; vni uoco. D.d.non. n. dr̃ corpus medici nale,&c.i.& hoc nomen ens non dr̃ de eis æquiuoce, nec vniuoce. quia hoc nomen ens dr̃ de accidentibus, ſicut dr̃ corpus medicinale, & actio medicinalis.& iſta non dr̃ ęquuo ce,neq; vniuoce. Et dicit hoc,qm̃ di cere vnumquodq; prædicamẽtorũ eſſe ens,eò ꝙ deriuatur ab eſſe, ſed eſſe non ſm vnam & eandem inten tionem,eſt in vnoquoq; eorũ quẽ admodũ herba, & inſtrumẽtũ attri buũtur Medicinæ, ſed Medicina nõ H inuenitur in eis eadem omnib⁹ mo dis,niſi inquantum ꝙ inducũt vnũ finem,& proueniunt ab eodẽ agen te,ſ. Medicina. D.d.iſta igit̃ dicant̃, &c.i.& cùm iſta intẽtio fuerit intel lecta ꝑ hoc nomen ens, tunc homo vocat iſtos ſermones* fingentes na turas accidentium qſiocunq; modo voluerit definitiones. & ſi voluerit deſcriptiones, & definitiones, ſunt ſubſtantiæ tm̃.& ideo dixit poſt.

* a.l. ſignificantes.

Quopacto ſubarũ, ac aliorũ ſit definitio.

Illud autem manifeſtum eſt, ꝙ quæ primo & ſimpliciter de finitio,& quod quid erat eẽ ſub ſtantiarum eſt,at cæterorũ quo I que ſimiliter eſt,non tm̃ primo. Nõ.n.ẽ neceſſe,ſi hoc ponam⁹, huius definitionẽ eſſe quodcun que oratione idẽ ſignificat, ſed quod aliqua oratione.hoc aũt ſi vnius ſit,non continuatione,ſi cuti Ilias,aut q̃cunq; cõiunctio ne,ſed ſi quoties dr̃ vnum. Vnũ autem dr̃ ſicuti & ens.ens autẽ, quoddã qd̃ qd,quoddã quãtũ, quoddam quale qd ſignãt. Qua re & albi hoís erit oro & defini tio,alio vero mõ & albi,& ſubẽ

Et hoc manifeſtum eſt, quòd de K *finitio primo modo, et ſimpliciter, & quid eſt per eſſentiam, eſt ſub ſtantiæ, & eſt aliorum ſimiliter etiam, ſed nõ primo modo. Non.n. ẽ neceſſe, ſi nos poſuerimus aliquod ſubiectum eſſe, vt ſua definitio, q̃ ſignificat ipſum, ſit ſicut ſignifica tio ſermonis, ſed aliquis ſermo. & illud etiam, quando fuerit vnum, non ita quòd ſit cõtinuum, ſicut di ctamen Abab, & omnia, quæ co pulantur per aliquod ligamentũ:* L *ſed cùm fuerit vnum ex eis modo, ſecundum quos dicitur vnum. Ens vero, quoddam ſignificat hanc ſub ſtantiam, & quoddam quantitatem, & quoddam qualitatem. & ideo homo albus habebit ſermonẽ & definitionem, ſed alio modo, & ſubſtantia alio modo.*

Cum d.ꝙ nulla eſt dria inter hoc, 16 ꝙ homo vocat ſermones ſignãntes quiditates cuiuslibet ꝑdicamẽti, definitiones aũt non,ſ. qm̃ intellexerit naturã eſſendi in quolibet eorum, M dixit: Et hoc eſt manifeſtum, &c.i. declaratũ eſt igit̃ ex hoc ſermone, ꝙ definitio primo modo,& ſimpliciter,& quiditas ſimpliciter, quam ſignificat definitio, eſt ſubſtantiarum.& manifeſtum eſt, ꝙ alia etiã habent definitiones ſimiliter, ſed non primo mõ,ſ. ſimplici,ſed ſecun dario. Deinde d. Non enim eſt neceſſe, &c. i. non enim eſt neceſſe, ſi poſuerimus aliquid eſſe, vt habeat definitionem ſignificantem ipſum ad modũ ſignificationis definitiõis ſim-

A simplicis: sed tm̃ est necesse, si non habuerit definitionẽ simplicem, vt habeat aliquã definitionem. D. hoc ne aliquis dicat ꝙ substãtia est vna omnium rerum. Et, cùm d. ꝙ illa, q̃ habent definitiones, debent esse vnum, excepit ex eis illa, q̃ dicuntur vnum per ligationẽ, & contactum, cùm ista non habeant definitionẽ, neq; simpliciter, neq; ſm quid. Et d. & illud ẽt, &c. i. & est necesse vt aliquid habeat definitionem. qm̃ hoc nomen vnũ dicitur de eo, non sicut dicitur de aliquo dictamẽ esse vnũ, quia copulatur per coniunctiones,

B aut quia est eiusdem intentionis, & vſr, quia omnia dicuntur vnũ per ligamenta & copulationem: sed cũ dicitur vnũ aliquo modo vero eorum, ſm quos dicitur hoc nomen vnum, vt dictum est in tractatu, in quo distincta sunt omnia. D. d. Ens vero, quoddam significat, &c. i. & cum hoc nomen ens significat substantiam hanc, & quoddam hanc quãtitatẽ, & quoddam qualitatem, manifestum est ꝙ non eadẽ intentiõe est eis omnibus definitio & nomen. D. d. & ideo albus homo habebit sermonem, &c. i. homo albus ha

C bebit ẽt nomen, & definitionẽ, & similiter vnumqdq; ꝑdicamentorũ: sed definitio & nomen est eis alio modo, & substantiæ alio modo.

Illa, q̃ sunt vnũ p ligationẽ & cõtactũ, ñ habẽt definitionẽ, neq; simplr, neque secundũ quid.

5. Met. t. c. 13.

Dubitationes quædam circa copulatorum definitiones, & eorum, quæ ex additione dicuntur: substantiarumq; primo & simpliciter, aliorum vero quodammodo esse definitionem. Cap. 4.

HAbet autem dubitationem, siquis non dicat definitionem esse eam, quę ex additione fit, rationẽ, cuius erit definitio non simpliciũ, sed D copulatorũ. Ex additione. n. ne cesse est manifestare. Dico autẽ vt puta est nasus, et cõcauitas, et simitas, qd ex ambob⁹ dr̃: eo ꝙ hoc, ĩ hoc et ñ ſm accñs, neq; cõ cauitas, neq; simitas passio nasi, sed ſm se. nec vt albũ Callię, aut hoĩ, qm̃ Callias albus, cui accidit hoĩ esse: sed vt masculũ animali, & æquale quanto, & cuncta, q̃ p se esse dicunt. Hæc autẽ sunt, in quibus ineſt, aut rõ, aut nomen eius, cuius hęc passio ẽ: & nõ contingit separatim ostẽ E dere, sicuti albũ absq; hoĩe cõtĩ git, sed ñ fœmininũ absq; aĩali. Quar̃ istorũ qd qd erat eẽ, et definitio, aut nulli⁹ ẽ: aut si ẽ, aliter est, q̃; quemadmodũ diximus.

Si igitur aliquis dixerit, quòd sermo, qui recipit additionẽ, nõ est definitio, erit ĩ hoc errori. quoniã, si non fuerit, quid igitur est definitio eorũ, quæ non sunt simplicia, sed cõgregata insimul. Necesse est igitur, vt significẽtur, ita quòd re F cipiant additamẽtum. v. g. nasus, & concauitas, et simitas, quæ dicitur ex vtroq;. hoc. n. est in hoc, et concauitas non est passio nasi modo accidentali, neque simitas, sed per se, & non sicut Callię, aut hominis, qui est Callias albus: accidit enim ei quòd sit hõ: sed sicut masculinitas in animalibus, & æqualitas in quãtitate, et omnia, quæ dicuntur per se esse rerum.

Et

6 *Et iſta ſunt omnia, quæ ſunt in eis, aut definitio, aut nomen, cuius eſt iſta paſsio: & non poteſt ſignificare ſine ipſo alio modo, ſicut album poteſt ſine homine, ſed fœmina ſine animali non poteſt. Ergo aut non eſt habitum ab iſtis illud, quod eſt per eſſentiã, & definitio etiam: aut ſi fuerit, erit alio modo, ſicut diximus.*

17 Dixit: Si igit aliquis dixerit, &c. i. ſi igitur aliqs dixerit, ꝙ definitiones, in quibus addit natura alia à natura definiti, non ſunt definitiones oĩno, ĩ hoc erit dubitatio. D.d qm̃, ſi non fuerit, &c. i. ſed huic poſitioni continget improbabile: & eſt, vt definitiones ſint ſimplicium, & non compoſitorum ex ſubſtantia & accidente compoſitione eſſentiali, nõ compoſitione accidẽtali: vt homo alb⁹. Et ideo d. Neceſſe eſt igit, &c. i. neceſſe igit dicere in definitionib⁹ q̃ ſignãnt res compoſitas eſſentialit ex ſubſtantia & accidente, eas recipere additionẽ. D.d. v.g. naſus, &c. i. v.g. naſus, & concauitas, & ſimitas, q̃ H ſignãnt naſum, & concauitatem. D. d. hoc.n. in hoc, &c. i & eſt neceſſe, vt definitio ſimitatis ſit ex ambob⁹, quia ſimitas ſignãt naſum & concauitatem, & concauitas nõ eſt paſſio exiſtens in naſo p accidens, ſed p ſe. & ẽt ſimitas non eſt in naſo, ſicut albedo in Socrate, aut in hoĩe. ſimitas enim ẽ in naſo de accidentib⁹ eſſentialibus: albedo aũt eſt ĩ hoĩe de accidentibus non eſſentialibus. & iõ non neceſſe eſt vt hõ accipiat in definitione albedinis, ſicut eſt neceſſe vt naſus accipiat ĩ definitione ſimitatis. hoc.n. nomen ſignãt ambo, I K concauitatem, & naſum. D.d accidit. n. ei, &c. i. accidit. n. albo, ꝙ ſit Socr. aut hõ. D.d. ſed ſicut maſculi nũ, &c i. ſed concauitas in naſo eſt ſicut maſculinitas in aĩalibus, & ęqualitas in quantitate. Et intendit, ꝙ naſus diuidit in ſimũ & nõ ſimũ, ſicut aĩal in maſculum & fœminã, & quãtum in æquale & in inæquale. D.d. Et iſta ſunt oĩa, &c. i. & iſta accidentia ſunt accidẽtia & paſſiones, ĩ quorum definitione accipitur, aut definitio rei, cuius eſt ipſa paſſio, aut nomen eius. D.d. & non põt ſignificare ſine ipſo, i. & nomen iſtius paſſio L nis, & definitio eius non poſſunt ſignificare ipſam ſine eo, quod ſignificat ſuum ſubiectum, ſicut eſt poſe in albo & ſua definitione, ſ. ꝙ nõ indigent ſignificare hominẽ: ſed quẽ admodum fœmina non põt ſignificari à ſuo noĩe, aut à ſua definitione ſine aĩali, ita ſimitas non poteſt intelligi ſine naſo. D.d. ergo aut nõ eſt habitum, &c i. iſta ergo aut non habent quiditatem veram & definitionẽ veram: aut ſi habent, habent alio modo. i. ſecundario. Et hoc eſt ita. qm̃ ſubiecta talium accidentiũ M non ſunt ſicut genera differẽtiarũ. ſunt. n. diuerſa ſm genus, & ſm naturam: quod non contingit in genere & differentia differentiarum. neq; illud, quod cõgregat ex eis & ex ſubiecto, eſt vnum in actu, ſicut illud, quod congregatur ex differentia & genere. & ideo ſubſtantiæ ſunt digniores definitionibus, & q̃ditatib⁹.

In definitione accidentiũ ſeſſentialiu; ponit ſubiectũ, non in definitione accidentiũ p accidens.

Eſt autem alia quoq; de eis dubitatio. Si enim idem ſimus naſus, & cõcauus naſus, idem erit ſimum, & concauum. Quòd ſi non,

A non, propterea q̄ impoſſe eſt dicere ſimũ abſq; ipſa re, cui⁹ p̄ ſe paſſio eſt, et ſimũ erit cõcauitas in naſo, naſum ſimũ aut non eſt dicere, aut bis idẽ erit dictũ naſus, naſus concauus. naſus nãq; ſimus, naſus naſus cõcauus erit. pp quod inconueniens eſt talibus ineſſe qđ quid erat eſſe. qđ ſi non, in infinitũ progredietur. naſo nanq; naſo ſimo aliud inerit. Patet igit̄ q̄ ſolius ſubſtantiæ definitio eſt.

B *Et in iſtis rebus eſt alia dubitatio. Quoniam, ſi idem eſt naſus ſimus, & naſus concauus, idem eſt ſimum, & concauorum crurium. Et ſi non, impoßibile enim eſt vt dicatur ſimus per ſe, ſine illo, cuius eſt paſſio, et ſi ſimitas eſt concauitas in naſo, aut impoßibile eſt vt dicatur naſus ſimus, aut idem dicetur bis, aut erit naſus aut ſimus. et iõ iſta nõ habent aliquid, quod eſt per eſſentiã. & ſi non, pro*

C *tederet in infinitum, ita quòd non erit naſus, poſtquã non erit alius. Manifeſtum eſt igitur, quod definitio eſt ſubſtantiarum tantum.*

18 Cùm declarauit, q̄ iſta definitio vera eſt ſubſtantiarum tm̃, quia habent genera & differẽtias, & in ſuis definitiõibus nõ inuenitur additio, & q̄ accidentia nõ habẽt definitiones, qm̃ in ſuis definitionibus accipiuntur definitiones ſuorum ſubiectorum, quę nõ ſunt genera eis, ſed aliæ naturę, & accidẽtia ſunt in ſubiectis duobus modis, aut accidentaliter, vt albedo in homine, aut eſſentialiter, vt ſimitas in naſo, & maſculinitas in animalibus, & primus modus iſtorũ duorum non habet definitionẽ omnino. definitio. n. ſignificat res terminatas in definito. & q̄ qui conſyderat ad iſtum modũ accidentium & non ad alium, negat accidentia habere definitiones omnino: & qui conſyderat ẽt accidentia habentia ſubiecta eſſentialia affirmat ea habere definitiones ſimpliciter, ideo incœpit declarare, q̄ ſubſtantias habere definitions eſt manifeſtum, & q̄ accidentia habẽt aliquid de intentione definitionis. & quæſtio contingens in hoc ex accidentibus, quę ſunt in ſubiectis per accidens, ſoluitur ex hoc, ſ. qñ accipiunt in ſuis ſubiectis eẽntialibus: quia tunc habebunt nomina, quæ ſignificant vtrunq;, vt ſimitas. Et, quia aliquis poteſt dicere in talibus accidentibus, quia habent definitionem ſubſtantiæ: & quæ ſunt tanq̃ differentiæ ſuis ſubiectis, & ſua ſubiecta tanq̃ genera, incœpit ẽt declarare impoſſibilia cõtingentia huic poſitioni, & d. Et in iſtis rebus, &c. i. & eſt quomodo eſt dicere; q̄ ſimitas eſt differentia ſubſtantialis naſi; & q̄ illud, qđ congregatur ex eis, eſt vnum: ſicut eſt diſpoſitio in differentia cum genere. Continget. n. dicẽti hoc, vt naſus ſimus, & naſus cõcauus ſint idem. qm̃ concauitas eſt dr̃ia ſubſtantialis in naſo: & ſic naſus concauus erit idẽ cũ naſo ſimo: & ex hoc contingit, q̄ crura concaua, & naſus ſimus ſunt idem, ſ. eiuſdẽ ſpeciei: qm̃ ſubiectum concauitatis eſt tanq̃ genus concauitatis, & concauitas tanquam dr̃ia. & ſic oĩa, in

Accidẽtia D ſunt duob⁹ modis. Idẽ ſupra. c. 17. & 4. Phy. 29.

Accẽtia ſ. accẽs ñ habẽt definitionẽ oino Sed oppoſitũ vꝛ dicere ſupra. E 14. & 5. c. Vid. c. 21.

F

G in quibus inuenitur cõcauitas, ſunt eiuſdẽ ſpeciei: quẽadmodũ oĩa, quę conſtituuntur per eandem dr̃iam, ſunt eiuſdem ſpeciei. D.d. impoſſe enim eſt vt ſimus ſit p ſe. i. & cõtingit hoc, quia impoſſe eſt fingere ꝙ ſimitas exiſtat per ſe ſine ſubiecto.

Oĩa, q̃ conſtituunt̃ p eãdẽ dr̃iã, ſunt eiuſdem ſpẽi.

D.d. &, ſi ſimitas eſt concauitas in naſo, &c. i. ſi ſimitas ſignificat concauitatẽ in naſo, ſicut nomẽ ſignificat congregatũ ex dr̃ia, & genere, vt hõ animal rõnale mortale, neceſſe eſt vt naſus non diſponat̃ per ſimitatem, dicendo naſus ſimus. qm̃ tunc aut dicet̃ idem bis, ſ. ꝙ dicere naſus
H ſimus erit tanq̃ dicere naſus naſus, aut dicere aĩal homo: aut ſim⁹ ſignificat aliquod oppoſitũ ei, qđ ſignificat naſus: aut ſimitas erit aliq̃d exiſtens per ſe ſine naſo. & hoc intẽdebat, cũm d. aut erit naſus, aut ſimus. Et hoc eſt neceſſe, qñ cõcauitas fuerit dr̃ia ſubſtantialis. qñ naſus eſt ei tanq̃ genus: & ſic hoc nomen ſimitas cõtinet ipſum, ſicut genus continet ſpeciẽ compoſitam ex genere & dr̃ia. Et, cùm dr̃, naſus eſt ſimus, accidit nugatio, quæ nõ accidit, ſi concauitas eſt accñs in naſo. hæc enim ſimitas nõ ſignificat naſum, niſi ſm
I continentiã. Et ſi dr̃ aperte, non ſequitur impoſſe, ſ. cùm dicit̃ naſus ſimus: cùm profunditas eſt in eo accidens, erit in potẽtia: & cùm dicit̃ in actu, non ſequit̃ impoſſe. Si aũt profunditas eſſet ſubſtantia in naſo, tũc hoc nomen ſimitas conſignificaret naſum in actu, & tũc eſſet dicere naſus ſimus, ſicut dicere naſus naſus.

Et ideo d. & ideo iſta non habent aliquid, quod eſt p eſſentiã, &c. i. & manifeſtũ eſt igr̃ ꝙ, ſi illud haberet definitionẽ verã, contingeret vt naſus haberet naſum, & naſus naſum, & ſic in infinitũ, ita ꝙ impoſſe eſſet K
inuenire naſum, poſtq̃ nõ eẽt alius. Et cũ declarauit ꝙ ſequit̃ ex his ſermonibus talis nugatio, dixit: Manifeſtũ eſt igit̃ ꝙ definitio eſt ſubſtantiarum tm̃. i. pp impoſſe prędictum.

Si enim & cęterorum quoq; prædicamentorũ, neceſſe ex additione eſſe. vt qualitatis, & imparis. non. n. ſine numero, nec huius, quod eſt fœmininũ, ſine aĩali. Ex additione aũt dico, in quibus accidit bis idẽ dicere, ſicut in iſtis. Quòd ſi hoc verum
L eſt, neq; copulatorũ erit, vtpote numeri imparis: ſed latet ꝙ nũc non accurate dicũtur rationes. Si aũt & iſtorum ſunt definitiones, aut alio mõ ſunt, aut, ſicuti dictũ eſt, multipliciter eſt dicendum definitionẽ, & quod quid erat eẽ. quare quodã modo quidẽ nullius erit definitio, nulliq; inerit quodq̃d erat eſſe, niſi ſubſtantiꝫs, quodã modo vero erit. Quòd igit̃ defiõ eſt ipſi⁹ q̃d erat eſſe oro, & qđ quid erat eſſe. aut ſubſtãtiarũ ſolũ eſt, aut maxime primo & ſimplr̃, manifeſtũ eſt. M

Et ſi eſt aliorum prædicamentorum, neceſſe eſt vt ſit ex additione. vt definitio quantitatis, & numeri. quoniam nõ eſt ſine numero, nec illa, quæ eſt fœminæ, eſt ſine animali. Et ſermo, qui eſt ex additione, quæ accidit in eis, eſt dicere bis idẽ, ſicut eſt in iſtis. Et ſi eſt verum, nõ erit in cõgregatis inſimul, vt numerus impar: ſed latet, quòd

defi-

A *definitiones non dicũtur perfectæ. si igitur iſta habent definitiones, ſunt alio modo, ſicut dictum eſt. dicamus igitur, quòd definitio, & illud, quod eſt per eſſentiam, dicitur multis modis. ergo quoquomodo nihil omnino habet definitionẽ, aut illud, quod eſt per eſſentiã, niſi ſubſtantiæ, & quoquo modo habent. Quòd aũt definitio eſt ſermo eius, quod eſt per eſſentiã, et illud, quod eſt per eſſentiam ſolummodo ſubſtantiarum, aut magis primo modo*
B *& ſimpliciter, manifeſtum eſt.*

19 Ideſt, & ſi alia prædicamenta habent definitionẽ, neceſſe ẽ vt in illis definitionib⁹ ſit additio ſupra nãm definiti. D.d. vt definitio quantitatis, &c.i. ſicut definitio quãtitatis, & imparis. Impar.n. non definit ſine numero, nec numerus ſine quãtitate. Et ſi fœmina non põt definiri ſine eo, qđ in ſua definitione accipitur, ſcilicet animal: & iſta ſunt ſubiecta eorũ. ſubiecta igit eorum addunt in definitionib⁹ eorũ. D.d. Et ſermo, qui
C eſt ex additione, &c.i. & accidit ĩ definitione, in qua eſt additio, ſ. definitione accĩtis, qũ nititur aliquis definire illud, quod componit ex ſubiecto & accẽte, dicere idẽ bis, ſ. ſubiectũ bis in definitione. neceſſe eſt.n. definire ſubiectũ per ſe & accidẽs p ſe. ſed, quia in definitione accidẽtis accipit ſubiectũ, continget ſubiectũ dici bis in definitione. & ſi eſt verũ, q̃ in definitionibus iſtorũ eſt additio. i. q̃ idẽ dr bis in definitione congregati ex duobus, ideo res congregata ex duobus nõ hẽt definitionẽ, v.g. numerus impar. Et, quia ſermo D
nes cõpoſiti ex ſubſtãtijs nõ dicunt eſſe vnum ſm congregationẽ, cùm ſint vnum in actu, plures in potẽtia, ecõtrario ei, quod eſt in ſermonib⁹ cõpoſitis ex ſubſtãtijs & accidentibus, d.d. ſed latet, &c.i. ſed latet q̃ definitiones non dicunt eodẽ ordine, nec quærit in eis perfectio eodem modo. & ideo, ſi iſta habẽt definitiones, ſunt alio modo definitiones, ſ. accidẽtiũ, & definitiones eorũ, quæ cõgregant ex accĩtib⁹ & ſubſtãtijs.

D.d. dicamus igit, q̃ definitio, &c. ideſt ponamus igit ſm q̃ apparet ex ſermone hoc, q̃ definitio dr multis E
modis: ergo quoquo mõ debemus dicere, q̃ nihil habet definitionem p̃ter ſubſtantiã, & alio modo poſſumus dicere, q̃ oĩa habẽt definitionem. Et d.hoc.qm̃ qñ intelligitur per definitionem illud, quod dat quiditatẽ rei propriã ſibi, & conuenit nomini ſine additione & ſine iteratione, tũc definitio non erit niſi in ſubſtãtijs. &, cùm fuerint accepta alia, q̃ ſunt p̃ter ſubſtantiã, ſm q̃ ſunt entia, cõtinget vt habeant definitiones. Et, F
cùm fuerit poſitũ q̃ definitio dicit multis modis, diſſoluetur quæſtio. & iſta eſt diſpõ demonis cum ſermonibus logicis, ſ. quia diſtinguit partẽ verã à falſa. Dicere enim accidentia habere definitiones quodãmodo eſt falſum, quia nõ habẽt definitiones ſubſtãtiæ: & quodammodo verũ eſt, quia habent aliquas definitiones. D.d. Quòd aũt definitio, &c.i. declaratũ eſt igitur ex hoc ſermone q̃ definitio ſimpl'r eſt ſermo, qui ſignificat quiditatẽ rei, & q̃ quiditas nõ inuenit niſi in ſubſtantijs tantum, aut magis in ſubſtãtijs, & modo priori & ſimpliciori.

Iſta eſt diſpõ demõſtrationis cũ ſermonib⁹ logicis, ſ. qa diſtinguunt partẽ verã à falſa. vide p hoc, 52. & 53. 1. Phyſi.

Quo

G *Quo pacto ipſum quidquid eſt & vnumquodq; in primis, & ijs, quæ per ſe dicuntur, idem ſit: in alijs vero, quæ per accidens quodammodo. Sophiſticarum item rediargutionum ſolutio. Cap. 5.*

VTtrum autē idem eſt, an aliud ipſum quid erat eē, & vnumquodq, perſcrutandū. proderit etenim aliquid ad cōſyderationē de ſubſtantia. Nam & vnūquodq non videt aliud eſſe à ſua ſubſtantia: & ipſum quid erat eſſe dr̄ eſſe vniuſcuiuſq ſubſtātia. De his igitur,
H quæ ſm accidens dicunt, videri poſſit aliud eē. vtputa albus hō aliud eſt, & albo homini eſſe. ſi enim ipſi homini eē, & albo homini idē: idem nanq hō, & albꝰ hō, vt aiunt: quare & albo hoi, & homini. An nō neceſſe ē quecunq ſm accidens eadem eſſe. nō enim extrema ſiſt eadē fiūt. ſed fortaſſis illud videat accidere, extrema eadem ſm accidens fieri. vtputa albo eſſe, & muſico eſſe. vr̄ aūt minime. In his autē, quæ p ſe dicunt, ſemper neceſſe
I eſt eadē eſſe. vt ſi quæ ſubſtātiæ ſunt, quibus diuerſæ ſubſtantiæ non ſunt, nec aliæ naturæ priores, quales aiunt aliqui eē ideas. Si enim erit aliud ipſum bonū & bono eſſe, & animal & aīali eſſe, & enti et ipſum ens, erūt & aliæ ſubſtātiq, & naturæ, ac ideę p̄ter eas, quæ dicunt: & illę priores ſubſtātiæ, ſi ipſum quid erat eſſe ſubſtātiæ eſt. Et, ſi abſolutæ ad ſeinuicē, harum quidem non erit ſcīa, illæ vero nō erūt entia. Dico autē abſolui, ſi nec ipſi bo K
no eſt eſſe bono, nec huic eſſe bonum. Sciētia nanq cuiuſq hæc eſt, quod quid erat illi eſſe. & de bono, & de cæteris ſiſt ſe habet. Vnde, ſi neq ipſi bono eē bonū, nec ipſi enti ens, nec ipſi vni vnum, ſiſt aūt omnia ſunt, certe nihil eſt quod qd erat eſſe. quare ſi nec ipſi enti ens, nec aliorū alicui. Itē, cui nō ineſt bono eſſe, nō bonū eſt. neceſſe eſt igit vnū eſſe bonū & bono eſſe, & honeſtum & honeſto eſſe, quæcunq nō per aliud dicunt, ſed prima L
& p ſe. etenim hoc ſufficiēs eſt, ſi exiſtit, ēt ſi nō ſint formę: fortaſſis aūt magis, ſi formæ ſint.

Sed perſcrutemur, vtrum quod eſt per eſſentiam, & ſingulare ſint idē, antequā perſcrutemur de ſubſtantia. Singulare enim exiſtimatur non eſſe aliud, quàm ſubſtātia in qua eſt, & dicitur, quòd quod quid eſt per eſſentiā eſt ſubſtantia ſingularis in eis. Illa autē, quæ dicuntur per accidens, rectū eſt exiſtimare eſſe aliud. v g. homo albus M
eſt aliud, & quid eſt albi hominis per eſſentiā eſt aliud. quoniā, ſi fuerint idem, tūc eſſentia hominis, & homo albus ide erunt. homo enim & hō albus, vt dicunt, ſunt idem: ergo homo albus & homo etiam. Quoniam aūt nō eſt neceſſe vt ſint idem omnia, quæ ſunt per accidēs, quoniā non erunt eadem extrema. ſed rectum eſt exiſtimare hoc acci

dere

A dere eis vt essentia albi et musici. sed hoc non videtur. In eis autem, quæ dicuntur per se, rectum est vt sint idem necessario. sicut dicimus si aliquæ substantiæ sint primæ, et non sint substantiæ aliorum, nec naturæ aliorum, sicut quidam dicunt de formis. Quoniam, si bonum est illud, quod bonum est; erit & essentia boni etiam, & animal et essentia animalis, & essentia entis & ens; & aliæ substantiæ, & naturæ, & formæ aliæ ab eis, quæ dicuntur, & illæ substantiæ sunt priores, si quid est per essentiã substantia. Et, si fuerint absolutæ abinuicem, quædam non scientur per scientiam, & quædam non erunt entia. Et dico ea esse absoluta, si bonum per se nõ habet essentiam boni, neq; illud, quod dicitur hoc, habet essentiam boni. Scire enim cuiuslibet rei, hoc est scilicet scire quid est per essentiam. & similiter in bono, & de alys similiter. Si igitur bonũ non habet essentiam boni, ergo ens non habet esse, neque vnũ vnũ. & similiter omnia aut habebunt quid est per essentiam, aut non habebunt. & si ens nõ habet, ergo neque omnino aliud. Et etiam quod non habet quiditatem boni nõ est bonum. ergo necesse est vt bonũ & essentia boni sint idẽ, & studium & essentia studij sint idem, & omnia quæ non dicuntur de alys, sed sunt prima per se etiã in istis enim est sufficientia, si fuerit forma, & si non fuerit. sed rectum est etiam vt sint formæ, & non est manifestum si sint insimul. D

Cùm declarauit, ꝙ quiditates sim 20
plices non inueniuntur nisi in substantijs, & ꝙ per illas sunt substãtiç, vult hic perscrutari vtrum ista substantia, quæ est quiditas, & substantia singularis, s. individuum substãtiæ, sint idẽ: ita ꝙ quiditas, quæ est substantia eius, sit quiditas singularis, & illud singulare est substantia per istam quiditatẽ, aut quiditas rei E
sit aliud à re ĩ actu. Et quæsiuit hoc ꝓpter formas, quas dicit Plato. qm̃ fm illam opinionem erunt quiditates primarum substãtiarum aliæ à primis substantijs: quia sunt etiam primæ substantiæ existentes per se. Et d. Sed perscrutemur, &c. i. &, cùm sit declaratũ, ꝙ quiditates sunt substantiarum singularium, perscrutemur igitur, vtrum substantia, quæ est quiditas, & substantia singularis sunt idem, aut non, anteq̃ perscrutemur de substantia, quam significat definitio quid sit. D. d. Singulare F
enim existimatur, &c. i. apparet. n. ꝙ singulare nihil aliud est q̃ substantia cuius est. s. quiditas eius. & apparet etiam ecõtrario, s. ꝙ substãtia, quę est quiditas, est substãtia singulãris v. g. Socrates est animal rationale. Socrates enim nihil aliud est q̃ animalitas & rationalitas, quę sunt quiditates eius: nec animalitas, & rationalitas sunt quiditates nisi Socratis & Platonis. D. d. Illa autem quæ dicuntur per accidens, &c. i. cõposita autem ex substantijs & accidentibus, quæ sunt vnum per acci-

Socrates nihil aliud est q̃ aĩalitas, & rõnalitas, q̃ sunt quiditates eius.

G dens, dignum eſt exiſtimare, ꝙ prædicabilia eorum non ſunt eadē cum q̄ditatib⁹ eorū, de q̄bus dīr. D.d. v. g. hō albus ē aliud, &c. i. v. g. q̄m hō alb⁹ ē aliud ab hoīe ſimplr. q̄m, ſi hō ſimpliciter & homo alb⁹ eſſent idem, tunc quiditas hoīs & quiditas hoīs albi eſſent idem. D.d. homo. n. &c. contingit enim dicentibus hoc, dicere ꝙ idem eſt dicere homo, & dicere homo albus. deindē notificauit etiam ꝙ contingit dicere ecōtrario, & d. ergo homo albus & homo, &c. i. & etiam homo alb⁹ erit homo tm̄ D.d. Q̄m aūt nō eſt neceſſe, &c.

H i. q̄m autem impoſſibile eſt vt prædicatum & ſubiectum ſint idē in prę dicabilibus accidentalibus, manifeſtum eſt ex hoc, ſ. ꝙ prædicatum & ſubiectum, q̄ ſunt extrema, nō ſunt idem per ſe, v. g. muſic⁹ albus. Et dedit exemplum de hoc modo accidēntis. q̄m diſpoſitio eſt manifeſta ī eo, ſ. ꝙ non eſt eiuſmodi, de quo eſt dicere, homo alb⁹, vt diſtinctum fuit prius in eis, quæ ſunt idem per accidens. & hoc intendebat, cùm d. q̄m non erunt eadē extrema. i. q̄m, cùm prædicauerimus duo accidentia de aliquo vno, v. g. vnum hominē eſſe

I album, & muſicum, non eſt neceſſe vt muſicum ſit album. & ꝙ extrema intendebat muſicum & album, qa ſunt extrema propoſitionis dicentis muſicum eſſe album. D.d. ſed rectū eſt exiſtimare, &c. i. ſed rectum eſt exiſtimare, ꝙ iſta accidentia ſunt cum eis, de quibus prædicantur eadem per ſe: quia ſunt eadem per accidens propter hoc, ꝙ congregātur in eodem. v. g. ꝙ, cùm album prædicatur de aliquo, & muſicum de ipſo, exiſtimatur, ꝙ propter hoc congregantur in eodem, ꝙ eſſentia albi & muſici eſt eadem. ſed non eſt ita. K D.d. In eis aut, quæ dicuntur per ſe, &c. i. in eis autem, quæ ſunt vnum ꝙ ſe, rectum eſt dicere, ꝙ ſunt cū ſuis quiditatibus idem neceſſario. D.d. ſicut dicimus, &c. i. v. g. q̄m, ſi iſtæ ſubſtātiæ ſenſibiles ſunt primæ ſubſtantiæ, manifeſtum eſt ꝙ ipſæ ſunt eædem cum ſuis quiditatib⁹. i. cùm ſuis definitionibus & ſi nō, nō erūt primæ ſubſtantię, ſed erunt ſubſtantiæ aliorum, ſicut contingit ponentibus ꝙ quiditates eorum ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ ab eis. & ideo d. nō

L ſint ſubſtātiæ aliorum, &c. i. q̄m ex hoc ꝙ poſuimus ꝙ ſubſtantiæ ſenſibiles ſunt ſubſtantiæ exiſtentes per ſe, non per aliud, ſequit vt ſint cum ſuis quiditatibus idem. D. d. quoniam, ſi bonum, &c. i. quoniā, ſi bonum, quod eſt bonum, fuerit aliud à quiditate boni, tunc bonū erit aliquid & ſua eſſentia etiam aliud, & animal eſt aliquid & eſſentia eius aliud eſt, & ſimiliter ens & eſſentia entis. & erunt hic aliæ ſubſtantiæ à primis ſubſtantijs, & naturæ, & formæ, & erunt illæ ſubſtantiæ, & formæ priores primis ſubſtantijs, ſ. indiuiduis ſubſtantiarum. D.d. Et, ſi

M fuerint abſolutæ, &c. i. & ſi quiditates rerum non ſunt eædem per ſe cū rebus, ſed ſunt abſolutæ abinuicem, continget vt quędā ſubſtantiæ non ſint ſcitæ ſ. primæ ſubſtantiæ, quoniam non ſciuntur niſi per quiditates ſuas: & vt quædam nō ſint, ſ. quiditates ſeparatæ. q̄m quiditates rerum non ſunt entes niſi per eſſe rerum habentium quiditates. Et hoc intendebat, cùm d. Et dico ea eſſe abſoluta, &c. i. & dico ea eſſe abſoluta abinuicem, i. vt quiditas boni exiſtentis per ſe ſit aliud ab eo, vt dicūt

ponēn-

A ponentes formas. & similiter de quiditate rerum singularium. D. d. Scire enim, &c. i. & diximus, ꝙ contingit vt primæ substantiæ non sint scitæ. quia res non scitur nisi per suas quiditates: & cùm suæ q̃ditates fuerint aliæ ab eis, quomodo poterunt sciri? D. incœpit declarare quò sequitur vt ōia habeant quiditates adunatas cum ipsis, & d. Si igitur bonū, &c. i. si igitur bonum existēs per se, s. genus vniuersale, nō habet quiditatem boni, tunc ens vniuersale nō habet quiditatem entis & vnū vniuersale non habet quiditatem vni⁹.

B & sermo de omnibus in hac intentione debet esse vnius, s. aut habent quiditates adunatas cū eis, aut nullam habebunt quiditatem adunatam. D. d. & si ens non habet, &c. i. & si ens non est idem cum sua quiditate, nihil est idē cum sua quiditate. D. d. & etiam quod non habet quiditatem boni, &c. i. & si illa, quæ sūt bona, non habent quiditatem boni, non sunt bona, cùm illud, quod est bonum, habet essentiam boni. Deinde d. & omnia, quæ non dicuntur de alio, &c. & intēdebat primas substantias, i. ꝙ etiam ita est de primis

C substantijs, s. ꝙ quiditas & habens quiditatem sunt idem. D. d. in istis enim est sufficientia, si fuerit forma & si non fuerit. i. in quiditatibus rerum, quæ sunt eadem cum reb⁹, est sufficientia in hoc, ꝙ res sciantur: siue posuerimus formas separari, vt Plato dicit, siue nō. D. d. sed rectum est, &c. i. & rectum est si sint hic formæ, vt Plato dicit, ꝙ in hoc prosint in cognitione hominis. nec est etiā manifestum ex scientia * necessaria ꝙ sint cum formis sensibilib⁹, sicut fingunt dicentes formas.

* a. l. naturæ.

Simul autē patet ēt ꝙ, si ideæ D sint quales eas quidam aiunt, ꝙ ēt non erit subiectum substātia. has enim substātias quidem necesse est non de subiecto quid eē. essent enim fm participationem. Ex his itaq; rationib⁹ vnū & idem non fm accidēs ipsum vnūquodq;, & quod quid erat eē: & ꝙ scire vnumquodq;, hoc est ipsum quid erat eē scire. quare secundum expositionem necesse est vnum quiddam ambo esse. Quòd autem fm accidens dicitur, vt musicum, aut album E propterea quod duplex significat, non est verum dicere, quod idem sit quod quid erat esse, & ipsum: etenim, cui accidit albū, & accidens. quare quodam modo quidem est, quodam modo vero non est idem quod quid erat esse & ipsum. homini namque, & albo homini non est idē, passione vero idem. Absurdum autē apparet, & si quis vnicuiq; ipsorum quid erat esse nomē imponat. erit namq; etiam prēter illud, aliud, qđ quid erat eē equo. F At vero qd prohibet nunc quoque è vestigio esse quædam qđ erat esse, si substantia quidē est quod quid erat esse? enimuero nō solū vnū, sed ratio etiam eorum eadē, vt ex dictis patet. nō enim fm accidens vnū vni esse, & ipsum vnum. Item, si aliud erit, in infinitum procedet. etenim hoc quidem erit quid erat esse vni esse, illud vero vnū. quare de illis quoq; eadē ratio erit.

G Quòd igitur de primis, & quæ per ſe dicuntur, vnicuiq; eſſe, & vnumquodq; idem, & vnū eſt, patet. Sophiſticæ autem ad hãc poſitionem redargutiones manifeſtum eſt q; eadem ſolutione ſoluuntur, & ſi idẽ Socrates, & Socrati eſſe. nihil enim differt, nec ex quibus aliquis interroga uerit, nec ex quibus ſoluens obtinuerit. Quo igitur modo idẽ cuiq; eſt quod quid erat eſſe, & quomodo non idem, dictũ eſt.

H *Et formæ ſi ſint, ſicut dicũt quidam, tunc ſubiectum non erit ſubſtantia. quoniam neceſſe eſt, vt illæ ſubſtantiæ non ſint de ſubiecto, & ſi non ſint modo communicationis. Ex hoc igitur ſermone quodlibet & quid, eſt per eſſentiam idẽ, & non modo accidentali. & quòd ſcientia cuiuslibet rei eſt iſta, ſ. ſcire quid eſt per eſſentiam. per hanc igitur poſitionem neceſſe eſt ut ambo ſint idem. Quæ autem dicuntur per accidens vt muſicum, aut al-*

I *bũ, quia ſignificant duo, ideo non eſt neceſſarium dicere quòd ſint idem per eſſentiam. illud etenim, cui accidit album, & accidens ẽt eſt ſecundum unum modum idem, & quid eſt per eſſentiam, & ſecũdum alium non eſt idem, ſecundũ autem quòd ſunt hominis, & hominis albi, non ſunt idem: ſecundum autẽ quòd ſunt paſſiones, ſunt idem. Et, ſi aliquis exiſtimauerit, quòd quodlibet nomen habet quid per eſſentiam, apparebit contra-* k *rium. erit enim apud ipſum quid eſt per eſſentiam aliud etiam, verbi g. equus eſt aliud, & quid ẽ per eſſentiam equi eſt aliud. Et quid prohibet ĩ quibuſdam rebus, vt ſit quidem per eſſentiam ſtatim vt modo ſit, ſi quidem per eſſentiam eſt ſubſtantia? & etiã non erit idẽ ſolum, ſed definitio eius erit etiam idem, ſicut manifeſtum eſt de dictis etiam. eſſentia enim vnius &*

L *vnum non ſunt idem modo accidẽtali. Et ſi fuerit etiam aliud, procedetur in infinitum. quoddam enim quid eſt erit per eſſentiam vnum, & quoddam quod eſt vnum. iſte igitur ſermo dicitur de illis etiam. Manifeſtum eſt igitur, quòd in rebus primis, quæ dicuntur per ſe, etiam eſſentia cuiuslibet rerũ ſingularium, & quodlibet ſingulare ſunt idem, & vnũ. Et manifeſtum eſt, quòd redargutio Sophiſtarum diſſoluitur hac ſolutione, &* M *quòd Socrates & eſſentia Socratis ſunt idem. non enim eſt differentia inter ea, neque ex illo, quod eſt rectum quæri ab aliquo, nec ex illo, cuius diſſolutio eſt difficilis. Dictũ eſt igitur, quomodo quid eſt, per eſſentiã eſt ſingulare, & quo non.*

Ideſt, Et ſi formæ ſunt, vt dicunt, neceſſe eſt vt indiuidua ſubſtantia rũ nõ ſunt idẽ. Iſta. n. nõ ſunt ſubę, niſi p formas. & formæ ſeparatę nõ dicun-

A dicuntur de ſubiecto, quia eſſent nõ ſeparatæ, & communicantes ſubiecto. & ſi hoc eſſet, eſſent generabiles & corruptibiles. & hoc eſt cõtra poſitionem eorũ qui dicunt formas eſſe. D.d. ex hoc igit᷑ ſermone, &c.i. ex iſtis igitur ſermonib⁹, quos dixim⁹, apparet ꝙ quid, & ſua quiditas ſunt idem, & ꝙ non ſunt idẽ p accidens. v.g. qm̃ homo, & ſua quiditas, quæ eſt aïal rationale, ſunt idem non ſeparabiles, & ſi᷑r rationalitas & aïalitas, quæ ſunt in eo, ſunt idem ī actu, & duo in potentia. D.d. & ꝙ ſcïa cuiuslibet rei, &c.i. & manifeſtum eſt
B ex hoc, quod dixímus, ꝙ ſcïa cuiuſlibet rei eſt ex ſua quiditate. qm̃ omnis res eſt idem cum ſua quiditate. qm̃, ſi illa, q̃ ſignificant partes definitionum, & definitiones eſſent ſeparatæ à definitis, eſſent alia. &, ſi eſſent alia, tunc ſcientia definitorum non eſſet à definitione. D.d. p hanc igitur poſitionem, &c.i. poteſt intelligi ſic. & quia conuenimus cum aduerſarijs ī hoc, ꝙ omnes res nõ ſciũtur niſi per ſuas definitiones, debent concedere, ꝙ illa, q̃ ſignificant definitiones, & partes earũ, non ſunt ſeparata à definitis, ſed ſunt idẽ eſſen-
C tialiter. Et poteſt intelligi ſic: & per has propoſitiones, quas poſuim⁹, cogitur conſyderans credere, ꝙ quiditas, & habẽs quiditatem ſunt idem. D.d. Quæ autẽ dñr per accidẽs, &c. i. illa autem, q̃ dicuntur per accidẽs. v.g. homo albus, & homo muſicus, quia iſte ſermo ſignificat duas naturas diuerſas, ſ. albedinem & muſicã, ideo ſermo cõpoſitus ex eis non eſt idem: & ideo non habent vnam cõmunem definitionem. D.d. illud. n. cui accidit, &c i. illud. n. cui accidit albedo, eſt aliud ab albedine: & accidens ſm ꝙ poteſt prædicari de ſuo
D ſubiecto, quia eſt eius paſſio, eſt idẽ: & ſm ꝙ natura eius non eſt natura ſubiecti, non eſt idem. & hoc intendebat, cùm d. ſm autem ꝙ ſunt hoïs, & hoïs albi, &c. i. ſm autẽ ꝙ accidentia ſunt in ſubiectis, non ſunt ſubiecta: ſm autem ꝙ ſunt paſſiones ſubiectorum, ſunt idem. v. g. homo albus Et intẽdit, qm̃ ſm ꝙ ſunt paſſiones ſubſtantiarum poſſunt prædicari de ſubſtantijs ſm ꝙ nomina non ſm definitiones: ſm enim definitiones non poſſunt prędicari de ſubſtãtijs. & hoc d. in categorijs. D.d. Et, ſi
E aliquis exiſtimauerit, &c.i. & ſi aliqs exiſtimauerit, ꝙ omne habens nomen habet definitionem, ſm illud nomen apparebit contrarium. qm̃, ſi omne nomen haberet definitionem, tunc quiditas rei, ſ. forma eius haberet definitionem. &, ſi ita eſſet, contingeret ꝙ q̃ditas equi eſt aliud ab equo ſm definitionem. D.d. Et quid prohibet in quibuſdam, &c.i. & quid prohibet in ſubſtãtijs, ꝙ poſuerimus ꝙ illud, quod ſignificant definitiones earum, ſint ſubſtantia, vt ſint idem cum eis, q̃ ſignificãt definitiones, & non ſunt alia? D.d. &
G Et innuit hoc, quod d. in libro de Animalibus q̃ ſperma aſini eſt frigidum, & ſperma equi calidum, & temperantur apud mixtionem, & fit illic natura media inter equum & aſinum. D.d. Manifeſtum eſt igitur q̃ non oportet, &c.i. rerum, quę generantur inrer duas ſpecies, i. quæ generantur à putrefactione. D. dedit ſignum ſuper hoc, & d & ſi non, magis quæritur in iſtis rebus, &c.i. & ſi natura indigeret in generatione rerum, quę non generantur ſemper exemplari, tunc generabilia magis indigerent illa, quæ ſunt definitione & nomine ſubſtantiæ dignio

H Vid. 2. Phi. 45. ra. D.d. ſed vt generans poſſit, &c.i. ſed ſufficit in generatione vt in generante ſit potentia ad generandũ formam ſibi ſimilem in materia, q̃ eſt in potentia forma eius, i. q̃ actio eius nihil aliud ẽ q̃ extrahere illud, quod eſt in potẽtia, in actum: & erit cauſa * in multiplicatione generabilium ab vno generante multiplicatio materierum, in quas agit, & vt ipſum agere in aliud, & vt generãs & generatum cum hoc ſint idẽ in forma Et hoc intendebat, cùm d. & vt ſit Soc. & Callias, &c.i. qñ, ſi generatio eſſet à formis ſeparatis, nõ eſſet poſſibile vt iſtæ formæ eſſent cauſæ eius, quod apparet, ſ. q̃ generans et generatum ſunt duo in numero, et vnum in forma.

Actio agẽtis, nihil aliud eſt q̃ extrahere illud, qđ ẽ in potẽtia ad actum. Idẽ 8. Me. c. 15. & 12. Me. cõ. 18.

* Cã ſi multiplicatione gñabiliũ abvno

I gñante eſt multiplicatio materierũ, in quas agit. vide. 1. meta. cõ. 40.

Cur quædam ab arte, & à caſu fiant, quædam vero minime. Cap. 9.

DVbitauerit autem aliqs, cur quædam & arte, & caſu fiũt, vt ſanitas: quędam aũt minime, vt domꝰ. Cauſa vero eſt, q̃ horum quidẽ materia, q̃ principiũ gñationis eſt K cùm faciens ſit, & factũ aliquid eorum, quæ ab arte ſunt, in qua eſt aliqua pars rei, q̃dã talis, vt à ſeipſa moueatur, quædam non. & huius q̃dam ſic poſſibilis eſt, quędam impoſſibilis. multa nã que poſſibilia quidem a ſeipſis moueri, ſed non ſic, vt puta ſaltare. Quorũcunq̃ itaq̃ talis materia eſt, vt lapides, impoſſibile ẽ ſic moueri niſi ab alio, ſic tñ certe eſt & ignis. propterea q̃dam non erunt abſq̃ eo, qui habet artem, quædam erũt. ab his enim L mouebuntur, q̃ non habent quidem artẽ, moueri vero poſſunt ipſamet, aut ab alĩs non habentibus artem, aut ex parte.

Et forte quæret aliquis, quare q̃dam fiũt artificio, & ex ſe etiã, vt ſanitas: et quædam non, vt domus. Et cauſa iſtius eſt, quoniam in materia quarũdam rerum, quæ eſt principium generationum ſuarum, aut in generatione alicuius ex ea ex artificio, in quo ẽ aliqua M *pars rei eius, quædam pars eſt ſicut iſtud poteſt moueri ex ſe, & quædam non, & quoddam poteſt, ſecundum quòd oportet. plura. n. ſunt, quæ poſſunt moueri per ſe, ſed non ſecundum quòd oportet, vt ſaltatio. Omnia igitur, quorum materia eſt talis, vt lapides, non poſſunt moueri in eo, quòd oportet niſi per aliud, & per ſpeciem motam. & ideo ignis non generat quoddã*

ſine

A *ſine illo, cuius eſt artificiū, & generat quoddam. mouebuntur. n. ex iſtis illa, quæ non habent artificiū, ſed poſſunt moueri aut ex alijs, q̄ non habēt officiū, niſi particulare.*

29 Quia aliquis poſſet dubitare ſup hoc, quod poſuit, ꝙ generatum ſit à conuenienti in nomine, niſi generatio ſit non ſm cutſum naturalē, vt generatio muli ab equo, et aſino, et fuit dictū etiam, ꝙ homo quoquo modo eſt à conuenienti, vult diſſoluere aliam quęſtionem in hoc, et
B eſt ꝙ quædam videntur generari à natura, et ab artificio inſimul', et q̄dam non generantur niſi ab artificio tm̄. exiſtimat enim ꝓpter hoc aliquid generari à duobus formis, artificiali et naturali. et eſt dubitatio ſuper hoc, ꝙ generans, et generatum ſunt idem in forma. Et d. Et forte quæret aliquis. i. et forte quæret aliquis in hoc, dicendo, quare q̄dam fiunt ab artificio et à natura, vt ſanitas, quæ fit ab arte et à natura: et quædam non fiunt niſi ab artificio tantum, vt domus, quæ nō fit niſi ab artificio. D. dedit cauſam in hoc, et d. et cauſa iſtius eſt, qm̄ in materia quorundam eorum q̄ generantur ab artificio, eſt pars potentiæ naturalis ſimilis artificio: et in materia quorundam nō eſt pars potentiæ naturalis ſimilis artificio: et iſta ſunt, quæ generantur ab artificio tantum. Illa autem, in quib⁹ eſt pars potentiæ naturalis ſimilis artificio, generantur ab vtroq;. ita. n. eſt de generabilibus ſicut de mobilib⁹. quemadmodum enim eorum, quę mouentur in loco, quædam mouētur ex ſe, et quædam ex alio, ita eſt de generabilibus. Deinde dicit: et quoddam poteſt, ſm ꝙ oportet, i. et quoddam eorum, in quibus eſt pars potentiæ naturalis ſimilis artificio, poteſt tranſmutari ex ſe, donec compleatur ſua generatio, ſecundum ꝙ oportet: et quoddā non poteſt hoc, donec ars adiuuet. D. d. plura enī: etc. i. et ſicut hoc inuenitur in natura, ita etiam inuenitur in arte. quædam enim artes non poſſunt agere ſuas actiones, niſi alia ars adiuuet. v. g. ars ſaltandi, quæ non complebit, niſi cum arte Italı, quæ eſt pars Muſicæ. Deinde d. Omnia igitur, quorum materia, etc i. et omnia, in quibus non eſt pars potentiæ motus ex ſe, et omnia, quæ non mouentur niſi ab artificio tantum, vt lapides, impoſſibile eſt vt moueantur ex ſe, ad complementum, ſed mouentur per alia, et iſtæ ſunt omnes materię artificiorum, in quibus non eſt principium naturale, quo poſſent moueri per ſe ad finem, quem intēdit ars, neq; per ſe ctum, neq; diminutū, niſi p arte. Illa aūt, in quibus eſt principium naturale, quo ars vtit, ſunt ſicut ars Medicinæ, et Culturæ, et vſt oēs artes, in quib⁹ ars iuuat naturā.
F D. d. et ideo ignis non generat, etc. i. et propter hoc inuenimus quædā, quæ non poſſunt generare aliquid ſine artificio, et poſſunt generare alia ex ſe. verbi g. ignis, qui non poteſt generare cultellū niſi ex arte, et pōt generare alium ignē ex ſe. D. d. mouebuntur. n. etc. i. et, cùm ita ſit, accidit quibuſdam moueri ex ſe, abſque eo ꝙ indigeant artificio oīno, et ſunt illa, q̄ non indigent artificio particulari, aut vniuerſali adiuuāte, vt ſanitas, quæ fit præter Medicinā in quibuſdam ægritudinibus.

D de. 8. Phy. 23. & 32. ita ēt eſt d ghabilib⁹. Sed h⁹ op poſitū req re. 2. phyſ. com. 1.

E In mā rerū artificialiū nō eſt prīcipiū nāle quo poſſit moueri ꝓ ſe ad finem quē intendit ars. idē 3. de Aia. cō. 18. & q ibi.

Hic vī ponēt Ichoationē formarum.

C

Eorū, quæ mouenť i loco, q̄dā mouēt ex ſe, & q̄dā ex alio. vi-

G *Omnia ex vniuoco generari. Cap. 10.*

MAnifeſtum autem eſt ex his, quę dicta ſunt, & ꝙ quodam modo omnia fiunt ex vniuoco, quemadmodū quæ natura ſunt: aut ex parte vniuoca, vt domus ex domo: aut ab intellectu, ars enim forma eſt: aut ex parte, aut habente aliquam partem, ſi non per accīs fiant. Cauſa enim faciendi, prima fm ſe pars. calor. n. in motu calorem in corpore fecit. hic vero, aut ſanitas eſt, aut pars, aut ſequitur eū aliqua ſanitatis pars, aut ipſa ſanitas. quare & dicitur facere, quia illud, quod ſequit & cui accidit calor, ſanitatē efficit.

H

Manifeſtū eſt igitur ex dictis quidem, quoquo modo omne quod fit, fit a conuenienti in nomine, ſicut illud, quod eſt per naturā: aut a parte eius, quod eſt cōueniens in nomine, vt domus a domo: aut per actionem, artificium enim eſt forma: aut a parte, quæ habet partē, ſi non fuerit generatio per accidēs. Agens enim eſt per ſe pars. calor per motum facit calorem in corpore. & hic eſt ſanitas, aut pars, aut ſequitur ipſum aliqua pars ſanitatis per ſe. & ideo dicitur, quòd confricatio & exercitium agit, quia facit ſanitatem per illud, quod ſequitur ipſum, & accidit ei calor.

30 In hoc ſermone facit rememorationem de prædictis, & d. Manifeſtū eſt igit ex prædictis, ꝙ omne, qđ generatur, generatur à conueniēte in nomine & ratione: vt illud, quod ē per naturam, i. homo ab hoīe. D.d. aut à parte eius, &c. & intendit p cō ueniens in nomine generabilia naturalia ex patre & matre, ſicut diximus. Et intendebat per hoc ꝙ dicit à parte eius, quod eſt conueniens in noīe, illud, quod generatur ab arte. & d. hoc ex parte, quia artificiatum componitur ex materia & forma, & non eſt in anima artificis ex generato, niſi forma tīn, quæ eſt pars generati. & ideo d. artificium enim ē forma, i. ꝙ artificium non eſt niſi forma generati, non congregatum cō gregatione materiæ & formæ: ſicut eſt diſpoſitio in generabilibus naturalibus. & ideo non d. in iſtis generari totum a toto. D d. vt domus à domo, i. vt domus, quæ fit ex laterib⁹ & lapidibus, generatur à domo, quę eſt in anima artificis. & intendit per hoc, ꝙ dixit, aut per actionem, i. aut per actionem aliquam artificis nō per omnes actiones. D.d. aut à parte, quę habet partē, &c. i. aut ars agit in ſubiecto per aliquam partem ipſius in * ſubſtantia, ſ. ꝙ habet partē etiam ex partibus naturæ. & iſta ars eſt earum, quarum actio componitur ex arte & natura. & ideo ars agit partem actionis, qm̄ habet in talib⁹ iſtis. D d. & ſpectat finem actionum naturæ. iſta enim eſt diſpoſitio artis Medicinę, & Culturæ cum virtutibus naturalibus, quæ ſunt in corporibus animalis, & in ſeminib⁹, & inplantis D.d. aut generatur alia pars rei ab aliqua parte conueniente in nomine: & vtrunq; eſt conueniens cum generato. D.d. ſi non fuerit generatio p accidens. i. & ſi generatio alterius duarum partium à reliqua non

K

Artificium nqn ē niſi forma generati non cōgregatum ex mā, & forma. vid. 2. ph. 13. & 2 de Aia cō. 8. & 3. de Aia. 18. & & Me. c. 12

* a. l. ſubie cto.

M

Illa ō gnā tur abtur cē p accīs niſi cōue nientia. vi de. 12. h⁹. cō. 24. & ſupra hic com. 28.

A non fuerit p accidēs. & excepit hoc, qm̄ illa, quæ generantur ab inuicē p accidens, non ſunt conuenientia. D. d. Agens. n. eſt per ſe pars, i. & primum agens, quod eſt ex artificio, ē exiſtens per partem agentem, q̄ eſt in natura. calor enim per motū, &c. i. v. g. calor, qui ſequitur motum corporis. eſt. n. ſanitas quoquo modo, quia generat in corpore aliquē calorem, & generatio illius caloris eſt ſanitas, aut ſequitur eam ſanitas. & vltr calor, qui eſt in corpore, aut eſt pars ſanitatis, aut eſt ſanitas in potētia, quia ſequitur ipſum pars ſanita

B tis, quę eſt quaſi vltima perfectio. D. d. & ideo dī, &c. i. & ideo dī, q̄ cōfricatio & exercitium agunt ſanitatem, quia agunt illud, quod ſequit ſanitas. illud enim, cui accidit calor, facit Medicus,

Quare, ſicut in ſyllogiſmis omnium principium ſubſtātia eſt (ex ipſo enim quid eſt ſyllogiſmi ſunt) hic etiam generatiōes. Similiter ſe habent & quæ natura conſtituta ſunt. ſemen nanq̄ facit, ſicut ea, quæ ab arte ſunt. habet etenim poteſtate formā. & à quo ſemen eſt, quodam mo

C do vniuocum (non enim oīa ita oportet quærere, ſicuti ex hoīe homo. etenim mulier ex viro. vnde mulus non ex mulo) ſed ſi non læſura fuerit. Quęcunq̄ vero, quorum materia poteſt & à ſeipſa moueri eo motu, quo ſemen mouet, à caſu, ſicut ibi, fiūt. quorum aū t non, hæc impoſſibilia ſunt aliter fieri, c̄ ex ipſis.

Ergo, ſicut dictum eſt, quòd in ſyllogiſmis eſt principium cuiuslibet ſubſtātia: quoniā ſyllogiſmi sūt D *ex eis q̄ ſunt: ita hic generationes. Et illa, per q̄ conſtituuntur natura ſimiliter. ſemen. n. facit, ſicut illa, quæ ſunt ex artificio. forma. n. eſt in potētia in eo. & iſtud ex quo eſt ſemen, conueniens in nomine, ſicut illa quoquo modo. non. n. oportet q̄rere omnia in iſta eadē diſpoſitione, ī qua generatur homo ex hoīe. mulier enim eſt ex viro. & ideo mulus non eſt ex mulo, niſi ſit quidam. Omnia. n. quæ fiūt ex ſe, ſunt* E *ſicut illic omnia, quorum materia habet potentiam, vt moueātur ex ſe hoc motu, quo mouet ſemen. & omnia, quorum materia non pōt, hæc ſunt alio modo, non ex iſtis.*

Dicit: Ergo ſicut dictum eſt, &c. 31 i. & intendit per ſubſtantiam quiditatem rei factæ, quæ eſt ſimilis ſyllogiſmo. Et d. quemadmodum principium cuiuslibet rei factæ eſt ſua q̄ditas, q̄ eſt ſimilis, ita eſt etiam in oībus generabilibus p naturam, ſ. q̄. ſunt à quiditate p̄cedenti. Et hoc in F tendebat, cùm d. qm̄ ſyllogiſmi sūt ex eis, quæ ſunt. i. quemadmodum. ſyllogiſmi, ex quibus fiunt artificiata, ſunt quiditates artificiatorum, ita res generabiles ſunt a ſuis quiditatibus: & indifferenter eſt in hoc ars, & natura. & hoc intēdebat, cùm d. Et illa, per quæ cōſtituuntur, &c. i. & illa, quæ inueniuntur à natura, ſunt ſicut illa, quæ inueniuntur ab artificio. Deinde d. ſemen enim facit, &c. i. ſemen enim generat per potentiam ī eo ſimilem artificio, q̄.

G est quiditas artificiati, & hoc declaratū est ī Sextodecimo lib. de Aīalibus. D.d. forma. n. est in potentia, i. forma n. generati est in semine in potētia, quemadmodum forma artificiati est in artifice in potentia. & illud, ex quo est semen, cōuenit nomine & ratione cum eo, quod fit ex semine quoquo modo. D.d. non. n. oportet quærere, &c. i. & dicim⁹ quo quo modo: qm̄ non inuenitur ī oībus rebus, ꝙ filius sit sicut pater simpliciter in omnib⁹ modis. v.g. vt homo masculus fit ab hoīe masculo, cùm mulier inueniatur à masculo,
H & magis. qm̄ mulus inuenitur non à mulo, sed ab aliquo alio a mulo quodam modo. & hoc intendebat, cùm d. nisi sit quidam. D.d. Omnia enim, q̄ fiunt ex se. i. oīa autem, quę generantur ex se non à simili, generantur modo simili generationi rerum, in quarum materia est potentia, vt ex eis generetur aliquod simile per potentiam, quę est in semine. Et intendit, ꝙ generatio accidentiū est quodāmodo similis generationi substantiarum, quæ fiunt non à suo genere. & modus similitudinis inter ea est, quia generantur non à
I simili in specie. D.d. & omnia, quorum materia non potest. &c. & intēdit animalia, quæ generantur nō à suo genere. in materia. n. eorū non est potentia generare simile. & iste mod⁹ ēt generat alio modo ab eo, quo generantur accidētia, & ab eo, quo generantur illa, quæ generant ex se, & ab eis, quæ generantur ex seminibus. Hæc igitur est summa eorum, quæ dīr ī hoc loco, s. ꝙ, si sint formæ hic separatæ, nihil prosunt ī generatione: & ꝙ generatio est ex rebus conuenientibus sm formā, & diuersis sm numerū. Et in hoc, qđ dixit, sunt multæ qōnes difficiles, qm̄, cùm fuerit positum, ꝙ illud, qđ est in potentia, sit in actu ab illo, qđ est sui generis, aut suę speciei ī actu: & nos videmus hic plura aīalia, aut plures plantas exire de potentia in actum sine semine, quod generat à suo simili sm formā: & ex hoc existimat substantias & formas esse dātes istas formas, p quas sunt aīalia, & plantæ. & hæc est maior ratio, q̄ attribuitur Platoni. Et dī etiam ꝙ, cū forma substantialis in quolibet ente est aliquid additum formis complexionalibus in rebus miscibilib⁹, & primis qualitatibus quatuor, vt forma leuitatis in igne, & grauitatis in terra, & maxime aīæ, qm̄ manifestum est animam esse additam formis complexionalibus, Istæ igit formæ additæ qualitatibus, aut generā tur ex se, & tunc generatio erit à nō generante: aut generātur ex aliquo extrinseco: & illud extrinsecum aut est aliquod indiuiduum illius spēi, aut generis, aut forma separata. Sed quia formæ rerum generabilium à semine generantur, neq; à genere, neq; à specie, necesse est formas eē, quæ dant eis formas. Et hoc non solummodo existimatur in non generabilibus ex semine, sed in generabilibus etiam. In semine enim nō est anima in actu, sed potentia: & oē quod est potentia, indiget aliquo in actu. & sīr in habentibus semen: in semine. n. non est aīa in actu. & nō possumus fingere, ꝙ aīæ sint à complexione, nisi sm opīonem dicētiū aīam eē cōplexionem. Propter istā igit existimat, ꝙ necesse est formas separatas esse: & sm posteriores Philosophos Philosophia Ari. est illud

K Digressio. Argū. 1.

2. Argū.

L

Confir. secundi

M

Opīones pp argumenta ad dita.

qūod

A quod vocat intelligentiam agentē. & existimat, ꝙ nō solum modo dat formas aīatas, & formas substantiales, quę sunt consimilium partium, sed ēt formas substātiales, q̄ sunt elementorum: apparet. n. ꝙ elementa non patiantur, neq; agant nisi per qualitates, non per formas substantiales. & vīr apparet, ꝙ non sunt hic potentiæ agentes, nisi quatuor qualitates: & istæ non sunt formæ substantiales. & ideo non dicimus, ꝙ leuitas & grauitas sunt actiuæ aut passiuæ. Et vīr ista quæstio fundat sup propositiones. Quarum vna est,

3. Phys. 17. B ꝙ illud, quod est in potētia, nō exit in actum, nisi ab aliquo extrahentę suæ speciei, aut generis. Et ꝙ formæ substantiales materiales, neq; sunt actiuæ neq; passiuæ essentialiter, & ꝙ actiuæ & passiuæ sunt ptimę qualitates. & ex istis sequitur, vt agens istas formas sint principia non naturalia. Et ideo quia Auic. obedit istis propositionib⁹, credidit oēs formas esse ab intelligentia agente, quam vocat datorem formarum. Et existimatur etiā, ꝙ Themist⁹ dicat hoc. In entibus vero, quæ generantur ex semine, manifestum est de eo, & iā d. hoc aperte in tractatu libri suę abbreuiationis. ī oībus vero formis apparet hoc ex hoc, quod dixit in sexto suæ abbreuiationis de aīa, ꝙ anima nō est illud, in quo sunt omnes formæ tantum: s. intelligibile & sensibile, sed est illud, quod ponit oēs formas in materijs, & creat eas. Et manifestum est, ꝙ ipse intendit per hanc animam formam separatam. Alexan. autem videt conuenire ei, quod dī hic ab Arist. & ei, quod dixit in Sextodecimo de Aīalibus. Et etiam potest aliquis dicere, ꝙ formæ elementorum prouenuntia da D tore formarum, qm̄ videmus à motu generari ignem in actu, ex eò ꝙ est ignis in potentia: & nō possum⁹ dicere, ꝙ motus facit formam substantialem ignis: sequitur igitur, vt forma ignis, qui fit à motu, sit à datore formarum. Nos autē dicamus ꝙ, cùm consyderata fuerit demonstratio Arist. in hoc loco sup hoc, ꝙ formæ materiales sunt generantes formas materiales, apparebit, ꝙ semina sunt illa, quæ dant formas rerum generatarum à seminibus per formas, quas dederunt semina gene E rantia. In generabilibus autem non ex se, i. casu, apparebit, ꝙ corpora cœlestia sunt illa, quæ dant istis aliquid loco seminum, & virtutū, quæ sunt in seminibus, & in eis quæ generant ex semine. & ꝙ omnia ista sunt virtutes naturales diuinę generantes sibi similia, secūdum ꝙ artes generant sua artificiata. & ideo d. Arist. in libro de Animalibus, ꝙ hę sunt similes intellectui, s. quia agūt actiones intellectuales. Et istæ virtutes assimilant intellectui in hoc, ꝙ non agunt per instrumentum corporale. Et in hoc differunt istæ virtutes generatiuæ, quas Medici vocant formatiuas, à virtutibus naturalib⁹, q̄ sunt ī corporib⁹ animaliū. Istę enim agunt non actione intellectus operatiui, sed agūt per instrumenta terminata, & mēbra propria. Virtus aūt informatiua non agit p membrum propriū. Et ideo dubitat Gal. & dicit, nescio vtrū ista virtus sit creator, aut non. sed vīr non agit nisi per calorem, qui est ī semine: nō ita ꝙ sit forma ī eis, sicut anima in calore naturali, sed ita ꝙ sit Icluſa in eis, sicus aīa ē incluſa in eor

pori

Op. Auer. de qua ēt. vi. 12. Met. cō. 13. & 18

Quō virt⁹ informatiua assimilat intellectui.

F

In lib. de sensu & sēsibus.

Auicenna

Themistius.

Alexander.

Rō ꝓ Aui.

G poribus cœleſtibus. Et ideo Ariſto. magnificat hãc virtutẽ, & attribuit illã principijs diuiuis, non naturalibus. ſed iſtã virtutẽ* [eſſe intelligẽtiam ſeparatã] eſt impoſſe. Et demõſtratio Ariſt. in hoc eſt, ꝙ formę nõ generant̃ p ſe. qñ, ſi ſic eſſet, tũc generario eſſet non à materia. & cum ita ſit, generarum eſt formans. generans igit̃ eſt illud, qđ mouet mareriam, donec recipiat formã, i. illud, quod extrahit ipſam de porẽtia ad actum: & illud, quod mouet mareriam, neceſſario eſt corpus, habens H qualitatẽ actiuã, aut potentiã, q̃ agit p corpus habens qualitatẽ actiuam. Et, ſi illud, qđ generat ſubiectũ formæ, eſſet aliud a generante formã, tũc ſubiectũ & ſua forma eſſent duo in actu: qđ eſt impoſſe. & quia ſubiectũ formæ non hẽt eẽ niſi p formã, ideo actio agentis non pendet ab ipſo, niſi ſm ꝙ pendet de forma ẽt: cũ actio agentis, non pendet à forma, neq; de ſubiecto ſine forma. Et cũ ita ſit, manifeſtũ eſt, ꝙ actio agentis pendet ex ſubiecto pp hoc, ꝙ pendet de forma. Illud igit̃, qđ generat ſubiectum formæ, eſt illud, qđ generat formã: īmo non generat ſubI iectum niſi qđ generat formã. Et, ſi ſubiectum formæ generaret̃ ab aliquo agẽte & forma ex alio, tũc vnũ actum, ſm ꝙ eſt actum vnũ, generaret̃ à duobus agẽtibus: qđ eſt īpoſſe. Secundum hoc igit̃ debet hõ ſuſtẽtari in hoc loco. Et hoĩes errauerũt in hoc, quia nõ intellexerunt demõſtrationem Ariſ. & non eſt mirum de Auicẽ. ſed de Alfarabio. vt̃ enim in ſuo libro de duabus Philoſophijs dubitare de hoc. Et omnes hoĩes declinãt magis ad opinionẽ Platonis, quia eſt ſimilis ei, quod loquẽtes noſtræ legis opinantur, ſ. ꝙ agens oĩa K eſt vnum, & ꝙ non operant̃ in ſe ad inuicem. Videt̃ enim, ꝙ contingit eis ex creatione eorũ adinuicem ꝓcedere in infinitum in cauſis agentibus: & ideo poſuerunt vnum agens nõ corpus. Sed illud impoſſibile eſt Rõ cõtra illos. vt trãſmutet materiam, niſi mediãte corpore alio non tranſmutabili, ſ. corporibus cœleſtibus. & ideo impoſſe eſt vt intelligentiæ ſeparatę dẽt aliquam formam formarum mixtarum in materia. Sed mouit Ariſt. ad ponendum mouens ſeparatũ à materia in factione virtutũ intelligentium, quia virtutes intellectuales apud ipſum ſunt non mixtæ cũ materia. Vnde neceſſe eſt vt illud, L quod eſt non mixtum cũ materia, generet̃ quoquo modo à non mixto cum materia ſimpliciter: quẽadmodum eſt neceſſe vt oẽ mixtũ cũ mã gñeret̃ à mixto cum materia. Neceſſe ẽ vt nõ mixtu cũ mãgñet̃ quoquo mõ a nõ mixto cũ mã. vide conſiẽ 1. Me. c. 31.

*a.l. Intelligere ſe, ne dum vt ſeparata ſit.

vide. 8. ph. c. 15. & 7. Meth. c. 16. & 12.

Cã erroris Antiquorum.

Formam non generari, non tantum in ſubſtantia, ſed & in cæteris prædicamẽtis verum eſſe. Cap. 11.

NOn ãt de ſuba ſolũ oñdit rõ nõ fieri formã, ſed de oĩbꝰ primis ſiſr cõis rõ eſt, vtputa q̃titate, qualitate, & M alĩs p̃dicamẽtis. Fit. n. vtputa ę-nea ſphæra, ſed non ſphæra, nec æs. & ĩ ęre fit: ſ. nã ꝙ oportet p̃exiſtere materiã, & formã. ita & ĩ ipſo qđ ẽ, & ĩ q̃litate, & q̃titate, & alĩs p̃dicamẽtis ſiſr. nõ. n. fit q̃litas, ſed q̃le lignũ: nec q̃titas, ſed q̃tũ lignũ, aut aĩal. Cæterũ ex his, ꝑpriũ ſubę accipere ẽ, ꝙ neceſſe ẽ p̃exiſtẽr ſp aliã ſubã actu exiſtẽtẽ, q̃ facit, vtputa aĩal ſi aĩal fit: q̃le vero, aut q̃tũ non eſt neceſſe, niſi potentia ſolum. Vide pro hoc. 2. cœl. c. 42.

Et

A *Et iſte ſermo non ſignificat ſubſtantiam tantũ, quòd forma nõ generatur, ſed eſt ſermo cõmunis omnibus primis rebus, verbi gratia quantitati, & qualitati, & aliis prædicamentis. Eſt enim ſicut ſphæra cuprea, ſed nõ eſt ſphæra, nec cuprũ. & ſi generatur ex cupro, oportet ſemper vt materia ſit ante formam per eſſentiam, & forma ẽt. & ſimiliter illud, quod eſt per qualitatem etiam, & quantitatẽ &*

B *alia prædicamenta. non enim generatur qualitas, ſed lignum habens qualitatem: nec quantitas, ſed lignum quantum, aut animal. Sed inuenitur ex iſtis, quòd ſubſtantiæ propriæ habent ſemper neceſſario aliam ſubſtantiam, quæ eſt aut in actu, vt animal ſi eſt animal: qualitatem aũt eſſe, aut quãtitatẽ nõ eſt neceſſariũ, niſi in potẽtia tantũ.*

32 Dicit, & hoc quod dicim⁹, ꝙ forma non generat, nec corrumpitur, non eſt proprium ſubſtantię, ſed eſt

C cõe prædicamento ſubſtantiæ, & ẽt aliis prædicamentis. D.d. Eſt enim ſicut ſphæra cupræa, &c. i. generatur enim ſphæra cupræa demonſtrata, & non generatur ſphæra, ſ. figura neq; cuprum. D.d. & ſi generatur ex cupro, &c. i. & ſi ſphæra generat ex materia & forma, oportet vt materia & forma præcedant compoſitum ex eis, ſ. generatum. D.d. & ſimiliter illud, quod eſt, &c. i. & ſimiliter prædicamentum qualitatis, & alia prædicamenta, ſ. ꝙ generatum ex eis compoſitum eſt ſubſtantia, &

Vide. 12. Meta. tex. com. 17. Non gñat qualitas. Vide. 5. Phy. c. 5.

accidente ſecundum tempus. D.d. D non enim generatur qualitas, &c. ideſt, non enim generatur qualitas, quæ eſt tanquam forma, ſed generatur corpus habens qualitatem aliquam. v.g. hoc lignũ demonſtratũ, in quo eſt albedo aliqua: & ſiſt in ſubſtantia non generat forma. v.g. animal. & hoc intẽdebat cùm d. aut aſal. D.d. Sed inuenit ex iſtis, &c. & eſt proprium ſubſtãtiæ inter alia prædicamenta vt ante generatũ ſit alia ſubſtantia agẽs ipſum, quod eſt in actu ex ſpecie ſui, quod aget. vt animal, quod generat aſal ſibi ſile.

Proprũ ẽ ſubę inter alia p̃dicamenta, vt añ gñatũ ſit alia ſubſtãa agẽs

D.d. qualitatem autem eſſe, &c. i. ſed non eſt neceſſe vt ante qualitatem generatã ſit alia qualitas agẽs: ſed eſt neceſſe vt ante qualitatẽ generatam ſit aliquid, quod eſt in potentia qualitas, ideſt materia. Et d. hoc qm̃ qualitas alia generat à ſibi ſimili qualitate: & alia eſt, cuius generatio ſequitur formam mixtionis primarum qualitatum.

E

Inſtãtia ꝺ de igne generato a motu ex 1. Meteor. et ex 2. cœli c. 42. Vide contra dict. Zim.

Dubitationum ſolutio, An partium rationes in totius ratione ponantur. Et an partes toto ſint priores.

Cap. 12.

Primum dubium. F

CVm aũt definitio ratio ſit, omnis aũt rõ partes habeat, ac ſicuti rõ ad rem, ſiſt & pars rõnis ad partẽ rei ſe habeat, dubitat vtrum oportet partium rationẽ ineſſe in rõne totius, an nõ. In quibuſdã enim. videnť ineſſe, in quibuſdã vero non. circuli enim ratio non hẽt rationem ſectionum: ratio vero ſyllabæ habet rationem elementorũ. atqui circulus diuidit in ſectione, ſicuti ſyllaba in elemẽta.

Item

Secundum dubium. Vid Auer. & Epic. Tractatu. 2.

G Item aũt, ſi partes priores ſunt toto, recti aũt acutus eſt pars, & digitus animalis, prior erit acutus recto, & digitus homine. Videntur tamen iſta eſſe priora: ratione nanq; dicuntur ex iſtis, & eò q; ſinit abſq; inuicem, priora ſunt. An multis modis dicit pars. Quorũ vnus modus, quæ ſm quantum menſurat.

Ergo definitio eſt ſermo, & omnis ſermo habet partes, & quemadmodum eſt ſermo ad rem, ita eſt

H *pars ſermonis ad partem rei: dubitatur ergo in hoc, vtrũ ſermo partiũ debeat collocari in ſermone totius, aut non. Videmus igitur, quòd quædam collocantur, & quædã nõ. in ſermone enim circuli nõ eſt ille, qui eſt partium: in ſermone autem ſyllabæ eſt ſermo literarũ. etſi circulus diuiditur ĩ ſuas partes, ſicut ſyllaba in literas. Et etiam, ſi pars eſt ante totum, & acutum eſt pars recti, & digitus ante hominẽ. Sed*

I *exiſtimantur illa eſſe priora, quæ dicuntur per ſermonẽ, quoniã ſunt ex illis, & quia ſunt ex alys ab illis, ſunt ante etiã. Aut dicamus quòd pars dicitur multis modis. Quorum vnus eſt ille, qui numeratur, per qualitatem, & alius per quantitatem.*

Continuatio.

33 Cũm declarauit, q; definitio eſt illud, quod ſignificat quiditatẽ rei, & q; ſolummodo eſt ſubſtãtiæ, & ſecundario aliorũ prædicamentorũ, & q; definitio & definitũ ſunt idem in actu, & q; multitudo in ſuis partibus eſt in potentia, & declarauit ex hoc, q; ſi res habẽt quiditates, & formas exiſtentes p ſe, q; non ſunt exdẽ cũ rebus, quarum ſunt formæ, & q; pp hoc nihil proſunt in ſubſtantia illarũ rerum, quarũ ſunt formæ, & q; formæ & ẽt ideę, ſi ſunt, nihil proſunt in generatione rerũ, quæ ſunt ſubſtantiæ ſenſibiles: oĩs enim ſubſtantia generat à ſubſtantia ſibi ſimili, cum generatio non ſit formæ nec materiæ, ſed congregati ex eis, quod eſt demonſtratũ. Et cùm hoc declarauit, reuerſus eſt ad complendum ſermonẽ de definitionibus, &

K

L

Expoſitio.

dixit: Ergo definitio eſt ſermo, &c. id eſt, & quia definitio eſt ſermo, & oĩs ſermo habet ſuas partes ſignificantes partes rei: & apparet, q; ſicut eſt proportio definitiõis ad rem, ita eſt proportio partis definitionis ad partem rei, i. qũ, quemadmodũ definitio ẽclarat quiditatẽ rei, ita pars definitionis declarat partẽ quiditatis rei: ideo accidit quæſtio in hoc. Et eſt quæſtio talis, vtrum oĩs definitiones partiũ rei debeant eſſe partes definitionis, ita q; præcedant rẽ, & eius definitionẽ, ſ. vt definitiones partiũ ſint tota definitio, & priores ipſa, aut non oĩs definitiones partiũ definiti ſunt partes definitionis, ſed ſunt poſteriores re, & ſua definõne.

Primum dubium.

M

Et intendebat p hanc perſcrutationem declarare, quæ partes definitionis ſignificãt partes quiditatis rei, & non partes ſuæ materiæ, & quæ nõ ſignificãt partes quiditatis rei. D.d. Videmus igit̃ q; quædam, &c. i. hæc quæſtio accidit ĩ hoc ex hoc, q; nos videmus quaſdam res partiũ, quarũ definitio non collocat̃ in ſuis definitionibus. v. g. definitiones partium circuli,

Documentum.

Rõ primi dubij.

circuli, quæ non claudunt in definitione circuli. quia tertia, & quarta pars circuli non collocant in definitiõe circuli: nec definitio circuli diſſoluit in definitiones earum: ſed circulus accipit in definitione partis. in definitionibus vero ſyllabarũ eſt definitio literarum: qm̃ ſyllaba eſt illud, quod componit ex duabus literis, ſ. conſonante & vocali. Si igit ſyllaba fuerit breuis, definit ita, ꝙ eſt illud, quod componit ex duabus literis. & ſic accipit in ſua definitiõe definitio literæ, cõſonantis, ſ. breuis & vocalis. Et ſi ſyllaba longa. accipit enim in ſua definitione definitio literæ cõſonantis productę & vocalis. Sed in definitione circuli non accipitur definitio medietatis, nec quartæ. & hoc manifeſtũ eſt, immo facimus econtrario. Dicimus enim, ꝙ medietas circuli eſt arcus circuli, quẽ diſtinguit diameter: & ſic circulus eſt acceptus in definitione ſemicirculi, & non econtrario. D.d. & ſi circulus diuidit, &c. i. ꝙ cùm in hac diuerſitate, quæ apparet in iſtis partibus, videmus totũ vtriuſq; iſtorũ duorum modorum diuidi in partes eodẽ modo: ſyllabæ enim diuidunt in literas, ſicut circuli ī partes. D.d. Et ſt, ſi pars eſt ante totum, &c. i. & ſequit ex hoc ſermone etiã in hoc modo, ſ. in eo, quod eſt ſi ſit circulo, ꝙ pars præcedit totũ, aut acutũ ſit ante rectũ, & eſt econuerſo, ſ. ꝙ definitio recti accipit in definitione acuti, & in definitione expanſi. & ſi ſit definitio circuli præcedit partes, & definitio animalis præcedit digitum. D.d. Sed exiſtimatur, &c. i. ſed exiſtimat, ꝙ rectus eſt ante acutũ, quia definit per rectum. & exiſtimatur, ꝙ acutũ eſt ante rectũ, quia iſte inuenitur ſine eo, ꝙ inueniat rectus. & intendit ꝙ ſm ꝙ ſunt partes, inueniunt præcedere in generatione totum. D.d. Aut dicamus, ꝙ pars dr̃ multis modis. Quorũ vnus eſt ille, qui numerat per quantitatem. i. & iſta quæſtio diſſoluitur etiam dicendo, ꝙ partes dicũtur duobus modis. dicunt enim de partibus qualitatis, & partibus quantitatis. definitiones igit partiũ quãtitatis ſũt poſtertores definitione totius & toto: definitiones vero partiũ qualitatis præcedunt definitionem totius & totum.

Principiũ riſionis vide. ſ. v. c. ta. cõ. 33. Partes q̃ tatiuæ, & partes q̃ tatiuæ differũt. vide ét. 1. Phy. ſ. & 36. cõ.

Sed hæc quidẽ prætermittat, ex quibus vero ſubſtantia, tanquã ex partibus eſt, hoc cõſyderandum eſt. Si igitur hoc quidẽ materia eſt, hoc vero forma, hoc vero ex his: & ſubſtantia eſt materia, & forma, & quod ex his: quodam modo quidẽ materia etiã pars alicuius dicitur, quodã modo vero non. quandoquidẽ ex quibus ratio formæ, vtputa concauitatis, non eſt pars caro. hæc enim materia, in qua fit, ſimitatis aũt pars aliqua eſt. & totius quidẽ ſtatuæ pars æs: eius aũt, quod vt forma dicit ſtatuę, minime. dicendũ enim forma, & quatenus formã habet, vnũ quod ꝙ: materiale vero nunquã ſm ſe dicendum. Quare circuli quidem ratio nõ habet eã, quæ ſectionũ ratio eſt: ſed ſyllabę eã, quæ elemẽtorũ eſt. quia elementa rõnis partes ſunt formæ, & nõ materia: ſectiones vero horũ ſic partes tãquã materia, in quibus adueniunt: propinquiores tñ ipſi formę, q̃ æs, cùm in ære rotun-

A B C D E F

Secũdum dubium.

G rotunditas fiat. Quodã mõ vero nec elementa cuncta in rõne ſyllabę inerunt. vtputa hæc cerea, aut q̃ ī aere ſunt. iam. n. etiã hæc ſyllabę pars ſunt, tanquam materia ſenſibilis. Etenim linea nõ, ſi cũ diuiditur ī medietates, corrumpit̃, aut hõ in oſſa, et neruos, & carnes, pp hoc & ita ex his ſunt, tanquam ex his, q̃ ſunt partes ſubſtantiæ, verũ tanquã ex materia. & totius quidẽ ſunt ptes, formę vero et cui⁹ rõ minime pp hoc nec in rõnib⁹. Quo-
H rundã itaq; inerit talium partiũ ratio, quorundã vero non oportet ineſſe, niſi ſint ipſius ſimul ſumpti propter hoc. n. nonnulę ex his, tanquã principijs ſunt, in quas corrumpuntur: quędã vero non ſunt. Quęcunq; igitur ſimul ſumpta, forma & materia ſunt, vt ſimũ, aut æneus circulus, illa ſanè in hæc corrũpunt̃, et pars ipſorũ eſt materia. quæcunq; vero non ſimul cum materia ſumuntur, ſed abſq; materia, vt rationes formæ ſolũ, hæc
I pfecto nõ corrũpunt̃, aut penitus, aut nequaquã ita. Quare illorũ quidẽ principia & ptes, q̃ in eis ſunt, formę vero neq; partes, neq; principia hmõi. & propterea lutea ſtatua in lutum corrũpitur, et ſphęra ī ęs, & Callias in carnẽ & oſſa, item & circulus in ſectiones. eſt. n. aliquid, qđ cũ materia ſumitur. æquiuoce nanque dr̃ circulus, et qui ſimpliciter dicitur, et ſinguli, ppterea q̃ ſingulis non ſit propriũ nomẽ.

*Et dimittamus hoc, & perſcrutemur de eis, ex quibus eſt ſubſtantia, et ſunt tanquam partes. Si igitur quæda eſt materia, et quædam forma, et quædam illud, quod eſt ex iſtis: ſubſtantia autem, & materia, & forma, et illud quod eſt ex iſtis: forte dicitur pars rei materia etiam, et forte non dicitur, ſed ex quibus eſt definitio formæ, vt caro, quæ non eſt pars profundi. eſt enim materia, in qua eſt profundum, & eſt pars ſimi- L
tatis. & cuprum pars totius idoli, & non eſt pars idoli, quod dicitur forma. forma igitur dicitur de illo, quodcunque rerum habet formam: materia autem non dicitur eſſe omnino per ſe. Et ideo non dicitur in definitione circuli definitio partium: & in definitione ſyllabæ ſunt literæ. literæ enim ſunt partes formæ, & non ſunt materia: partes vero circuli ſunt partes tanquam materia, M
ſuper quam ſunt, & ſunt propinquiores formæ cupri, cùm circulus eſt in cupro. Et forte eſt poſſibile vt non ſint omnes literæ ſyllabæ in ſermone* vt iſtæ audibiles, aut quæ ſunt in aere. iſta enim etiam ſunt partes ſyllabæ, quia ſunt ſenſibiles per naturam. Linea enim non corrumpitur, quia ſemper diuiditur in media, aut homo in oſſa & neruos & carnem, &

*iſta deeſt ī tex. Auer. vſq; ibi Linea.

A *et ideo ſunt ex iſtis ſecundum hũc modum, tanquam partes ſubſtantiæ, ſed quaſi ex materia, totius vero non ſunt partes. formæ autem, & illius, quod habet definitionem, non ſunt partes: & ſimiliter in definitionibus etiam, in quibuſdam autem non ſunt, neque aliqua definitionum partiũ, quæ ſunt tales. & in quibuſdam non oportet vt ſit vnum, niſi ſit illud, quod eſt congregatum. quo-*
B *niam iſta quædam ſunt ex illis, quæ ſunt principia, & in ea corrumpuntur: et quædam non. Omnia igitur, quorum materia et forma ſunt congregatæ, vt ſimus, & circulus cupri, corrũpuntur in iſta, et materia eſt pars eorum. et oĩa, quæ non congregantur cum materia, ſed definitiones formæ ſunt ſine materia, aut corrumpuntur omnino, aut non corrumpuntur, ſicut illa corrumpuntur. Ergo in illis il-*
C *la, quæ ſunt ſub eis, ſunt principia & partes earum, forma vero nõ eſt iſtæ partes, nec principia earum. et ideo corrumpitur idolũ terreſtre in terram, & ſphæra in cuprum, et Callias in carnes et oſſa, & etiam circulus in partes. quodcunq; igitur congregatur cũ materia, & dicitur æquiuoce circulus, qui dicitur mõ ſimplici, et ille, qui dicitur particularis. particularia non habent proprium nomen.*

Ideſt, Sed dimittamus hanc quæſtionem de æquiuocatione, quę eſt in hoc nomine pars, & ponamus pſcrutationem de æquiuocatione, quæ eſt in hoc nomine ſubſtantia. Deinde dicit. Si igitur quædam eſt materia, etcæt. ideſt, ſi igitur hoc nomen ſubſtantia dicitur ſimpliciter de materia ſubſtantiæ compoſitæ ex materia & forma, et de forma eius, & de cõpoſito, tunc forma ſubſtantię dicetur eſſe ſubſtãtia rei, cùm ipſa declaret eſſentiam illius. * materia vero dicitur ſm conſyderationem ad ſubſtantiam compoſitam ex materia & forma eſſe pars ſubſtantiæ. ſm conſyderationẽ vero ad ſubſtantiam declarantem eſſentiã rei non dicitur eſſe pars ſubſtantiæ, ſed eſſe deferẽs formam in ſuam definitionem. v g. ſimitas, cuius definitio eſt concauitas in naſo, aut in carne naſi. naſus enim ẽ pars ſubſtantię eius, quod ſignificat hoc nomen ſimitas, quod eſt congregatio naſi & ſimitatis. & nõ eſt pars definitionis concauitatis, ſed eſt ſubiectum ei. Et hoc, quod dicit, non accidit niſi in rebus, quarum nomina ſignificant aliquid exiſtens in ſubiecto, non aliquid exiſtens per ſe. & ſimiliter cuprum eſt pars definitionis idoli facti ex cupro, & non eſt ps formæ idoli. Et, cùm dedit differentiam inter partem definitiõnis, quæ eſt materia, & inter partem, quæ eſt forma, indiget dare differentiam inter materiam & formã, & dixit. forma igitur dicitur, & cętera, ideſt, & differentia inter formam & materiam eſt, quoniã forma prædicatur per ſe de habente formam, ſecundum quòd declarat quidditatem eius ſubſtantialem: materia

D 34 Idem. 2. de Aſa. t.c. 2. & hic ſupra. c. 7. & 8. Meth.

* Mã nõ ẽ ps qdditatis ſed vehiculũ dẽ-
E ferẽs q ditatẽ vide idẽ ſupra c. 21. & infra. cõ. 43.

F

G materia vero nõ prædicatur de habente formam vera prædicatione, nedum vt prædicetur per ſe. idolũ enim non dr eſſe cuprum, nec homo caro, nec ſimus naſus. D. dicit: Et ideo non dicitur in definitione circuli. i. qñ, cùm in definitionibus quorundam appareat materia, & ſunt compoſita ex materia in actu & forma, ideo definitiones omnes ſuarum partium non ſunt partes definitionis. Et, quia in definitionibus quarundam, ſ. rerũ ſimplicium non apparet materia in actu, & partes definitiõis in eis ſunt partes formæ, contingit in talibus iſtis, vt definitiones omnium ſuarum partiũ ſint partes definitionis. &, quia definitiones ſyllabarũ ſunt ex hoc genere, ideo definitiones literarum ſunr pars definitionis ſyllabæ. Et, quia diſpoſitio circuli cum ſuis partibus eſt diſpoſitio materię rei cum forma eius, ideo partes circuli non accipiuntur in definitione circuli: qñ in definitione circuli non apparet materia. et p hoc intẽdebat diſſoluere hanc qõnem. Et quia partes circuli non apparẽt in definitione circuli, ſicut materia apparet in definitione rerum habentiũ materiã, v.g. ſicut cuprum apparet in definitione circuli cuprei: & poteſt aliqs obiicere ei per hoc, deinde d. partes vero circuli, &c. i. & partes circuli, licet non ſint materia, quę apparet in definitiõe circuli, tñ eſt ſimilis materię, quę apparet in definitionibus rerũm, & eſt propinquior formę, q̃ materia, quę apparet in definitione circuli, qui eſt ex cupro. Et, quia partes circuli aſſimilantur materię, quæ apparet in definitionibus rerũ habentium materias, ideo definitiones partium non ſunt partes defi- K
nitionis circuli: ſicut definitiones literarũ ſunt partes definitionũ ſyllabarum. D. d. & forte eſt poſſibile, Solutio in ſtãtiæ ida ctæ.
&c. & dixit hoc, quia ſyllaba, cùm conſyderatur cum hoc, qđ eſt motus compoſitus ex duob⁹ motibus, eſt de numero rerum, in quarũ definitionibus apparet materia, & definitio cuiuslibet partis eius nõ eſt pars definitionis totius. &, cùm cõſyderatur ſm hoc, q̃ eſt vox compoſita ex duabus vocibus, eſt de numero rerum, in quarum definitione non apparet materia: & definitio cuiuslibet partis eius erit pars defi- L
nitiõis. Deinde inuenimus in libro continuum. Linea. n. non corrũpitur, &c. i. & apparet hoc, q̃ diminuitur aliquid inter hæc duo capitula, cum quo poſſet ſermo continuari. Sermo. n. eſt de definitione rerum, in quarũ definitione non intrat materia, vt linea, & ſũpficies: & in quarum definitionibus eſt materia, vt hõ, q̃ nunquã inuenitur niſi in carne, neruis, & oſſibus. & ſunt res, q̃ cũ accipiuntur, quodãmodo inuenitur materia in ſua definitione, & quodammodo nõ, vt circulus. qñ, qñ accipiť ſm q̃ eſt circulus cupri, M
inuenitur cũ ſua definitione materia: & qñ ſm q̃ eſt circulus, nõ inuenit in eo materia: & in quibuſdam eſt dubium. & ideo dixit poſt: & ideo ſunt ex iſtis ſm hũc modũ, &c. i. & ideo partes materiales rerũ, in quarum definitione inuenit materia, ſunt quodãmodo partes ſubſtantiæ, & quodammodo non ſunt partes ſubſtantiæ. in reſpectu congregati ex mã & forma ſunt partes ſubſtantiæ: in reſpectu vero eius, quod habet veram definitionem, ſ. formæ,

Mã nõ p̃dicať de hñte formã vera p̃dicatiõe, ne dũ vt p̃dicet̃ p ſe. vide idẽ ſupra a. c. 23 & q̃ ibi. In definitõibꝰ cõpoſitorum ex mã & forma apparet mã. Idẽ 2. Ph. t. c. vlti mi. & 1. de Aĩa. cõ. 16. Idẽ hic. 33. 37. 39. & 6 Met. t. c. 2. & 8. Me. t. cõ. 6.

Quõ ptes circuli aſſimilãť mãę in actu, nõ ſic ſyllabarum.

A ſ.formæ,non ſunt ſubſtantiæ. D.d. In quibuſdam autem,&c.& quia entia inueniuntur his duobus modis, ſ.forma ſine materia,& forma ĩ materia,ideo in definitionibus quorũ dam non inuenit̃ aliqua definitionum rerum,quæ ſunt in materia,& ſunt illa,quorum partes ſunt partes formæ eius: & non inueniuntur in alijs niſi per accidens, & ſunt quædam,in quorum definitione inuenitur materia neceſſario, & ſunt illa,quorum nullum inuenitur niſi ſit in re neceſſario,& eſſentialiter.

Diſtinguit modos, ſe cũduquos materia definit

B D.d.qñ iſta quædam,&c.i. qm̃ illa quædam ſunt, in quorum definitione non inuenit̃ materia, quæ eſt in actu:& quædam quorum definitio eſt ex materia,quæ eſt in actu,ſicut ex ea,& ſuis principijs.& ideo, cùm materia corrumpitur,corrumpuntur iſta. D.d.& omnia,quæ nõ cõgregantur cum materia &c.i.res,autem,in quarum definitione non apparet materia ſenſibilis, ſed apparẽt in ſua definitione partes formæ,aut non corrumpuntur aliquo modo, aut corrumpuntur per accidens.

C D.d.Ergo in illis,&c.i. & ideo illa, quorum eſſe eſt in alio, illud aliud eſt prĩcipia,& partes eorum.illa vero,quæ naturaliter non exiſtunt in alijs,ſed in ſua natura eſt ſua forma, illa alia non ſunt partes neq; principia eorum. D.d.&ideo corrumpit̃ idolum terreſtre in terra,&c.i.&qa quædam entia exiſtunt in alijs, vt idolum terreſtre in terra, & ſphæra cupri in cupro, & Calliasin carne & oſſibus,& circulus in partibus ſuis. Et intendit,q; partes eius ſunt quaſi materia,licet materia ſit non ſenſibilis,ſed intelligibilis,vt poſt dicemus.circulus igitur mathematicus in reſpectu partium aſſimilat̃ entibus,quæ ſunt in alijs. D.d.quodcunque igitur congregatur cum materia,&c.i.& cùm ita ſit, hoc nomẽ circulus,qñ dr̃ de circulo ſimpliciter,& qñ dicitur de circulo, qui magis eſt proprius iſto,&quaſi particularis in reſpectu ipſius,qa eſt ex cupro, aut ex terra,hoc nomẽ circulus dicitur æquiuoce.Plura enim,quæ ſunt huiuſmodi,non habent proprium nomen,ſ.qm̃ non eſt nomen propriũ, quod ſignificet circulum cupreum aut lapideum.

D Quid ſit mãſenſibilis,& qd ſ telligibilis Vide 1 cõ. ſequenti. &.5. Met. com.3.

E Dicta itaq; nunc quoq; veritas eſt,adhuc tñ dilucidius dicamus repetentes. Quæcunq;.n. rationis partes, & in quas diuiditur ratio,hæ priores, aut oẽs, aut aliquæ. Ratio vero recti nõ diuiditur in acuti rationem, ſed acuti in rectum.vtitur nanq; recto,qui definit acutum. minor etenim recto acutus. ſilr aũt circulus &ſemicirculus ſeſe habẽt: ſemicirculus nanq; circulo definitur.& digitus toto: talis.n.hominis pars digitus.Quare quæcunq; quidem partes vt materia,& in quas diuiditur vt ĩ materiam,poſteriores:quæcunque vero vt rationis, & ſm rationẽ ſubſtantiæ,priores, aut omnes, aut aliquæ. Qm̃ vero animaliũ anima (hoc enim ſubſtantia animati)ſecundum rationẽ, & formam ſubſtantia, & quod quid erat eſſe tali corpori:cuiuſq; nãque pars,ſi probe definiatur,nõ ſine eo opere definietur,quod ſine ſenſu non exiſtet: ſanè partes eius priores,aut oẽs,aut aliquæ

Vide contra. Zim.

F

G toto aïali. & de vnoquoq; sili. corpus vero, & eiꝰ partes posteriores hac substantia, & diuidetur in eas vt in materiam, nō ipsa substantia, sed totū. Toto itaque quodam modo quidē priores sunt hæ, quodam modo vero non, qñ quidem nec esse possunt separatæ. non. n. qui qūocūque se habet, digitus aïalis ē, sed æquiuocus, qui mortuꝰ ē. Quædam vero simul, quæcunq; principales, & in q̄ pria ratio, & substantia. vtputa si hæc cor, aut cerebrū est. nihil. n. differt, vtra talis sit. Homo vero, & equus, & quæ ita se habent in singularibꝰ sunt. vsie vero substantia nō est, sed totum quiddam ex hac rōne, & hac materia tāquā vniuersali. singulaī vero ex vltima materia iam Socrates est. & de cæteris similiter. Pars itaq; ēt formæ est (formam aūt dico quod quid erat esse) & ipsius totius, quod ex forma & ipsa materia est. Sed rationis partes, quæ formæ solum sunt, ratio vero est ipsius vniuersalis: circulo nanq; esse & circulꝰ, & animę & anima idem est. Totius vero vt circuli huius, & singulariū alicuius sensibilis, aut intelligibilis (dico autem intelligibiles quidē, vt mathematicos: sensibiles vero, vt æneos & ligneos) horum inquā non est definitio, sed intellectione, aut sensu cognoscuntur. cùm vero abeant ab actu, non est manifestum vtrū sint aliqñ, an nō sint: tñ semper dñr & cognoscū tur vniuersali ratione. Materia vero per seipsam incognita. Materia vero, quædam sensibilis, q̄dam intelligibilis. Sensibilis quidem, vt æs, & lignum, & quęcūque mobilis materia. Intelligibilis vero, quę in sensibilibus existit, non prout sensibilia, vt puta ipsa mathematica.

K Mā q̄dam sensibilis, q̄dā intelligibilis. Idē infra te. 39. & 8 Met. te. 15

Iam igitur diximus sermonem latentē modo, sed tamen dicamus magis manifestum. Sed prius reuertamur ad quot sunt partes sermonis, & in quæ diuiditur etiam L *sermo. ista. n. sunt ante, aut omnia, aut quædam. Definitio autē recti non diuiditur in definitionem acuti, sed quæ est acuti in rectum. quis enim definit acutum vtitur recto. acutus enim est minor recto. & circulus & semicirculus sunt similia istis. semicirculus enim definitur per circulum, & digitus per totū. digitus enim est pars talium partium hominis. Omnes igitur partes, quæ sunt tanquam materia, et* M *quæ diuiduntur sicut ista, q̄ sunt in materia vltima: & omnes, quæ sunt definitionis, & substantiæ, quam significat definitio, aut omnes, aut quædam. Et etiam anima animalis, (hæc enim est substātia animalis animati) per substātiā, quæ est tanquam definitio & forma, & quod est per essentiam talis. & vnaquæq; partium, si definitur bene, non definitur sine definitione*

A ucne, quæ eſt cum genere. ergo partes eius ſunt ante, aut omnes, aut quædam, magis quàm partes animalis congregati. & ſimiliter in omnibus particularibus. corpus vero, & ſuæ partes ſunt poſt hãc ſubſtantiam, & diuiduntur iſta, ſicut illa, quæ diuiduntur in materiam, non ita quòd ſint ſubſtantiæ, ſed quia ſunt vniuerſum. Iſta igitur ſunt ante totum, & forte non, quoniã non poſſunt diuidi. & non erit
B illud, quod eſt aliquo modo in aliqua diſpoſitione digitus animalis, niſi æquiuoce, vt mortuus. Et imagines eorũ, quæ ſunt in rei veritate, & in quo eſt definitio primo, eſt ſubſtantia, vt cor, aut cerebrum, aut illud quod eſt ex eis. & nõ eſt in hoc diuerſitas. Homo vero, & equus, & quæ ſunt huiuſmodi in particularibus non ſunt modo vniuerſali, ſed aliquid totale congregatum ex hac definitione & materia: ſicut duæ partes totius vltimi. & eſt ſermo etiam ſimiliter in alijs rebus. Forma vero eſt pars. dico autem formam illud, quod eſt
C per eſſentiam, & totum congregatum etiam ex materia & forma. Sed partes definitionis ſunt formæ tantum, definitio vero eſt totius. eſſentia enim circuli & circulus, & eſſentia animæ & anima ſunt idem. Res autem totalis congregata, verbi gratia iſte circulus, eſt aliquod particularium, aut ſenſibile, aut intelligibile. & dico intelligibilia vt mathematica, & ſenſibilia vt cuprea & lignea. iſta nõ habent definitionem, ſed cognoſcuntur cum cognitione aut ſenſu. & cùm recedunt ab intellectu, nõ manifeſtantur vtrum ſint, aut nõ ſint. & vnum non dicitur, neq; cognoſcitur ſermone vniuerſali. Materia vero per ſe non cognoſcitur. Et quædam materia eſt ſenſibilis, & quædam intelligibilis. Senſibilis vt cuprum & lignum, & omnia quæ mouentur. Materia intelligibilis eſt illud, quod eſt in ſenſibilibus, non ſecundũ quòd ſunt ſenſibilia, vt mathematica.

D

E

Partes definitionis ſunt formæ.

Iam igitur diximus, & cætera, & hoc quia ex ſermone prædicto declarauit, q̃ definitiones ſunt duob' modis: modo ſcilicet cuius altera pars eſt materia, & modo, in cuius definitione non apparet materia. & illud, in cuius definitione apparet materia, definitio ſuę partis non eſt pars definitionis totius, in eis autem, in quorum definitione nõ apparet materia, definitio cuiuslibet partis ẽ pars definitionis totius. & ex hoc ſolum modo apparet quare definitio quarundam partium definitionum eſt pars definitionis, & quarundam nõ: & non apparet ex eo ſolutio quæſtionis poſitæ, ſcilicet quare res totius ſunt ĩ definitione partis, quæ eſt in quantitate, & non inuenitur pars ĩ definitione totius. & ideo d. iam dixim', &c.

35 Præambula ad ſoluẽdã ſecũdã q̃ónem.

F

G Deinde d.Sed pri' reuertamur,&c. hoc eſt principium pſcrutatiõis de ſolutione quæſtionis, quam nititur ſoluere,& d.iſta enī ſunt ante,&c.i. iſta enim ſunt ante definitionē, aut omnia,aut quædam.qm̄, ſi omnia fuerint partes formæ, omnia erunt ante.& ſi quędam fuerint partes formæ,& quædam materiæ, quædam erũt priora tota definitione,& quædam non. Deinde d.Definitio autem recti, &c.i. & definitio anguli acuti non eſt pars definitionis recti, ſed econuerſo,ſ.ꝙ definitio recti eſt pars acuti.& ſimiliter eſt de defini-
H tione partis circuli cum circulo, vt de homine cum ſua parte, v.g.cum digito.homo enim accipitur in definitione partis,& non pars in definitione hominis. Et iſtæ definitiones,in quibus totum accipitur in definitione partis,ſunt de genere definitionum,in quibus apparet materia,non de eis,in quibus non apparet niſi pars formæ Deinde d.& omnes, quæ ſunt definitionis, &c.i.;& cùm ſit declaratum, ꝙ definitionũ quædam eſt, in qua apparet materia,& quædam non: ergo partes definitionum,&partes rei,quam ſigni-
I cãt,ſunt partes definiti, aut omnes, ſ.in definitionibus, in quibus nõ appareat materia:aut quædam,ſ.in definitionibus,in quibus apparet materia. Et, cùm voluit declarare quæ ſunt illa,in quibus non apparet niſi forma,& partes eius, & quæ ſunt illa,in quibus apparet vtrunq;, dedit exemplum de animali, & d. Et etiã anima animalis, &c.i. & anima eſt exiſtens ſubſtantia ī corpore, quod eſt recipiens animã,& ſunt illa, quorum congregatum dicitur animal: & definitiones omnes,quæ ſunt partes formæ,ſunt partes talis ſubſtan- K
tiæ,ſ.animæ & ſimilis. Et intendit, ꝙ definitio animæ,quæ dat quiditatem eius, videtur eſſe ipſum ſuum eſſe:& ꝙ in definitione eius nõ apparet materia omnino.illa autem,ī quorum definitione apparet materia,ſunt illa,in quorum definitione apparet aliud,& definitio dicitur in illis principaliter, &in iſtis ſecundàrio,vt declaratum eſt. Deinde d. & vnaquæq; partium,&c.i.& vnaquæque partium definitionum,ſiue fuerit de definitionibus, in quibus apparet aliud à definito, aut de eis, in L
quibus non apparet niſi definitum, non definitur niſi eo ꝙ in eius definitione appareat genus & differentia. Et intẽdebat notificare per hoc, ꝙ hoc ſequitur in omnibus definitionibus,& in rebus habentibus definitiones. Deinde d. ergo partes eius ſunt ante,aut omnes, aut quædam &c.i.& cùm hoc ſit declaratũ, partes cuiuslibet definitionis ſunt ante definitum, magis q̃ ſint partes definiti,quæ ſunt ſm quantitatem, ante totum:aut omnes, ſi in partib' definitionis non appareat materia: aut quædam, ſi appareat. Et dixit hoc:quia quęſtio prædicta fuit,qua M
re partes non inueniuntur in definitione totius, ſ. quæ ſunt ſecũdum quantitatem,& totum inuenitur in definitione partium.&dixit:qa partes definitionis præcedunt iſtas partes,ſ.quæ ſunt ſm quantitatem : aut omnes,ſi partes definitiõis ſunt formales:aut quædam,ſi quędam ſunt formales,& quædam materiales. Et intendebat,qm̄ ſi illud,qđ eſt prius, debet accipi in definitione rerũ poſteriorum,tũc recte accipit' rect', q eſt totũ,in definitione partis, & nõ econ-

Solo ad q ſtionẽ ſecundum materiã.

A econuerſo,ſ. ſm quantitatem. Qm̃ totum præcedit partē, magis q̃ pars totum.qm̃ prius eſt totū parte prioritate formæ ad materiam: & pars eſt prior toto prioritate materiæ ad formam.ſ. tempore indiuidualit. & ideo partes circuli p̃cedunt circulū indiuidualem non vſem: & definitio eſt partium præcedentium ſpeciem.& hoc eſt vnum eorū, p quæ diſſoluitur quæſtio prædicta, & eſt dicens,quare pars non inuenitur in definitione totius Et pars præcedit totum tunc,cùm ſit exiſtens per ſe: totum autem conſtituitur per partes.Deinde dicit:& ſiſr in oībus particularibus.i.& ſiſr eſt de oībus particularibus cum ſuis vſibus,ſ. ꝙ partes totius præcedunt in definitione particularia. non definitio particularium definitionem totiꝰ: ſicut eſt diſpoſitio generis cū ſuis ſpeciebus. Et dixit totum hoc,quia iſta eſt diſpoſitio recti cū acuto, & circuli cū ſuis partibus, & vſr generum cū partibus, quæ ſunt ſm quantitatem. & quaſi æquat partes rei ſm qualitatē cum eis,quæ ſunt ſm quantitatem. qm̃ prioritas qualitatis eſt prioritas formæ,& prioritas partium quanti

B

C titatis eſt prioritas materiæ, & totū eſt prius parte prioritate formæ. & ideo dixit: corpus autem, & partes ipſius ſunt poſt hanc ſubſtantiam,ſ. formam. Deinde d.& diuiduntur iſta, &c.i. & omnia diuiduntur in ſuas partes ſm quantitatem diuiſione rerum per ſuas materias. i. diuiſione ſpecie in indiuidua. Deinde incœpit diminuere prioritatē partium,quæ ſunt ſecundum quantitatem,quia eſt prioritas marerialis, & dixit:Iſta igitur ſunt ante totū, &c. i.& partes,q̃ ſunt ſm quantitatem, ſunt priores ſm tempus in generatione:& cum hoc iſta prioritas non inuenit in oībus & ſunt partes quæ non poſſunt ſeparari à forma:neq; præcedere eā in eſſe, neq; ſequi eā, vt partes animalis cum animali. qm̃ enim anima ſeparatur, nō noīatur à ſuo noīe vero niſi æquiuoce, v.g. digitus.qm̃,ſi dicatur digitus Ī mortuo,dr̄ ęquiuoce:& ſimiliter, antequam in eo ſit ſenſus.& hoc intēdebat,cùm dixit.qm̃ non poſſunt diuidi,&c.i.impoſſibile enim eſt, vt iſtę partes diuidant̄ à forma,neq; mutē tur in aliam ſpēm eſſendi, q̃ ſpēs & prima collocant̄ ſub eodē genere, niſi prima ſpēs,& aliæ ad quam mutantur,dicant̄ ęquiuocei vt hoc nomen manus, quod dr̄ de manu viui & mortui. D.d. Et imagines eorum, q̃ ſunt in rei veritate, &c.i. & omnes partes animalis ſunt in hac intentione,ſicut vera pars, in qua ē principium aīæ,aut cor, vt quidam dicunt:aut cerebrum,vt alij. Nulla enim eſt diuerſitas quo ad hoc, qd opinantur, ꝙ nomen dr̄ de prima parte,qm̃ ſeparatur à vita ęquiuoce cum eo exiſtente in vita. nullus.n. dubitat ꝙ,qm̃ in iſtis non fuerit forma,ꝙ tunc nomen eius non ſimplr dicetur de eis niſi æquiuoce.& Ī hoc non nocet quæſtio accidens, vtrum ſit cor, aut cerebrum. D. d. Homo vero,&equus &c.i.homo aūt demō ſtratus & equus demonſtratus & oē quod eſt ex particularibus, & non modo vſi, prædicatur nō plus q̃ de vno particulari,ſed eſt totū demonſtratum congregatum ex forma demonſtrata & materia demonſtrata, & eſt in ſua vltima ſpecie: ſicut Socrates in ſpecie hominis,& ſimiliter alia particularia in ſuis ſpeciebus.

D

E

F

Prioritas totius reſpectu partiū ē prioritas formæ ad materiā prioritas vero partiū reſpectu totius ē prioritas materiæ ad formā. Idē. 4. ph. cō. 49. & hic infra com. 39.

Pars aīalis qm̃ aīa ſeparat̄,non noīatur a ſuo noīe vero, niſi ęquiuoce. Idē. infra. 39. &. 4. Meteo. te. cō. vltimi & hic. cō. 37.

Vide. 7. phy. cō. 4.

G & intendit, licet non habeant noſa, ſicut Socrates & Plato habent. & intendebat, ꝙ hoc nomen ſpecies dicitur de indiuiduo & ſpecie æquiuoce. Deinde d. Forma vero eſt pars, &c. i. forma vero eſt pars: ſed nomẽ formæ dicitur de forma vniuerſali, quæ declarat quiditatem ſpeciei, & de forma particulari, quę eſt forma materiæ demonſtratæ. Deinde d. Sed partes definitionis, &c. i. ſed partes veræ definitionis ſunt partes formæ vniuerſalis: definitio autem totius, i. ſpeciei, non indiuidui. quiditas enim circuli & circulus ſunt idẽ apud ītellectum: & ſimiliter anima vniuerſalis, & quiditas animæ. D. d.

H Res autem totalis congregata, ſicut iſte circulus, &c. i. indiuiduum autẽ congregatum ex forma & materia demonſtrata, v. g. iſte circulus, aut aliquod particularium, quæ ſunt in materia demonſtrata, aut ſenſibili aut comprehenſa per intellectũ, aut ꝙ ſuum eſſe in ſenſibili ſit comprehenſum per intellectum, vt indiuidua, quæ ſunt in mathematicis: iſta enim non habent definitionẽ. D. dicit cauſam in hoc, & dixit: iſta enim

I non habent definitionem, &c. i. & illa, quæ cognoſcuntur per definitionem, non mutant ſm ſubſtantiam: q̃m ſcientia eorum nõ mutatur: ergo ſunt alia ab indiuiduis. Deinde d. & vnum non dr̃, neq; cognoſcit, &c. i. & vnum numero non cognoſcitur omnino per definitionẽ, ſed cognoſcitur ſenſu. i. & ideo non habet definitionem. Materia autẽ per ſe non cognoſcitur, ſed cognoſcitur per formam. D. d. Et quædam * materia eſt ſenſibilis, &c i. & intelligibile eſt illud, quod comprehendit in ſenſibilibus, & intellectus iudicat, ꝙ non ſunt in ſenſibilibus, ſm ꝙ ſunt K ſenſibilia: vt linea demonſtrata, & ſuperficies, & corpus. iſta. n. ſunt materiæ figurarum habentium angulos, & carentium angulis.

De toto igit̃ & parte, ac priore & poſteriore, quomodo ſe habeant dictum eſt. Ad interrogationem vero neceſſe eſt occurrr̃e, cùm quis interrogaret vtrũ rectus, & circulus, & aĩal priora, an in quas diuiduntur, & ex quibus ſunt, partes, ꝙ non ſimpliciter. nã etiam ſi aĩa animal ẽ, aut animatum, aut vnumquod L que, aut vniuſcuiuſq; , & circulus circulo eſſe, & rectus recto eſſe, & ſubſtantia recti, aliquid q̃dem & aliquo poſterius dicendum eſt, vtputa his, quæ in rõne, & aliquo recto. Etenim qui cum materia ęneus rectus, & q̃ in ſingularibus lineis. qui vero abſq; materia his quidem, q̃ in ratione ſunt, poſterior, partibus vero, quę ī ſingulari ſunt, prior eſt. ſimpliciter autem non eſt dicendum. & ſi diuerſa eſt, & non eſt anima animal, ſic etiam quaſ M dam dicendum, quaſdam nõ dicendum, vt dictum eſt.

Dictum eſt igitur, quomodo eſt de toto & parte, & de ante & poſt. Sed neceſſe eſt vt reſponſio ſit ſecundum interrogationem, quando aliquis quæſierit vtrum rectus & circulus vniuerſaliter ſint ante, aut partes, in quas diuiduntur. quoniam eſſentia non eſt recti ſimpliciter. neq; aĩa ſimpliciter ẽ aĩal

aut

Nomẽ formæ dr̃ de forma vſi & de ſola particulari. idem in ſequenti.

Prima cã, quare indiuidua nõ hãt definitionẽ. Vide infra 53

Mã per ſe nõ cognoſcit, ſed cognoſcit p formã. Idẽ 1. Ph. t. có. 69. & . 4. ph. có. 16. & 1. ca. de ſuba orbis & . 12. Met. có. 14. & 9 Met. 11.

* Diſtinctio de mã ſenſibili, & intelligibili, pro qua vide ſupra c. 34. & 5. Met. có. 3. & 8. Met. t. c. 15. & in hoc. 7. te. com. 39.

A *aut animatum, neq; vnuſquiſque circulorum: & quod hẽt quilibet circulus eſt circulus, & rectus & eſſentia recti eſt rectus, & ſubſtãtia, quæ eſt recti. Illa aũt, q̃ dicuntur poſt, & poſt non, ſicut illa, quæ ſunt in definitione, ſunt ante & poſt, i. rectus. Rectus. n. qui eſt cum materia cuprea, eſt rectus, & qui eſt in lineis particularibus. qui autem eſt ſine materia, eſt poſt partes, quæ ſunt in definitione, & ante*

B *partes, quæ ſunt in particularibus. & non dicuntur modo ſimplici, ſi vnum fuerit, aut fuerit non ſicut anima, ſi fuerit animal. ſecundum igitur hunc modum dicitur quidam eſſe, & quidam non dicitur, ſicut dictum eſt.*

36 Dictum eſt igitur, qũo eſt diſpoſitio totius apud partẽ in prioritate & poſteritate. D.d. Sed neceſſe ẽ, &c.i. ſed oportet vt reſponſio in interrogationib⁹, q̃ dñr æquiuoce, ſit diſtinguendo noĩa æquiuoca in illa interrogatione. v.g. ꝙ, cùm aliqs quæſierit vtrum angul⁹ rect⁹, aut circulus, aut animal ſint ante partes ſuas, aut econuerſo. oportet enim diſtinguere ſm quot modos dicit rectus, aut animal, aut circulus: & ſm quot modos dicitur pars aut totum & ante & poſt. Deinde incœpit narrare, ꝙ iſta nomina ſunt æquiuoca, & d. qm̃ non eſt eſſentia recti, &c.i. qm̃ intentio, quam ſignificat hoc nomen rectus, non eſt eadem, neq; comparatio animæ ad animal, aut animarũ eſt vna. Et intendit, ꝙ anima attribuitur aĩali attributionib⁹ diuerſis, quarum ſunt quædam veræ, & quædam falſæ. v.g. vt dicat ꝙ aĩa, aut ꝙ animatum ſit animal. Deinde d. & rectus & eſſentia recti. i. & oĩa iſta dñr æquiuoce, & ſecundũ attributiones diuerſas. Quiditas. n. recti vniuerſalis, & eſt forma, attribuit recto ſm ꝙ ſunt idem. dicim⁹ enim, ꝙ quiditas recti eſt rectus: & dicimus q̃ñq; ꝙ quiditas recti, & eſt forma eius, exiſtit ī recto. & ſm hoc forma recti nõ erit rectus: ſicut anima non eſt animal. D.d. Illa autem, quæ dicuntur poſt, & poſt non. i. & ſimiliter ante & poſt, q̃ dñr in iſtis rebus. Poſt. n. dr̃ multis modis. Illud enim, quod eſt poſt quodã mo- E do, & non eſt poſt quodã alio modo, eſt ſicut definitiones cũ ſuis partibus definitiuis, & partes eius, quæ ſunt ſm quantitatem cum definitione. D.d. & poſt. i. rectus &c.i cùm igitur dixerimus, ꝙ partes recti ſit poſt rectum, diſtinguendum eſt qd̃ rectum intendimus & quam partẽ. D.d. Rectus enim, qui eſt cum materia, &c.i. angulus enim rectus dicitur de illo, qui eſt in materia, ſ. particulari: & dicitur de illo, qui eſt non in materia, ſ. vniuerſali. & ſimiliter circulus dicitur de his duobus modis. vniuerſalia autem iſta ſunt poſt F partes ſuæ definitionis, & ante partes, q̃ ſunt in particularibus, & ante particularia. Deinde d. & non dicũtur modo ſimplici, &c.i. & non attribuũtur adinuicem attributione vera quocunque modo attributionis ſit: vt anima ad animal. dicere enim ꝙ anima eſt aĩal eſt falſum, & ꝙ eſt animatum eſt verum. Deinde d. ſm igitur hunc modum, &c.i. ſm igit̃ hũc modum attribuitur verum rebus, in quibus eſt definitio rerum,

Oportet vt reſponſio in interrogationib⁹ q̃ dñr æquiuoce, ſit diſtinguẽdo noĩa æquiuoca in illa interrogatione. Idẽ. 1. cœ. 110. & 4. ph. c. 24

Dicere ꝙ aia ẽ aĩal ẽ falſum. qd̃ qũo intelligẽdũ ſit vide ſupra com. 21.

G in quarum definitione apparet materia. & innuit per hoc, quod dixit, ſicut dictum eſt, illud, quod p̃dixit in prædicto cap. Omnes igitur partes definitionum, q̃ ſunt ſubſtãtiæ, quæ habent definitionem, aut oẽs, aut quædam, i. aut vere dicent̃ ſimpliciter de definito, & ſunt definitiones ſubſtantiales: aut quędam vere prædicabuntur, & quædam non, i. q̃ vere prædicãtur quodam modo, & alio modo nõ. & hoc manifeſti⁹ eſt in expoſitione loci præcedentis.

Quænam formæ, quæuè compoſiti partes ſint in ipſa definitione. Cap. 13.

H MErito autem dubitatur etiam quænam formæ ſint partes, q̃ vero non ſed eius, quod ſimul ſumitur, cũ & hoc non exiſtente manifeſto, non ſit definire vnumquodq̃. Vniuerſalis etenim & formæ definitio eſt. quæ eſt igitur partiũ vt materia ſunt, & quæ non, ſi nõ ſint manifeſtæ, nec rõ rei manifeſta erit. Quęcunq̃ igit̃ apparent aduenientia in diuerſis ſpecie, vt circulus in ære, ligno, & I lapide, hæc quidem manifeſta eſſe videntur qm̃ nihil ſubſtantiæ circuli æs, neq̃ lapis eſt: propterea q̃ ab eis ſeparetur. Quæ vero non videntur ſeparari, nihil quidem prohibet ſimilr̃ his ſe habere, quemadmodum ſi circuli omnes viderentur ænei. nihil.n. minus æs eſſet ipſius formæ. difficile tamen eſt hoc mẽte auferre, vt puta forma hoĩs sẽper in carnibus & oſſibus, & talibus partibus apparet. Vtrum igit̃ ſint ẽt hæc partes formæ & K rõnis? An nõ, ſed materia. verũ qm̃ non adueniũt ẽt in alĩs, nõ poſſumus ſeparare. Cùm autem hoc videat̃ quidem contingere, q̃n vero, non eſt manifeſtum.

Et rectum eſt, vt quærat aliquis quæ ſunt partes formæ, & quæ nõ ſunt partes eius, ſed congregati. quoniam, ſi hoc non fuerit manifeſtum, impoſſibile erit definire quodcunq̃. Definitio enim eſt vniuerſalis, & formæ. quæ igitur materia eſt partium, & quæ etiam L *cùm fuerit, non erit res, & ſic non erit definitio, quæ eſt rei manifeſta etiam. Omnia igitur, quæ videntur eſſe per formam in alio, vt circulus in cupro, & ligno, & lapide, iſta exiſtimantur eſſe. cuprũ enim non eſt aliquid de ſubſtantia circuli, neque lapis, quia ſeparatur ab eis. Omnia vero, quæ non videntur ſeparari, nihil prohibet vt ſint ſicut iſta, quemadmodum omnis circulus ſi videtur cupreus.* M *quoniam ſi ita eſſet, cuprum non eſſet ſine forma omnino. ſed difficile eſt vt hoc ſit ſeparabile in intellectu, vt forma hominis, quæ ſemper videtur, & in carnibus, & oſſibus, & ĩ partibus ſimilibus iſtis. Vtrum igitur etiam iſta ſint partes formæ & definitionis, aut non ſed ſunt materia. ſed, quia non ſeparantur in alio, etiam non poſſu-*

mus

Vtis & formæ eſt definitio. Vide con. Zim.

A nus cognoſcere ea. hoc enim exiſtimatur eſſe poſsibile, ſed non manifeſtatur in hac hora.

37 Cùm declarauit q̃ ſunt partes, quarum definitiones præcedunt definitionem totius, & quæ quarum præcedunt definitum tm̃, non definitionem totius, & quæ partes ſunt, quas totum præcedit, & ſunt illæ, q̃ ſunt ſm quantitatem, vult modo inquirere quæ ſunt partes formæ, & forma, quæ eſt materia, & dixit: Et rectum eſt, &c.i. & rectum eſt, vt aliquis quæreret quæ ſunt partes formę,

B & quæ non ſunt partes eius & intẽdit p hoc partes materiales. & cùm hoc non fuerit cognitum, tunc definitiones non erunt cognitæ. qm̃, cũ partes, quæ ſunt forma, non fuerint diſtinctæ apud nos à partibus, quæ ſunt congregatæ ex forma & materia, & tunc definitiones latebũt nos, & nõ poterim⁹ definire illud apud nos, quod eſt tale, donec diſtinguantur partes eius formales à partibus congregan ex materia. D. dedit cauſam in hoc, ſ. q̃ qui neſcit formam & ſuas partes, non poterit definire aliq̃d, & dixit: * Definitio enim eſt vniuerſalis, & formæ, &c.i. & cauſa in hoc eſt, qm̃ definitio eſt in tẽtionis vniuerſalis & formæ vniuerſalis, & proprie non congregati ex forma & materia: vt declaratum eſt in Poſterioribus analyticis. Deinde d. quæ igitur materia eſt partium, & cætera. i. & declarandum eſt quę eſt materia, propter quam inueniuntur partes in congregato ex illa & forma, & quæ eſt pars rei, quæ cùm fuerit, non ſequitur vt ſit res, ſcilicet materia. forma enim eſt pars, quæ cùm fuerit, eſt res. materia vero eſt illud, quod cùm fuerit, non erit res. D

Deinde dicit: & ſic non erit definitio rei manifeſta. i & ſi hoc non fuerit cognitum, definitio non erit cognita. Deinde incœpit perſcrutari de hoc, & dixit: Omnia igitur, quæ videntur, &c.i. & manifeſtum eſt, q̃ omnia, quæ videntur exiſtere ſecũdum formas in pluribus ſubiectis, quoniam formæ earum ſunt aliæ à materijs. & hoc manifeſtum eſt per ſe. verbi gr. circulus, qui quandoque eſt in cupro, & quandoq; in lapide, & in alijs materijs. Et ideo dixit: iſta exiſtimantur eſſe, &c.i. qm̃ manifeſtum eſt per ſe, q̃ cuprum non eſt E pars circuli ſubſtantię, nec lignum. circulus enim q̃nq; exiſtit i cupro, quandoq; in ligno. & ſi aliquorũ iſtorum eſſet de ſubſtantia circuli, tunc circulus non eſſet circulus, niſi per illud. Deinde d. Omnia vero, quæ non videntur ſeparari, &c.i. omnes vero formę, quæ non exiſtunt plus q̃ in vna materia, à qua nunquam ſeparantur quoniam hoc non prohibet intellectum intelligere, in eis eſt aliquid ſimile materiæ, & aliquid ſimile formæ. quemadmodum, ſi circulus nunquam eſſet niſi in cupro, hoc non prohibet in- F telligere, quòd cuprum non eſt forma circuli, nec pars formæ.

Deinde dicit: quoniam, ſi ita eſſet, tunc cuprum non eſſet ſine forma. quoniam, ſi forma circuli eſſet propria cupro, & cuprum proprium ei ad modum, ſecundum quem eſt in materijs rerum naturalium cũ ſuis formis, tunc non eſſet poſſibile cuprum eſſe ſine forma, niſi diceretur cuprum æquiuoce: quemadmodũ eſt impoſſibile carnem exiſtere ſiue ſenſu, & motu, niſi æquiuoce.

Deinde

Fofa ẽ, q̃ cũ fuerit erit res, ſ, mã cũ fuerit, nõ erit res.

*Definitio ẽ fofę vſus C & non cõgregati ex mã & forma. vide oppoſi. 8. Me. cõ. vl. Vide contradictiones Zim.

G Deinde dicit: ſed difficile eſt, &c. i. ſed differentia eſt inter formas, quæ non habent materias proprias, ſcili cet mathematicas, & formas naturales, quæ habent ſubiectum propriũ, verbi gr. forma hominis, quæ nunquam eſt ſine carne & oſſibus: qm̃ iſtæ formę naturales difficile abſtrahũtur intellectu à ſuis materijs. impoſſibile enim eſt intelligere hominem ſine carne, & oſſibus. formę autem mathematicæ, quæ inueniuntur in pluribus vna materia, intelliguntur abſtractæ à materijs. Et intendebat ꝙ intellectus comprehendit diuiſionem inter formas & materias facile: ꝙa abſtrahit eas in imaginatione à materia. in naturalibus vero difficile: quia nõ poteſt abſtrahere eas ĩ imaginatione à materia. Et ideo accidit quæſtio in talibus iſtis rebus inter partes, quæ ſunt per materiam, & inter illas, q̃ non ſunt per materiam, & ideo dixit: Vtrum igitur etiam iſta ſint partes formę, &c. i. & ideo dubitatur in talibus entibus naturalibus, vt in homine & in animali, vtrum tota ſint materię, aut ſint hoc formæ extra ipſa, aut ſint compoſita ex materia & forma. v. g. os & caro, vtrum ſint partes formæ in animali, aut partes materiæ. Deinde dedit cauſam ĩ hac quæſtione, & dixit: ſed quia nõ ſeparantur, &c. i. & cauſa in hoc, ꝙ nos nõ poſſumus diſtinguere inter eam, & formam in iſtis rebus, eſt quia forma non eſt in alijs materijs, ſed in vna materia. D. d. hoc enim exiſtimat eſſe poſſibile, &c. i. & diſtinguere formas à materijs eſt poſſibile ad ſciendum in oĩbus iſtis rebus, licet in aliqua hora non manifeſtetur, ſ. ĩ principio originis Philoſophię.

Conſimile ſupra 35

H

In nãlibus intellis nõ põt abſtrahere formã in imaginatione a mã. idẽ 4 ph. c. 16. & 1. de aia cõ 16. & q bi.

Sed vid op po. 4. phy. 1 c. 17. & 8. Met. cõ 8. Vide contra Zim.

Quidam etiam de circulo, & triangulo dubitant: tanquã non deceat lineis & continuo definiri, ſed hæc oĩa ſiſſr dici ſicuti carnes aut oſſa hoſs, & ęs & lapis circuli. & cuncta referunt ad numeros: & lineæ rationem, eã, q̃ duorum eſſe dicunt. Eorum ẽt, qui ideas dicũt, quidam ipſam lineam dualitatem, quidã lineæ formam. quædam etenim eadẽ eſſe formam & cuius forma, vt puta dualitatẽ & dualitatis formam. in linea vero non eſt. Accidit itaq; & vnam multorũ formam eſſe, quorum ſpẽs videtur diuerſa: quod etiam Pythagoricis accidebat. & contingit vnam omniũ facere ipſam formam, cętera vero nõ formas. ac hoc modo vnum omnia erunt. K L

Et quidam dubitãt in circulo, & in triangulo quoniam non debent definiri quòd ſunt lineæ et cõtinui, ſed dicuntur oĩa iſta, ſicut caro hominis dicitur, & oſſa eius, & cuprum, & lapis circuli ſunt quaſi membra circuli. & attribuunt oĩa iſta numeris: & dicunt quòd definitio lineæ eſt definitio duorũ. Et quidam eorũ, qui dicunt formas, dicunt quòd eſt linea. quoniã linea eſt prima dimenſio, & duo ẽ prima dimẽſio duorũ, & quidã, quòd eſt forma lineæ q̃dam. n. res ſunt eadem forma & habens formam, vt duo & forma duorum. & hoc non eſt in linea. M

Vnde

A *Vnde accidit, vt vna forma ſit plurium, quorum forma videtur eſſe partes: & hoc accidens accidit Pythagoricis etiam. et quòd eſt poſsibile vt iſtud ſit forma omnium, & vt alia non ſint forma. et ſecundum hunc modum omnia erunt vnum.*

38 Ideſt, Et quidam dubitant in circulo, & triangulo, & in alijs figuris. qm̃ vident, ꝙ non definiunt̃ per lineas, aut per naturam continui, ſed vidēt, ꝙ res mathematicę ſunt quaB ſi materię, & ꝙ iſta non habent formas, quę declarāt ſubſtantias eorū, & ꝙ ſunt ī entibus, quaſi os & caro. & hoc intendebat cū d. ſed dicūtur iſta omnia, ſicut dicit̃ caro, &c. D. d. & attribuunt omnia uumeris. i. & propter hoc poſuerunt formas omnium eſſe numeros, & poſuerunt omnia iſta contingentia eis in numerisillis. & iſti, qui poſuerunt numeros formas figurarum, dicunt, ꝙ definitio lineæ eſt definitio duorū. D. d. Et quidam eorum, qui dicunt formas, &c. i. & quidā eorū, qui dicunt formas eſſe, nō dicūt, ꝙ definiC tio lineę eſt pars duorū, ſed dicūt, ꝙ definitio lineæ eſt linea, & ꝙ in eo eſt primum & poſt, & remotio à linea, ſicut nos dicimus in definitionibus cum definitis. & ſimiliter dicunt in dualitate, ꝙ in ea eſt primū & poſt, & remotio à dualitate. i. qm̃ in iſtis rebus eſt aliquid ſimile formæ, & materię. & hoc intēdebat, cū d. & quidā ꝙ eſt forma lineæ. D. dicit: quędam. n. res, &c. i. & quidam iſtorum dicunt, ꝙ res diuidūtur in formam materialem, & in illud qđ habet formā, v. g. in duo demōſtrata, & ī formā dualitatis: & q̃dā ſunt D materia tm̃, vt linea. & hoc intēdebat, cū dixit: & hoc nō eſt linea. Et cùm notificauit, ꝙ iſti hoīes pōſuerunt oīa quaſi materias, & dicūt formas, & numeros eſſe, d. Vnde accidit, &c. i. & contingit iſtis vt res plures, quę videnť eſſe diuerſę fm formā, & definitionē, ſint vnum: & vt hoc, quod vī ſit falſum: & ꝙ oēs ſpecies ſint vnum fm formam, v. g ꝙ, ſi vnitas exiſtens in homine & lapide eſt eadē, neceſſe eſt vt forma hominis & lapidis ſit eadem. & ſimiliter in vnitatibus. & ſic hoc nomen vnum non dicetur æquiuoce, nec E multipliciter, ſed vniuoce. D. d. & hoc accidens accidit Pythagoricis, &c. & d. hoc, quia Pythagorici opinantur ét, ꝙ numeri ſunt principia entium, ſed non opinabant̃ eos eſſe principia fm formas, ſed fm ꝙ ſunt elementa entiū. vtriq; ſecťę contingit idem, ſ. vt formæ rerum, quę cōueniunt in eadem forma numerali, ſint eędē. vnitas. n. exiſtēs in quantitate continua, & diſcreta, & lapidibus, & animalibus, & cœlis facit omnia iſta eſſe eiuſdem naturæ. & ſic non erit illic differentia inter entia. Et hoc intendebat, cùm d. & quod F eſt poſſibile vt iſtud ſit forma omniū, & vt alia non ſint forma, ideſt, & ſecundum hoc contingit vt numerus ſit forma omnium rerum, & vt alia, quæ dicimus eſſe formas, non ſint formæ omnino. & ſecundum hoc omnia erunt numerus, & nihil erit hic extra naturam numeri.

Si vnitas exſiſtēs in homine & lapide ſit eadē, neceſſe ét vt forma hominis & lapidis ſit eadem.

Quòd itaq; habent aliquā dubitationem ea, quæ circa definitiōes ſūt, et quā ob cām dictū eſt. Quare cūcta ita reducere, &

auferre

auferre materiã, ſuperuacaneũ eſt.quædam nanq; fortaſſe hoc in hoc ſunt,aut ſic hæc habẽtia. Et comparatio de aĩali, quã iunior Socr.dicere ſolebat,non bene ſe habet.abducit.n.â vero,& opinari facit, tanquam cõtingeret hoĩem ſine partibus eẽ quẽadmodum abſq; ære circulum. Hoc aũt non eſt ſiſe.etenim ſenſibile quiddam fortaſſis aĩal ẽ, & abſq; motu definire non eſt. quare neq; ſine partibus quodã modo ſe habentibus.non.n. omnino pars hoĩs eſt manus, ſed illa,quæ poteſt opus perficere.q̃re animata exiſtens, non anima ta vero non eſt pars. Circa Mathematica vero, cur ratiões nõ ſunt partes rationum? vt circuli ipſi ſemicirculi:hæc.n. nõ sũt ſenſibilia.An nihil refert. erit nãque quorundam ẽt non ſenſibilium materia,& oĩs, quod non ẽ quid erat eſſe.circuli itaq; vniuerſalis quidem non erunt, ſingularium vero erunt hę partes, vt prius dictum eſt. eſt etenim materia,quędam ſenſibilis, quędam intelligibilis. Manifeſtum autem eſt q̃ aĩa quidem ſubſtãtia prima,corp9 vero materia. homo vero vel aĩal, qđ exambobus,vt vſe.Socr.vero,& Coriſcus,ſi aĩa quidem,duplex. hi enim vt animam dicent, illi autem vt ipſum totum. Quòd ſi ſimpſr aĩa hæc ſ, & hoc corpus, quemadmodũ vſe, ẽt & ſingulare.Vtrum autem p̃ter materiã huiuſcemodi ſubſtantiarum ſit aliqua alia,& oporteat quærere ſubſtantiam eorum aliquã aliã, vtputa numeros, aut aliquid tale,poſterius conſyderandũ eſt. Huius.n.gratia & de ſenſibilib9 ſubſtantiſs definire tentamus. qñ quidem quodam modo Naturalis & ſecundæ philoſophiæ op9 eſt,ea,q̃ circa ſenſibiles ſubſtantias,ſpeculatio eſt. non.n.ſolum de materia Naturalẽ cognoſcere oportet,ſed etiam de ea, q̃ ſecundum rationem,& magis.

Dictum eſt igitur,quòd in deſinitionibus eſt dubitatio, & quòd eſt hoc,quia omnia non ſunt eiuſdem dubitationis, & quia materia eſt materia totius. Rectum eſt igitur, vt quoddam ſit tale in hoc, ſicut hoc in hoc, aut ſicut oportet vt ſint illa,quæ ſunt ſemper. Et iõ ideæ,quas Socrates † minor eſt aſſuetus dicere in animalibus nõ eſt bonum.procedit enim a veritate, & exiſtimatur quaſi eſſet poſſibile vt homo ſit ſine alio,ſicut circulus ſine cupro.Et hoc nõ eſt ſimile. rectũ eſt.n. vt animal ſit aliquod habens ſenſum,& non eſt ſine motu:& ideo non eſt ſine partibus,et ſunt quodã modo,manus enim non eſt pars hominis oĩ modo, ſed quando poteſt complere actionem. cùm igitur fuerit animata, & cum nõ eſt,non eſt pars. In Mathematicis vero, quare non ſunt definitiones partium definitionum, vt ſemicirculorum?

G

H Non oĩno ps hoĩs é man9, ſed q̃ põt op9 perficere.

I Idẽ ſupra te.35.&.4. Met.15.

K

Nihil non ſolũ ãmã cognoſcẽ oportet,ſ; de ea,q̃ ſecundũ rõnẽ, & magis. Idẽ.2. Phy. 21. & 26.&.1.de

L Par.aĩaliũ cap.1.

† a.l.nou9

M

A *culorum? quia iſta ſunt inſenſibilia. Aut in hoc non eſt differentia, ergo erit materia etiam quibuſdam rebus non ſenſibilibus, & cuiuslibet, quod non eſt quid eſt per eſſentiam. circuli vero vniuerſalis non erunt partes, particularium autem erunt iſtæ partes, ſicut dictum fuit prius. materia enim alia ſenſibilis, alia intelligibilis. Manifeſtum eſt igitur, quod anima eſt prima ſubſtantia,*

B *corpus vero materia. homo autem et animal, aut illud quod ex vtroque, ſicut totale. Socrates vero, & Remus, ſi fuerit & corpus et anima, eſt dupliciter. quidam enim eſt ſicut anima, & quidam ſicut totum et congregatum. Et, ſi fuerit modo ſimplici, tunc iſta anima, & illud corpus erit ſicut vniuerſale, & particulare. Si autem aliqua ſubſtantia fuerit ſine materia, aut inueniuntur ſubſtan-*

C *tiæ aliæ à ſenſibilibus, perſcrutandum eſt poſtea. Quoniam propter hoc nitimur diſtinguere ſuas definitiones in ſubſtantys ſenſibilibus etiam. quonia quodam modo Naturalis, & Secundæ Philoſophiæ eſt conſideratio de ſubſtantys. oportet enim Naturalem, vt non ſolummodo habeat cognitionem materiæ, ſed cognitionem eius, quod eſt per definitionem, & magis.*

Dictũ eſt igitur, ꝙ in definitionibus eſt quæſtio: & dictum eſt in ſolutione iſtius queſtionis, ꝙ ſolutio eius eſt ꝑ hoc, ꝙ definitiones rerum non ſunt, ſicut dicẽtes formas opinabantur. D.d. & quia materia eſt materia totius, &c. i. &, quia materia manifeſtum eſt ꝙ non poteſt eſſe extra formã, manifeſtum eſt ꝙ formæ naturales, aut plures, aut omnes nõ ſunt extra materiam. D. dicit: & ideo ideæ, quas Socrates * minor eſt aſſuetus, &c. i. cum declaratum ſit, ꝙ impoſſibile eſt formam eſſe ſine materia, cum ſit impoſſibile materiam eſſe ſine forma, ergo illud, qđ opinaꝫ Socrates minor, & eſt Plato, ſ. animal abſtractũ eſſe, & hominem ſeparatum eẽ, eſt falſum, & extra rationem. qm̃, ſi ita eſſet, tunc poſſibile eſſet hominem eſſe ante hominem. & hoc intendebat cùm d. ſine alio. Et d. hoc. qm̃, ſi eſſet poſſibile hominem eſſe ſeparatum, tunc poſſibile eſſet hominem eſſe ſine corpore: quod eſt impoſſibile. & ideo dixit, ſicut circulus ſine cupro. i. ſermo Socratis facit imaginari, ꝙ in definitione hoĩs nõ eſt neceſſe vt appareat materia hominis. quemadmodum non eſt neceſſe vt materia circuli appareat ĩ definitiõe circuli, vt cuprum & lapis. Et d. hoc. quia illud, quod ſeparatur ſermone exiſtimatur ſeparari ſm eſſe. illud autem qđ non ſeparatur ſermone, quanto magis non ſeparatur in eſſe. & ideo ſermo obuiauit vero in hac opinione. D.d. Et hoc non eſt ſimile. i. & res naturales in hoc ſunt econuerſo mathematicis. quiditates. n. naturaliũ non pñt ĩtelligi ſine motu, & ſenſu, ſicut pñt intelligi qditates mathematicorũ.

D

39

E

F

Illud. qđ ſeparaꝫ ſermone, exiſtimaꝫ ſeparari ſecundũ eé.

D.d.

Digitized by Google

G D.d. & ideo nō eſt ſine partibus, i. & oportet hanc cām cogentē vt forma aīalis ſit in materia: impoſſe eſt enim vt aīal ſit ſine eo, quod habet partes materiales. D.d. & ſunt quo dammodo, &c. i. & partes, cùm ſeparant a ſenſu, ſunt alio modo ab eo, quo ſunt, qñ habēt ſenſum. v.g. qñ manus nō eſt pars hoīs, niſi qn agit actionē manus. D.d cùm igit fuerit animata, &c. i. & manus, v.g. qñ fuerit aīata, erit pars animalis: &, qñ non fuerit animata, non erit pars illius. Et cùm d. ꝙ iſta naturalia habens partes p quantitatē, quia non
H intelliguntſine materijs, & mathematica intelliguntur ſine mā ſenſibili, exiſtimat, ꝙ ſequitur ex hoc, ꝙ mathematica ēt non habeāt partes poſteriores definitiōe totius. ſed, qa habēt tales partes, accidit qō in hoc, & ipſe vult declarare hoc. Et d. In Mathematicis vero, quare nō ſunt definiōes partiū definitionum, vt ſemicirculi partes circulorū? quia iſta ſunt inſenſibilia. i. pōt enim aliquis dicere dubitādo: qñ definiōes omnium partiū nō ſunt ante definitionem totius, quia illa, q̄ ſunt talia, habent materias ſenſibiles, quare igit
I in Mathematicis non ſunt definiōes partiū ante definitionē totius, vt definitio ſemicirculorū? qñ iſta non habēt materias ſenſibiles. D d. Aut in hoc non eſt dīa, &c. i. & reſponſio in hoc eſt dicere, ꝙ iſta etiam habent materiā. ſicut illa. & ꝙ in hoc non differunt, ſed quædam habent materiam ſenſibilem, ſ. naturalia, & quædam intelligibilē, ſicut mathematica, ſicut dictum eſt. D.d. & cuiuslibet, &c. i. & vtriuſq; modorum duarum partiū, ſ. quæ ſunt ſm quantitatē in duobus generibus, ſ. mathematico, & naturali, nō habēt definitionē. & hoc intendebat, cñ d. illud, quod non eſt quid eſt p eſſentiam. K

D.d. circuli vero, &c. i. qñ partes, q̄ ſunt ante mām, quę ſunt poſterio resin definiōne à definitione totius, nō inueniunt in ſpecie intelligibili de circulo, ſed inueniunt in particularibus, ſ. in indiuiduis imaginatis, ſicut eſt diſpō in rebus naturalibus. D.d. mā enim alia ſenſibilis, alia intelligibilis. i. vtraq; enim nō indiuiduat, niſi quia eſt in mā. Et ideo d. poſt. Manifeſtū eſt igit, ꝙ aīa, &c. i. & ideo hoc eſt manifeſtū in animalibus, ſ. formā exiſtere in mā. mani L
feſtū eſt enim p ſe, ꝙ aīa in animali eſt prima forma, & ꝙ corpus ē mā.

D.d. homo autem, & animal, &c. ideſt, homo autem & animal eſt totum congregatū ex aīa, & corpore. D.d. Socrates, &c. i. nomina autem indiuiduorum qñ ſignificant corpus & animā, ſubſtantiā ſignificant duplicem, ſ. animam & corpus. D.d. Et, ſi fuerit modo ſimplici. i. ſicut ſignificat totū congregatū ex partib⁹ per ſe, & partes ēt per ſe. i. cùm ſignificāt partes indiuidui ſignificatiōe intentionis ſimplicis non cōpoſitæ ante iſtā animā & iſtud corp⁹, ſicut M
ſignificat congregatū & demōſtratum, v.g. iſtud aīal, & iſtū hoīem.

D.d. ſicut vſe, & particulare. i. & ſignificat vtrunq; iſtorum duorum modorū ſimplicium ſignificatione vſis, ſ. ſpeciei, & ſignificatione particularis. & ſiſt congregatum habet duas ſignificationes, ſ. ſignificationē indiuidualem, verbi gratia Socratē & iſtum hominem, & ſignificationem vniuerſalem, v. g. hominem. Et intēdebat, ꝙ eſt ens eiuſdem ſpeciei, ſ. ꝙ eſſe totius eſt eſſe partium.

Et,

Quidditas rerum ſenſibiles non poſſunt intelligi ſine motu & ſenſu. Idē ſupra. 37. & quę ibi.

A Et,cū declarauit, ꝙ oēs iſtæ ſubſtantiæ ſunt in materijs: & ideo definitiones quarundā partiū ſunt poſteriores definitione totius, & partes earū,quæ ſunt p quantitatem, non habēt definitiones,cùm nō ſint priores toto prioritate definitionis, ſed Idē ſupra com.35. prioritate materiæ ad formā, d. Si aūt aliqua ſubſtātia fuerit ſine materia,&c. i. & qđ apparet ex hoc ſermone eſt,ſ.ꝙ ſubſtātia, quā ſignificat definitio, eſt in mā. Vtrum aūt ſit hic aliqua ſubſtātia ſine mā, ſiłis iſtis ſubſtātijs,quæ ſunt in materijs: aut vtrū inueniunt in iſtis ſubſtantiæ, B q̄ ſunt aliæ ab iſtis ſubſtātijs ſenſibilibus,vt dicimus de numeris,perſcrutandū eſt poſtea. D.d. Qm̄ propter hoc nitimur diſtinguere has deſiōnes in ſubſtantijs ſenſibilibus etiā. i. nos enim nō pſcrutati ſumus de ſubſtātijs ſenſibilib⁹, neq; diſtinxim⁹ modos earū hac diſtinctione, niſi quia intendimus perſcrutari de ſubſtātia in ſenſibili. & pp hoc,quod dixit, Philoſophus prim⁹ nō conſyderat de ſubſtantijs ſenſibilibus, ſm ꝙ ſunt ſenſibiles, ſed ſm ꝙ ſunt ſubſtantiæ: Naturalis vero ſm ꝙ ſunt ſubſtantiæ ſenſibiles. Et ideo d. qm̄ C quodammodo perſcrutatio de ſubſtantijs ſenſibilibus,& conſyderatio de eis ē Philoſophiæ Naturalis,quæ eſt ſecūda, i. ꝙ Philoſophia Naturalis nō perſcrutat de ſubſtantia ſecundum ꝙ eſt ſubſtantia, ſicut facit iſta ars, ſed perſcrutat de ſubſtantia ſm ꝙ eſt ſenſibilis. & d. ipſam eſſe ſecundam ī reſpectu primę Philoſophię, quæ dicitur Metaphyſica, non ſm ordinem doctrinæ, ſed eſſe. D.d. oportet enim Naturalē vt nō ſolūmodo habeat cognitionē materiæ, ſed cognitionem eius, quod eſt per definitionem, & magis iſtam, ideſt D Naturalis enim non debet perſcrutari de ſubſtantia, quæ eſt materia, quia materia eſt propria entibus naturalibus, ſed & de ſubſtantia, quæ eſt forma, ſed tn̄ ad terminū notū. & ꝙ perſcrutat de hac ſubſtātia magis q̄ de ſubſtantia, q̄ eſt per materiā. & hoc declaratū eſt in 2. Phyſi. 21. & 26.

In definitionibus vero, quo modo partes, quæ in rōne ſunt, & cur vna ratio definitio (patet etenim ꝙ res vna: res autem aliquo vna, partes habens) poſtea conſyderādum eſt. Quid igitur E eſt quod quid erat eſſe, & quomodo ipſum per ſeipſum, vſr de omni dictum eſt. & cur quorundam ratio ipſius quid erat eē habet definiti partes, quorundam non. & ꝙ in rōne quidem ſubſtantiæ, q̄ ita partes ſunt vt materia, nō inerunt. nō. n. ſunt illi⁹ ſubſtātiæ partes, ſed totius. hui⁹ vero eſt quodā modo rō, & non eſt. cū materia nanq; non eſt: indefinitū etenim. ſecundū primā aūt ſubſtantiam eſt, vt hominis aīę rō. ſubſtātia enim eſt forma, F q̄ ineſt: ex qua & materia, tota dr̄ ſubſtātia: vt cōcauitas. ex hac enim & naſo, ſim⁹ naſus, & ſimitas ē. bis nāq; in his inerit naſus.

Et cùm partes, quæ ſunt in ſermone, ſunt quoquo modo partes definitionum etiam, & definitio eſt vnus ſermo, quia res iſta eſt vna, & hoc manifeſtum eſt, quoniā vero res quoquo modo eſt vna, & habet partes, perſcrutandum eſt poſt.

Dictū

G *Dictum eſt igitur, quid eſt eſſe per eſſentiam. & quomodo eſt per eſſentiã, & quomodo eſt per ſe, quoniam eſt vniuerſale de omni. & quare in quibuſdã rebus ſermo, qui eſt quid eſt per eſſentiam, & in eo ſunt partes definiti, & in quibuſdam non. & quòd partes, quæ ſunt per materiã, nõ ſunt in definitione ſubſtantiæ. quoniã illa ſubſtantia non habet partes, ſed partes ſunt ſubſtantiæ congregatæ. & iſta ẽt*

H *habet quoquo modo definitionem, & non habet etiam. quoniã, cùm fuerit cum materia, non habebit: quia nõ eſt definitum per primam ſubſtantiã, vt ſermo animæ hominis. ſubſtantia enim eſt forma, quæ eſt in eo. & ex eo etiam dicitur cõgregatio materiæ, & ſubſtantiæ etiam: vt concauitas. quoniam ex ea, & ex naſo eſt ſimus, & ſimitas. & naſus bis eſt in iſtis.*

40 I Et, cùm ſit declaratum, ꝙ partes ſubſtantiæ quoquo modo ſunt partes definitionũ, & definitio hẽt vnũ ſermonem, quia res definita eſt vna eſſentialr. & poſt dicemus qũo definitio eſt vna, & habet partes. Et dixit, quoquo modo, quia definitio eſt vnũ cum definito ſm prędicationẽ: non quia ipſa definitio, quæ eſt forma, eſt ipſum definitũ, quod eſt habens formam. Et, cùm peruenit ad hunc locũ, fecit rememorationẽ de declaratis, & d. Dictũ eſt igitur, &c. ideſt declaratũ eſt igit, quid eſt ſubſtantia, quæ eſt quiditas rei, & quomodo iſta ſubſtantia eſt prædicabilis de illo, quod eſt ſubſtantia p ſe, & ꝙ hoc eſt ei ſm ꝙ eſt vris. Et declaratum eſt ẽt, quare in quibuſdã definitionibus oẽs partes ſunt partes definiti, & quibuſdã definitionibus non oẽs partes ſunt partes definitionum, ſed ipſius definiti. D.d. & ꝙ partes, quæ ſunt p materiã, nõ ſunt in ſermone ſubſtantiæ, &c. i. & declaratum eſt ẽt, ꝙ partes rei, quæ ſunt p materiam, & ſunt illæ, quæ ſunt p quantitatem, non accipiunt in definitione ſubſtantiæ, quæ eſt forma. qm̃ iſta ſubſtantia nõ habet partes quãtitatiuas, ſed iſtæ partes ſunt ſubſtantiæ cõgregatæ ex mã & forma, & eſt res demonſtrata. & intendit ſicut partes circuli, & ptes recti. D.d. & iſta ẽt habet quoquo modo definitionẽ, &c. i. declaratum eſt, ꝙ ſubſtantia, quæ eſt forma, habet definitionẽ quoquo modo. & ponatur ipſam eſſe verã definitionem: qm̃ in definitione iſtius ſubſtantiæ apparet aliud, & eſt ſubiectũ: vera autem definitio, in qua non apparet aliud, non eſt hmõi definitorũ. D.d. cauſam in hoc. & d. qm̃, cùm fuerit cum materia, &c. i. cauſa enim in hoc eſt, qm̃ res, quæ ſunt in illis, nõ ſunt definitæ p definitiones primarũ ſubſtantiarum, quæ non ſunt in alijs. *anima enim quia ẽ exiſtẽs in alio, nõ habet perfectam definitionem.

D.d. ſubſtãtia enim eſt forma, &c. ideſt qm̃ hæc ſubſtantia, quę eſt forma in talibus reb⁹, & ex illo, in quo eſt, ſ. materia, erit definitio congregati ex eis. vt ſimitas, quæ definitur per concauitatẽ, quæ eſt in hac definitione, quaſi forma, & ſubiecto cõcauitatis, quod eſt naſus. & ideo accidit in talibus definitionibus dicere materiã

Definitio eſt vnũ cũ definito ſecũdum prędicationem: non qa defiõ, q̃ eſt fora, eſt ipm definitũ, qđ eſt hñs formã. Idẽ ſupra cõ. 11. 34. & 36.

* Aſa, q̃ exiſtens alio, ſi h pfectã d finition Vide cã 8. Met. c. &. 16.

A materiã bis, neceſſe eſt enim vt definitio congregati componatur ex duabus definitionibus duarum partium, ex quo ſequitur materiam dici bis, vt declaratum eſt in principio iſtius tractatus.

In tota vero ſubſtantia, vt naſo ſimo, aut Callia, ineſt ẽt materia. Et quod qd erat eſſe & vnũ quodq; in quibuſdam quidem idẽ eſt, vt in primis ſubſtantijs: vt puta curuitas & curuitati eẽ, ſi prima eſt. dico aũt primam, q̃ non dr̃, eò q; aliud in alio ſit, &
B ſubiecto, vt materia. Quæcũq; vero vt materia, vel vt ſimul cũ materia ſumpta ſunt, non idem: neq; ſm accidens vnum, vt Socrates & muſicum. hæc. n. ſm accidens eadem ſunt.

In ſubſtantia vero congregata, vt naſo ſimo, aut Callia, non eſt materia. Et quòd illud, quod eſt per eſſentiam, & ſimplicia in quibuſdam ſunt rebus, quæ ſunt eadẽ, ſicut ſunt in prima ſubſtantia, vt reflexio & eſſentia reflexionis, ſi
C *fuerit primum. & dico primum illud, per quod non dicitur aliud eſſe in alio, vt in ſubiecto. Omnia uero, quæ ſunt ſicut materia, aut ſicut congregata ex materia, non ſunt idem, neq; ſunt vnum per accidẽs, vt Socrates, & muſicus. quoniam omnia iſta ſunt per accidens.*

41 Dicit, compoſita vero ex materia & forma in actu, vt congregatũ ex naſo & cõcauitate, qd̃ dr̃ ſimitas, ſubſtantia, quæ eſt ex eis tanquam forma, non prædicatur de materia D
ſm modũ ſm quem quiditas rei eſt ipſa res in prædicatione, & ſunt res exiſtentes per ſe. D. expoſuit hoc, & d. & ſimplicia in quibuſdam rebus, &c. i. & res determinatæ in quibuſdam vero quiditates ſunt ipſæ. i. quiditates earum declarant ſuas eſſentias ſecũdũ quid: & ſunt illa, de quibus dr̃, q̃ prædicatum eſt ſubſtantia ſubiecti, vt inuenitur in primis ſubſtantijs: v. g. reflexio, & quiditas reflexionis. ſed quia reflexio non eſt prima ſubſtantia in rei veritate, q̃ a eſt in alio, ſed tñ qñ intellectus abſtrahit eam à ſubiecto, tunc ita ha- E
bet ſe ad quiditatẽ, ſicut primæ ſubſtantiæ ad ſuas quiditates, d. ſi fuerit primum. D expoſuit primum, & d. & dico primum, &c. i. & intelligo p primam ſubſtantiam illud, qd̃ non dr̃ in ſubiecto: & iſta ſunt vniuerſalia ſubſtantiarum, vt dictum eſt in Prædicamentis. D. d. Omnia vero, quæ ſunt ſicut materia, &c. i. compoſita vero ex materia & forma ẽt ſunt illa, quæ inueniuntur in alijs eſſentialiter: licet quiditates eorũ non declarent eſſentias eorum, ſm q̃ q- F
ditates primarum ſubſtãtiarum declarant eſſentias earum: qm̃ cõgregatum ex duabus partibus in eis nõ eſt vnum per accidẽs, ſicut eſt diſpoſitio in rebus, quæ ſunt vnum per accidens. ver. g. homo muſicus, & homo albus. Et intendit, q̃ differentia inter hominem & muſicum & naſum cõcauum, quod dr̃ ſimitas, eſt, quia naſus ſimus eſt vnum eſſentialiter, & concauitas eſt inſeparabilis ab eo. homo autem albus non eſt ita: quoniam albedo non eſt inſeparabilis ab eo. & ideo homo alb⁹ eſt vnum per accidens. Et intendit, q̃

G naſus diuiditᵉ in concauū,& non cō cauum, ſm ꝙ genus diuiditᵉ in ſuas dīias eſſentiales:& hō non diuiditᵉ album & non albū,niſi ꝑ accīs.albedo.n.inueniᵉ in pluribus ſpēb⁹ alijs ab hoīe & dīiæ naſorum, in quibus differunt,non inueniūtur niſi in figuris & ideo non eſt remotū, vt aliquid in prædicamento qualitatis accipiatᵉ in definitione eius, quod eſt in prædicamento ſubſtātiæ.& Ariſ. perſcrutabitᵉ de hocī tract. ſequēti.

Non ē remotū vt aliquid in ꝑdicamēto qualitatis accipiatur in definitiōe eiꝰ, qđ ē in ꝑ-

Quo pacto ex definitionis partibus vnum fiat. Vbi de definitionibus ſecundū diuiſionem multa. Cap. 14.

H dicamēto ſit hæ. vide idē 8. Met. t.c.5. & 4. cœl. 6. & 26. & 8. ph.32. & 1 de Aīa. 2. & 5. Phyſ. com.10.

NVnc autem primo dicamus quatenus in Analyticis de definitione non eſt dictum. dubitatio nanq̄, q̄ in illis dicta eſt,proderit ſermonibus de ſubſtantia. Dico autē hanc dubitatiōnem,quare vnū eſt definitum,cuius rōnem definitionem eſſe dicimus. vt hoīs aīal bipes (ſit nanq̄ eius rō) cur igitur hoc vnum eſt,non autem multa,animal & bipes? Homo enim & album multa quidem ſunt,cūm non inſit alterū alteri.

I vnum vero cūm inſit, & ſubiectum,vt homo, aliquid paſſum fuerit.tunc. n. albus homo vnū fit,& eſt. hic vero non eſt alterū alterius particeps. genꝰ etenim non vī particeps eſſe differētiarum.ſimul nanq̄ contrariorum idē participaret.differentiæ nāque contrariæ,quibus genꝰ differt.Quòd ſi ēt participat, eadē rō eſt,ſi dīiæ quidē plures ſunt: vt pedeſtre,bipes,īplume. Cur

Genus nō vī pticeps eē dīiarū.

enim vnum, ſed nō multa ſunt K hæc? non.n.quia inſunt:ſic.n.ex omnibus erit vnū. oportet autē vnum eſſe,quæcunq̄ in definitione ſunt.definitio nanq̄ ratio quædam vna, & ſubſtantia eſt: quare vnius cuiuſpiam oportet ipſam eſſe rationem.etenim ſubſtantia vnū quiddam & quod quid, vt dicimus,ſignificat.

Definitio rō q̄dā & ſubſtantia eſt vna.

Dicamus igitur nunc primo de definitione, cùm non ſit dictum in analyticis.quæſtio enī difficilis dicta in illis præcedit ſermonem de L *ſubſtantia. Et dico hanc quæſtionem,qua de cauſa eſt vnum illud, de quo dicimus quòd ſermo eius eſt definitio. vt ſermo hominis animal bipes(& ſit hic ſermo eius) quare eſt vnum,& nō multa,ſcilicet animal,& bipes. In homine vero & albo eſt multum. quoniam alterū non eſt reliquum: vnum vero cum ineſt,& cùm ſubiectum fuerit homo. tunc.n.fit vnum, & eſt albus homo. hic autem alteram non eſt* M *in reliquo.genus.n.nō exiſtimatur congregare differentias.& ſi non, tunc idem congregaret contraria inſimul,differentiæ enim, in quibus genus diuiditur,ſunt cōtrariæ. Et ēt,ſi vnus ſermo congregat differentias,& differentiæ ſunt multæ, v.g. ambulans,bipes, nō pennatum,quo iſta ſunt vnum, & non plura? Non.n.ſunt vnum,quia sūt in vno. quoniam ſecūdum hoc erit*

vnum

A *vnum ex omnibus rebus. & oportet vt sint vnum omnia, quæ sunt vnum numero. quoniam definitio est vnus sermo de substantia: ergo debet esse sermo vnus. substantia enim est vna, & significat rem, sicut diximus.*

42 Dicit: Dicamus igitur nũc de definitione, quare significat vnum, & hẽt partes. hoc.n. nõ fuit dictũ i Posteriorib⁹ analyticis. qm illic posuit hanc positionem, & non dedit cãm.

Cõsyderare de definitionib⁹ ẽ ofe Logico, & prio philosopho, differenter, tñ &c.

B Consyderare enim de definitionibus est commune Logico & Philosopho: sed duobus modis diuersis. Logicus.n. consyderat de definitionibus, fm ꝙ est instrumentum, qđ inducit intellm ad intelligere quiditates rerum: Philosophus autem, secundum ꝙ significat naturas rerũ. & ideo dare causas de hoc magis est proprium huic scietiæ. causa enim in hoc est, qm vltima differentia data in definitionibus est differentia, q̃ continet formam, per quã ens est vnum in actu, & ens in actu. differẽtiæ, n. quæ sunt ante vltimam differentiam, sunt existentes in definito potentia. & ideo definitum nõ multiplicatur p multiplicationẽ partiũ definitionis. Et cũ dixit, ꝙ intentio eius nunc est loqui de definitione, & dicere qõnem, quam dimisit in Analyticis, dixit: quæstio.n. difficilis, &c.i. ista enim quæstio debet pręcedere sermonem de substantia. ista.n. quæstio est de quæstionibus, super quas fundatur scientia de quiditate substantiæ. D. induxit quæstionem, & dixit: Et dico hanc quæstionem, &c.i. & quæstio est, quare dicimus vnum in re, de qua dicim⁹, ꝙ sermo, qui significat illam, est definitio. v.g. cùm dicim⁹ ꝙ homo est animal bipes. D.d. & sit hic sermo ei⁹. i. & cum definitio hominis, v.g. est animal bipes, sit quęstio, quomodo dicimus ꝙ homo est vnũ, & non plura, cùm accepimus in definitione plura, s. animal & bipes. D.d. In homine vero & albo, &c.i. dicere vero homo albus non significat vnũ: qm̃ alterum istorũ non est reliquũ essentialiter. & ideo homo & albedo non sunt idem nisi per accidens. D.d. & cum subiectũ fuerit homo, &c.i. & homo albus est vnum: quia subiectũ albedinis accidit ei ꝙ fuit vnum. & ideo est vnum per accns. E D.d. hic aũt, &c.i. & intendit, ꝙ bipes non est in aãli, sicut album in hoĩe: nec definitio dr̃ esse vna hoc modo. D.d. cãm in hoc & d. genus enim non existimat, &c.i. vna.n. ſpecies, aut genus non existimat ꝙ i eo inueniant dr̃iæ contrariæ, sicut inueniuntur albedo & nigredo in hoĩe. Deinde d. Et etiã, si vnus sermo cõgregat differentias, &c.i. & etiã q̃ret aliquis, & dicet, si vnus sermo q̃ est definitio, quæ congregat multas differentias, v.g. animatum, ambulans, bipes, quæ existunt in definitione I hominis, quõ igit̃ dr̃ in istis, ꝙ sunt M vnum, & non multa? D.d. Non enĩ sunt vnum, quia sunt in vno. i. istæ enim differentiæ non dr̃ per accns esse vnum, s. quia sunt in vno, sed essentialiter. qm̃, si concesserimus, ꝙ omnia, quę sunt in vno, sunt vnum essentialiter, contingeret, quod totꝰ mundus esset vnum essentialiter. omnia enim sunt in cœlo, quod est vnum. Deinde dicit: & oportet vt sint vnum, & cętera, idest & oportet vt illa, q̃ sunt vnum p definitionẽ,

Dr̃iæ, q̃ st̃ añ vltimã diam, sũt C existentes Idefinito i potẽtia. cõ sise cõ. sequenti. & 8. met. te. com. 6.

Si ofa, q̃ st̃ in vno, sint vnũ essentialr, totus mũdus esset vnũ essentialiter

G ſint vnũ numero: quia definitio eſt ſermo vnus, qui ſignãt ſubam vnã. oẽ.n qđ ſignãt definitio, eſt vna ſubſtantia: ergo neceſſe eſt vt definitio ſit ſermo vnius, quia ſignãt ire vnã ſubam. Et d. hoc, quia iã ꝓdixit qũo definitio eſt multa, & eſt vnius: & ipſe d. econtrario, ſ. ꝙ vna eſt res, qa hẽt vnã definitionem, ad declarandum ex hoc, ꝙ definitio eſt vna.

Oportet autem primo conſyderare de his, q̃ ſm diuiſiones ſunt, definitionibus. Nihil.n. aliud in definitione eſt, niſi quod
H primũ dr̃, genus, dr̃ię, cætera vero genera ſunt, & ipſum primũ, & poſt hoc, q̃ comprehendunt dr̃iæ. vtputa ipſum primũ, eſt aĩal: conſequẽs vero, aĩal bipes, & rurſus aĩal bipes implume. Similr̃ ẽt ſi per plura dicatur, & oĩno nihil differt per multa, an ꝑ pauca dicaẽ. neq; vtiq; per pauciora q̃ duo. duorum vero hoc quidem genus, hoc vero differẽtia. vtputa huius aĩal bipes, animal quidem genus, differentia vero alterum. Si igiẽ genus ſimpliciter non eſt præter eas, quæ
I vt generis ſpecies ſunt, aut ſi eſt quidem, ſed tanquã materia eſt (vox nãq; genus & materia, differentiæ autem ſpẽs & elemẽta quoq; ex hac faciunt) manifeſtũ eſt ꝙ definitio eſt ex differẽtr̃s ratio. At vero oportet etiam diuidi differentia differentiam. vtputa aĩalis dr̃ia eſt pedes habere, rurſus aĩalis pedes habentis dr̃iam ſcire oportet, put pedes hẽt. quare non eſt dicẽdũ pedes habentis aliud plumiferũ, aliud K implume, ſi bene dicaẽ (verũ qa non põt, faciẽt hoc) ſed ſi aliud fiſſos, aliud nõ fiſſos pedes hñs. hæ.n. pedis dr̃iæ ſunt. fiſſio nanque pedũ aliqua peditas eſt. & ſic̃ ſp procedi vult, donec ad indifferentia deueniaẽ. tum ãt tot pedis ſpẽs erunt, quot differentiæ, & pedes habentia aĩalia æq̃lia differentr̃s. Si igiẽ hęc ita ſe habeant, manifeſtum eſt ꝙ vltima dr̃ia, rei ſubſtantia erit, & definitio. ſiquidem nõ oportet crebro eadem in definitionib⁹ dicere: ſuperfluum nãq; eſt. Accidit L aũt hoc. cum.n. aĩal pedes hñs, bipes dicat, nihil aliud dixit, niſi aĩal pedes habens, duos pedes habẽs, & ſi hoc propria diuiſione diuidat, crebro & ęqualiter, ac dr̃ias dicet. Si igiẽ dr̃ię differentia fiat, vna, q̃ vltima eſt, erit ſpẽs & ſubſtantia. Si aũt ſm accidens, vt ſi diuidat habẽtis pedes, aliud album, aliud nigrum, tot quot ſunt ſectiones. Quare manifeſtũ eſt ꝙ definitio eſt rõ, M q̃ ex differẽtr̃s eſt, & ex harum vltima ſecundũ rectũ. Patet aũt hoc, ſiquis tranſponat tales definitiones, vtputa hoĩs, dicẽs aĩal bipes, habens pedes. ſuperfluũ enim eſt habens pedes, dicto bipede. ordo vero nõ eſt in ſubſtãtia. quo nanq; modo intelligere oportet, hoc quidẽ prius, illud vero poſterius? De his igiẽ definitionibus, quæ ſm diuiſiones fiunt, quales quędam ſunt, hactenus dicta ſint.

Sed

A Sed per ſcrutãdum primo de definitionibus, quæ ſunt ſecundum diuiſionem. Nihil enim eſt aliud in definitiõe p̃ter genus, quod dicitur primum & differentia. alia vero ſunt genera, vt primum, & differentiæ, q̃ exiſtunt cum eo. vt primum animal, quod recipit animal bipes, & etiam animal bipes, non pennatum. Et ſimiliter etiam eſt, ſi dicitur per plura. & vniuerſaliter non eſt diuerſitas, ſiue dicatur B per multa, ſiue per pauca. ergo non eſt diuerſitas inter illa, quæ dicuntur per pauca, aut illa, quæ dicuntur per duo, cùm dicuntur per duo. genus vero ſicut eſt illud, quod eſt animal, & animal eſt genus, & illud differentia albedo & nigredo. Aut non erit genus modo ſimplici aliud à forma, quæ eſt ſicut forma generis, aut æris, hoc ẽ ſicut materia. ſonus aũt eſt genus et materia, differentiæ autẽ faciunt formas & literas ex ſono. manifeſtũ C eſt igitur, quòd definitio eſt ſermo ex differentys. Sed oportet diuidere differentias differentia. & oportet diuidere animal habens pedes ſecundum quòd eſt bipes, & non oportet dicere quòd bipes quoddã eſt pennatum, & quoddam non pennatum, ſi intendit bonus ſermo (quoniam hæc non ſunt niſi in non poſſe diuiſionis) & oportet vt diuiſio bipedis ſit talis, bipedis, aliud eſt ſciſſorum pedum, & aliud nõ D ſciſſorum. iſta. n. ſunt differentiæ pedum. quoniam ſciſſura pedũ eſt aliqua diſpoſitio propria. & ſic procedatur ſemper, donec perueniatur ad diuerſa. tunc igitur erit diuiſio pedis ſecundum differentiarũ numerum, & erunt animalia bipedia æqualia numero differentys. Ergo manifeſtum eſt, quòd ultima differentia erit ſubſtantia ſolius rei. & nõ oportet dicere hos ſermones in definitionibus multotiens: E quoniam hoc eſt ſuperfluum ĩ operatione. Et hoc accidit. quoniã cum dicitur, animal bipes, de quo prædicãtur duo pedes, nullus dicitur animal præter animal habẽs duos pedes. & ſi diuiſit diuiſione propria, tunc dicet multotiens ſecundũ numerum differentiarum. Et, ſi fuerit differentia differentiæ, tunc vltimum additũ erit forma, & ſubſtantia. Et, ſi diuiſerit per accidẽs, verbi gratia, ſi bipes quoddam ẽ F album, & quoddam nigrum, tũc erit ſecundum numerum diuiſionum. Cum ergo declaratum eſt, quòd definitio eſt ſermo, qui eſt ex differentys, & ex ſuis partibus etiam, tunc erit manifeſtum quòd ſi aliquis mutauerit definitiones tales, vt eſt definitio hominis, & dixerit ipſum eſſe animal bipes, de quo prædicãtur duo pedes, quòd hoc verbum, de quo prædicantur

G *duo pedes, eſt ſuperfluum. cum enim dicetur bipes, non erit ordo in ſubſtantia. quoniam, quomodo eſt intelligendum, quòd quædam eſt ante, & quædam poſt? iſte igitur ſermo primus eſt in definitionibus, qua ſunt ſecũdum diuiſionẽ.*

43 Cùm quæſiuit quomodo definitio eſt vna & habet multas partes, & quomodo definitum eſt vnum, & definitio hẽt multas partes, vult ponere principium perſcrutationis de hoc à definitionibus, quæ ſunt ſm
H diuiſionem, vt ei appareat ſolutio quæſtionis. Et d. Sed perſcrutandũ primo, &c.i ſed primo perſcrutandum eſt de definitionibus, quæ fiũt per veram diuiſionem. Apparet. n. ex definitionibus, quæ ſunt per veram diuiſionem, ꝙ non continent niſi duo, ſ. genus propinquũ, & differentiam eſſentialem illi generi. & vocat gen⁹ propinquum primum: quia in definitione ponitur primũ. Deinde d. alia vero, &c.i. illa autem quæ ſunt poſt primum genus, ſ. genera, & differentiæ illorum generum, ſunt in ſuo eſſe de natura ei⁹,
I quod ſignificat primum genus præter differentiam æqualem definito.

Deinde dicit: vt primum animal, quod recipit, &c.i. vt animal, quod primo diuiditur in animal bipes & multipes: deinde bipes diuiditur in pennatum & non pennatum. omnia enim iſta ſunt tanquam genus. Deinde d. Et ſimiliter etiam eſt, ſi dicitur per plura. i. & ſimiliter contingit in definitionibus, quæ continent differentias multas, quoniam non eſt differentia inter multitudinem differentiarum in hoc, & paucitatem in hoc, quòd ſunt quaſi genus. & hoc intendebat, cùm d. & vlt non eſt diuerſitas, &c. i. & diuerſitas non eſt inter definitiones in hoc, ꝙ ſunt quaſi primum genus. & ſecundum hoc definitiones erunt compoſitæ neceſſario ex duab⁹ naturis, ſ. ex genere & differentia: ſiue ſint in ea multæ differentiæ, ſiue genus & differentia tãtum. quoniam illa, quæ ſunt inter primum genus & vltimam differentiam, ſunt quaſi genus. & hoc intẽdebat cùm dixit, aut per illa, quæ dicuntur per duo. i. & per genus & differentiam tantum. Deinde d. genus vero, &c.i. ſumitur igitur, ꝙ omnes definitiones componuntur ex duabus naturis, ſ. genere & differentia. Deinde d. poſt: Aut non erit genus modo ſimplici, &c.i. & cùm ſit declaratum, ꝙ omnis definitio componitur ex genere & differentia, & genus cõponitur ex forma & materia, aut genus, quod dicitur ſimpliciter, non ſit aliud à forma ſubiecti, formæ autem erit forma & ſubiectum, & quomodocunque fuerit erit ſimile materiæ. Et forte intelligit ꝙ gen⁹, quod eſt vnũ
M ex materia & forma. aut habet hoc nomẽ ex parte formæ, aut materię. & quomodocunq; fuerit, ſimile eſt materiæ. Et intendebat per hoc, ꝙ genus in re non exiſtit in actu ſicut materia, & ꝙ illud, quod eſt in actu, eſt vltima differentia: quia genera
* diuerſantur. quædam enim magis aſſimilantur formæ, & quædã magis materiæ. Deinde dedit exemplum, & d. ſonus autem eſt genus, & materia. i. & genus, quod quodammodo eſt genus, & quodammodo eſt materia, eſt ſonus. ſonus enim quodammodo aſſimilatur materię quia

K Illa, q̃ ſunt inter primũ genus & vltimã dr̃iam, ſũt quaſi gen⁹. Idẽ cõ. ꝓcedenti.
L

Genus ſ re non eſt in actu ſicut mã. vide. 1 Met. c. 17. &. 8. Me. 5 &. 6. & 12. Met. 14. & 5. Met. t. c. 33. & . 10. Met. 24.
* Gſia diuerſant, q̃ dã magis aſſimilant forę, & q̃dã magis materiæ.

A quia eſt propinquius materiæ literarum: & quodammodo aſſimilat formæ, quæ prædicatur de literis ſecundum quid.* Et materia non ꝑdicatur de re nomine principali. Deinde d. differentiæ autem, &c. i. poteſt intelligi, differentiæ aũt percuſſionum faciunt formam literarum ex ſono. videtur. n. ꝙ intendit hic per formas literarum ſyllabas ꝓlatas: & per literas elementa. Et forte intendit, differentiæ autem acceptæ in definitionibus literarũ, ſunt illa, quæ faciunt formas literarum,

B & literas eſſe ex ſono, i. faciũt eas eſſe ex natura ſoni. Et intendebat declarare modum, ſm quem gen⁹ hoc eſt materia. Et forte differentia inter ſonum in hoc, ꝙ eſt materia literarum, & inter cuprũ in hoc, ꝙ eſt materia idoli eſt, quia ſonus nõ denudatur à forma & percutiente, ſ. ex aliquo ſimili ſyllabæ lõgæ & brevis. & cuprum denudatur à forma & figura omnino. & ideo cuprũ eſt materia pura, & ſonus non eſt materia pura literarũ: ſed eſt ſimilis materiæ, ſm ꝙ recipit literas: & eſt ſibi ſis generi, ſm ꝙ non eſt extra modos ſonorum. Et cùm compleuit hoc, &

C d. manifeſtum eſt igitur, ꝙ definitio eſt ſermo ex differentijs. i. &, cũ declaratum eſt ex quib⁹ componũtur definitiones, manifeſtum eſt, ꝙ definitio eſt ſermo compoſitus ex differentijs. & non dixit, ex differentijs & genere: quia genus apud iꝑm eſt forma vniuerſalis: & differentia eſt particularis. Et, cùm narrauit ea ex quibus componuntur definitiones, ſ cœpit declarare, ꝙ diuiſio eſt, quæ largit̃ tales ſermones, & d. Sed oportet diuidere dr̃ias dr̃ię, &c. i. ſed ſed oportet ponere diuiſionẽ eſſen-

Gen⁹ apud Ariſ. é forma vñis, & dr̃ia é forma ꝑticularis. Idẽ. 1. Me. cõ. 17 & 8. Me. c. 6. & 2. ph. cõ. vltimo

* Mã non ꝑdicat̃ de re noie principali. Vide idẽ ſupra c. 23 & quę ibi.

tialem, & primã generis diuiſionẽ, ſ. D quia primo diuidat̃ genus in primã dr̃iam, & ſuam oppoſitam, deinde illam differẽtiã in ſuam primã differentiam, non vt primo diuidat̃ genus in differentiam ſuæ differentię. v. g. animal habẽs pedes. qm̃ primo debet diuidi in ſuas primas differentias, v. g in bipes & multipes. deinde bipes diuidatur per differentias eſſentiales ei, per quas diuidit̃ prima diuiſione: ſicut genus diuiditur in ſuas primas differentias. & ſic fiat sẽper, donec perueniat̃ ad illud cõgregatum ex differentijs æquale definito. D. d. & oportet, &c. i & ideo opor E tet vt animal habens pedes diuidat̃ ſm ꝙ eſt bipes, & non diuidatur in pennatum & non pennatum. & hoc intendebat, cùm d. non oportet dicere, ꝙ quoddam bipes eſt pẽnatum, & quoddam non pennatum. qui. n. hoc facit, non bene poteſt diuidere, ſed intendit bonam diuiſionem eſſentialẽ, q̃ largit̃ definitionẽ eſſentialiter. D. narrauit q̃ diuiſionũ eſt eſſentialis iſti differẽtię, & d. & oportet vt diuiſio bipedis, &c. i. & intendit per ſciſſum pede hominẽ: & intẽdit per propriam diſpoſitionem formam propriã. pediſſum. n. eſt vnũ F eorũ, ꝑ q̃ ꝑficit̃ actio pedis in q̃buſdam aſalibus. D d. & ſic procedatur ſemp. i. diuidens ſemp debet tenere iſtũ modũ in diuiſione dr̃iarũ, donec pueniat ad illa, q̃ ſũt diuerſa ſm indiuiduum, ſ. vltimas ſpecies. Deinde dicit: tũc igitur erit diuiſio pedis, &c. i. & talis diuiſio eſt, ĩ qua numerus ſpecierũ bipedis eſt ſecundũ numerum vltimarum differentiarum, ad quas puenit diuidens. Deinde dicit: Ergo manifeſtum eſt, &c. i. &, cùm diuiſio peruenit ad dr̃ias,

G quarum numerus eſt ſm numerũ ſpecierum bipedis, manifeſtum eſt, ꝙ vltima differentia eſt ex ſpecie, q̃ eſt ſubſtantia illius ſpeciei ſolius, & ſola definitio eius & quod illud, quod eſt ante, non eſt ſubſtantia ꝓpria ei, neq; aliquid exiſtens extra animam in actu. Quoniam, cum illud, per quod inuenitur ſpecies in actu, ſit vnum, manifeſtum eſt, ꝙ illud, quod ſignificat definitio, eſt vnum, & ꝙ definitio eſt vna. quoniã in ea nõ eſt aliquid in actu niſi vnũ & multitudo, quę eſt in ea, eſt in potentia. & cùm ita ſit, diſſoluetur quę
H ſtio. Et cùm d. ꝙ, qui diuidit hac diuiſione non dimiſit aliquid de ſubſtãtia definiti, & d. ꝙ qui obuiat iſti modo non intelligit ſubſtantiã definiti, d. etiam ꝙ, ſi iterauerit eandẽ differentiam, errabit, ac ſi diminuerit, & d. & non oportet dicere iſtos ſermones, &c. i. & hoc eſt præceptũ definitionis. Deinde induxit exemplum, in quo accidit hoc in ſuo idiomate, & dixit: Et hoc accidit, &c. i. quoniam, cum dixerimus in definitione hominis, ꝙ eſt animal bipes, de quo prædicantur duo pedes, tũc ſignificatio hui⁹ nominis bipes eſt
I ſicut ſignificatio iſtorum aliorum vocabulorum, de qno prædicantur duo pedes. & ideo d. non dicit aliud animal præter animal habens duos pedes, i. ꝙ nihil aliud d. niſi ꝙ ẽ animal habens duos pedes: quod eſt nugatio. Deinde dicit: & ſi diuiſit diuiſione propria, &c. i. &, cùm diuidens diuiſerit rem per ſuas differentias proprias, & vſus fuerit hac additione, tunc numerus iterationis rei eiuſdem erit ſecundum numerum differentiarum, quas induxit in illa definitione. ſed talis iteratio nõ vſitatur in idiomate noſtro. Deinde d. K Et ſi fuerit differentia differentiæ, &c. i. neceſſe eſt, ſi diuiſerit differentiam per differentiam eſſentialem, & illam per aliam, & non iterauerit neq; diminuerit, tunc vltima differentia erit forma, & ſubſtantia illi⁹ ſpeciei definitæ, & erit vnum neceſſario. Deinde d. Et ſi diuiſerit p accidens, &c. i. & ſi diuiſerit differentiã diuiſione accidentali, v. g. bipes in album & nigrum, & iſtas differentias accidentales, & illas accidentales in accidentales, tunc iſtæ differentię Infinitum nõ largit̃ L
erunt infinitæ. & infinitum non largitur ſcientiam. Deinde d. Cùm ergo declaratum eſt, &c. i. declaratum eſt ergo, ꝙ definitio eſt ſermo compoſitus ex differentijs, & ꝙ definitũ eſt ens per differentiam vltimã: & hoc manifeſtum eſt vtẽdo vera definitione. & hoc poſito erit manifeſtum ꝙ, ſi aliquis addiderit in definitionibus aliquam differentiã iteratam per aliam dictionem, ꝙ nugabitur: vt dicat in definitione hoĩs ꝙ eſt animal bipes, de quo prædicãtur duo pedes. iſta enim differentia eſt ſuperflua. Deinde dedit cauſam in hoc, & d cùm enim dicitur bipes, &c. i. & cauſa in hoc errore eſt, quia M
poſuimus, ꝙ bipes nõ ſignificat ſubſtantiam ſimilem ſubſtãtiæ, quam ſignificat illud, de quo prædicantur duo pedes, ita ꝙ quoddam ponatur ordinatum ante quoddam: ſicut debẽt poni partes definitionum, cùm iſti duo ſermones ſignificent idem. Deinde dicit: Iſte igitur ſermo primus, &c. i. hic igitur eſt primum eorum, quæ debent dici in definitionibus, quas largitur diuiſio & ſciendo naturam iſtarum diuiſionũ diſſoluetur quæſtio prædicta.

Vniuer-

ſciam. Idẽ 1. phy. 35.

A *Vniuersalia substantiae non esse. Ad hoc autem dubitationem sequi, nullius rei esse definitionem.* Ca. 15.

CVm autem de substantia consyderatio sit, rursus reeamus. Dicitur autem, sicuti subiectum substãtia esse, & quod quid erat esse, & quod ex his, & vlē. De duobus itaq; dictum est. etenim de ipso qd erat esse, & de subiecto, q; dupliciter subñcitur, aut quod quid existens, vt animal passionib⁹: aut, vt materia actui.

Substãtia dr quatuor modis.

B *Et cùm perscrutatio sit de substantia, reuertamur etiam. Quoniam quemadmodum subiectum dicitur esse substantia, & quid est per essentiam, ita & istud, quod ẽ ex eis, & totum. Et dictum est de duobus, dictum est enim, quod est per essentiam, & dictũ est de subiecto. quoniam est subiectum duobus modis: aut ẽ hoc, sicut animal est subiectum passionum: aut sicut materia.*

C Cùm in hac perscrutatione quęrat de principijs primarum substãtiarum, quæ non sunt in subiecto, neq; de subiecto, sed compositarum ex materia & forma, & est manifestum materiam esse substantiam, incipit perscrutari de forma, vtrũ sit substantia, aut non. & posuit principium perscrutationis de hoc de eis, quæ significant definitiones. Cum igitur declarauit, q; illa, quæ significant definitiones, sunt substantiæ rerum, & definitiones componuntur ex vltibus, q; p̃dicant de particularibus, incipit p̃scrutari de vltibus, vtrũ D sint substantiæ rerũ aut non, sed tñ sunt substantiæ particularia, de quibus p̃dicant illa vltia. & hoc est necessarium in declarando * q; formæ in diuiduorum substãtiæ sunt substãtiæ: & q; in indiuiduo non est substantia, nisi materia & forma particularis, ex quibus componitur. Et d. Et, cùm p̃scrutatio sit de substantia, & c. i. & cùm p̃scrutatio sit de formis substantiarum, vtrum sint substantiæ, aut non: & iã prædiximus, q; substãtia dr famosę quatuor modis: dr. n. de subiecto, q; est duobus E modis, quorum vnus est materia, & alius congregatum ex materia & forma, & de eis, q̃ significant definitiones, quæ dant quiditates rerum, & de toto. &, cùm est manifestum, q; subiectum est substantia, & fuit declaratum, q; quiditates rerũ sunt substantiæ aut non, dicẽdum est de vniuersalibus, vtrum sint substãtię, aut non. Et d. hoc, quia post perscrutationem de istis rebus declarabit, q; substantia, quam significat definitio, est forma rerũ particulariũ. D. d. Et dictum est de duobus. & d. hoc quia in hoc tractatu est dictum de F substantia, q̃ est q̃ditas, & et dictũ ẽ subiectũ esse substantiam. & intendit p̃ subiectũ passionũ indiuiduũ substantiæ, & per passiones accñtia.

*In indiuiduo non est substãtia, nisi mãt & forma particularis, ex quib⁹ cõponit. Opposi. 5. me. com. 9. Vide com. Zim.

q; Videtur aũt etiam vltę causa quibusdam esse maxime, ac esse principium ipsum vltę. quare de hoc etiam tractemus. Videt nãque impossę substantiam ee q̃dcunq; eorum, q̃ vltr dicuntur. Prima nanq; substantia vnius cuiusq;, quæ propria cuiusq; est q̃ alĩ nõ inest, vltę vero cõe. hoc enim

vltę ẽ q̃d pluribus natura aptũ ẽ esse. idẽ infra te. c. 57.

G enim dr̄ vñt,quod pluribus natura aptum eſt in eſſe. Cui⁹ igit̄ hoc erit ſubſtātia?aut.n. oīum, aut nullius: oīum vero nō ē poſſibile.vni⁹ aīt ſi erit,cætera q̄q̄ hoc erunt.quorum enim ſubſtā tia vna,& qd̄ quid erat eē vnū, ipſa quoq̄ vnum ſunt.

Et exiſtimatur etiam, quòd vniuerſale eſt cauſa etiam rerum, & quòd magis, quoniam vniuerſalia ſunt primæ cauſæ magis rerum.reuertamur igitur ad hoc dicēdum.

H *videtur.n.quòd eſt impoſsibile vt ſubſtantia alicuius ſit, quæ dicuntur vniuerſalia. Subſtantia enim prima,quæ eſt cuiuslibet, eſt propria cuiuslibet,& nō eſt alterius. Vniuerſale autem eſt commune.nō enim dicitur vniuerſale,niſi illud, quod vniuerſaliter eſt plurium rerum.Quorum igitur erit iſta ſubſtantia? quoniam aut erit omnium rerum:aut ſi fuerit vnius rei, erūt*

I *alia illius rei.illa enim,quorū ſubſtantia eſt vna, & quid eſt per eſſentiam,erit eis vnum,cum ſit vnum per ſubſtantiam.*

45 Dixit: Et exiſtimatur etiam, q̄ vſie, &c. i. quia exiſtimatur q̄ vſie ē cauſa rerum magis q̄ cauſæ particulares,& eſt prima cauſa cauſarū particularium:& cauſæ ſubſtantiarum exiſtimantur eſſe ſubſtantiæ:pſcrutandum eſt,vtrum vſie poſſit eē ſubſtantia,aut non. Et d. reuertamur igit̄,q̄m locutus fuit in hoc, q̄ vſia non ſunt cauſæ agētes particularia, ſed hic q̄rit vtrū ſint cauſæ formales. K D.d. Videt.n.q̄ eſt impoſſe, &c.i. dicamus igit̄ q̄ impoſſe eſt vt aliquid eorum,q̄ dīr vniuerſalia, ſit ſubſtātia alicuius rei,& ſi declararent ſubſtantias rerum. D.d.rationem ſup hoc, q̄ vſie non eſt pars ſubſtantiæ alicuiusentium,& dixit: Subſtātia enim prima,&c.i.& vniuerſale non eſt pars ſubſtantiæ alicuius eorum, quæ ſunt ſubſtantiæ exiſtentes per ſe:quia ſubſtantia cuiuslibet rei demonſtratæ eſt ei propria:vniuerſale autem eſt cōe pluribus:ergo vniuerſale non eſt ſubſtantia propria. D.d. Quorum igitur eſt iſta ſubſtā L tia?&c.i. & ſi fuerit ſubſtantia omnium rerum, erit ſubſtantia vnicuique eorum.ergo ſi fuerit ſubſtātia vni,& cuilibet. D.d. cauſam in hoc, & dixit:illa enim,quorum ſubſtantia eſt vna.i. & cùm oīa indiuidua conueniunt in vna ſubſtantia numero,ergo ſunt vnum numero. Et forte intendit,q̄ oīa erunt vnū ſpecie, ſi dixerimus hoc eſſe aliquem ſermonem vſiem continentem ipſa, quæ ſit ſubſtantia eorum, v g. ens, q̄m tunc omnia erunt vnum ſm diffinitionem:& q̄ ſunt vnum ſm deſinitionem,ſunt vnum ſm ſpeciem. M Et forte intendit vtrunq;.

Item ſubſtantia dr̄, quod nō de ſubiecto. vſie vero de ſubiecto aliquo dr̄ ſemper. Sed vtrū ita quidem nō contingit, vt qd̄ quid erat eſſe:in ipſo autem ineſt, vt puta aīal in hoīe,& equo. patet igitur q̄ erit aliqua ei⁹ ratio.differt autem nihil,ſi nō omnium ratio eſt eorū,q̄ in ſubſtātia ſunt.etenim nihil minus hoc erit ſubſtantia alicui⁹, vt homo

homi-

A hominis, ſ quo exiſtit, quare iterum idem accidit. erit. n. ſubſtãtia illius ſubſtantia, vt animal ſpeciei, in q̃ vt propriũ exiſtit.

Et ſubſtantia non dicitur de aliquo ſubiecto. vniuerſale autem dicitur de aliquo ſubiecto. Et ſi ita ſit impoßibile eſt, vt non ſit ſicut illud, quod eſt per eſſentiam, ſed eſt in hoc ut animal in equo, & homine. ergo declaratũ eſt, quòd habet aliquem ſermonem. & in hoc non

B *eſt diuerſitas. & ſi non fuerit ſermo omnium eorũ, quæ ſunt in ſubſtantia etiam. & ſi nõ fuerit, hæc eſt aliqua ſubſtantia nõ minus. vt homo hominis, in quo eſt. ergo accidit hoc idem, vt animal, in quo eſt diſpoſitio, quaſi proprium.*

46. Ideſt, vſie autem ſubſtantiale eſt illud, quod prædicat de aliquo ſm quid, & ſubſtãtia in rei veritate eſt illud, qđ non prædicatur de aliquo oĩno. & cùm ita ſit, tunc vſie non ſignificat ſubſtãtiam, niſi ſubſtantiã, quam ſignificat pars, ſicut animal ſi

C gnificat de ſubſtantia equi & hoĩs, ſ. naturam cõem, & non propriam. D. d. ergo declaratum eſt, ꝙ hẽt aliquem, &c. i. ergo declaratum eſt, ꝙ ſubſtantia, quam ſignificat vniuerſale, habet aliquam definitionẽ: ergo definitiones, quæ componuntur ex vniuerſalibus, nõ ſunt partes ſubſtantiarum ſenſibilium. Quoniam ſubſtantiæ ſenſibiles non diuerſantur in ſuis ſubſtantijs, q̃n definiunt, & q̃n non definiunt. ſ. q̃n ſunt ſubſtantiæ, licet non definiant, ẽt minus q̃ q̃n definiũtur. ſicut eſt diſpoſitio in viſibilibus, q̃n ipſa nõ ſunt minus viſibilia, quando videntur, q̃ quando non videntur. D. d. ergo accidit hoc idem, &c. i. ergo definitiones vniuerſalium habebunt aliquam diſpoſitionem ſubſtantiarũ exiſtentium extra animam, & qualitatem accidentem eis. vt aĩal, quod eſt vſie animali proprio, ſ demõſtrato in vnoquoque animali.

D Viſibilia nõ ſẽ minus viſibilia, q̃n videntur q̃ q̃n non videntur. Vña hãt aliquã diſpõnem de ſpõnũ ſubſtantiarũ exiſtentiũ extra aĩam & qualitatẽ accidentem eis.

Item impoſſibile, ac inconueniens eſt ipſum quid & ſubſtantiam eſſe, ſi ex aliquibus non ex ſubſtantijs, nec ex ipſo quid, ſed ex quali. Prius nanq; non ſubſtantia, & quale erit, q̃ ſubſtantia, & quod quid: quod impoſſibile eſt. nec ratione enim, nec tẽpore, nec generatione poſſibile eſt paſſiones priores ſubſtantia eſſe. eſſent nanq; ſeparabiles.

E

Et etiam ex rebus, quæ ſunt, impoßibile, & non bonum vt ſit ſubſtantia, & ſi eſt ex rebus, vt non ſit ex ſubſtantys, neq; ex iſto, quod eſt hoc demonſtratum, ſed ex qualitate. Erit. n. ex non ſubſtatia ſubſtantia, & qualitas ante ſubſt. antiam: quod eſt impoßibile. impoßibile. n. eſt, neq; ſecundum definitionem, neq; ſecundum tempus, neque ſecundum generationem paßiones eſſe ante ſubſtantiam.

F Impoſſẽ qualitatẽ præcedere ſubã, neq; ſecũdũ definitionẽ neq; ſẽcũdũ tẽps, neq; ſecudũ gẽnationẽ. conſule ſupra t. c. 4. & 1. ph. 47 14. Videqũo hoc ſit intelligendũ primo ca. de ſubſtantia orbis.

Ideſt, & cùm ſit declaratũ, ꝙ vniuerſalia intellecta ſunt diſpoſitio diſpoſitionum ſubſtantiarũ, impoſſibile eſt vt iſta ſint partes ſubſtantiarum exiſtentes per ſe impoſſibile. n. eſt, & turpe, ſi poſuerimus ſubſtãtiã compo-

G compoſitam, vt non ſit compoſita ex ſubſtãtijs, ſed ex qualitatibus. D. d. impoſſibile, quod ſequit ex hoc, & dixit: Erit. n. ex nõ ſubſtãtia, &c. i. contingunt. n. huic poſitioni multa impoſſibilia, ſ. q̃ ſubſtantia ſit ex non ſubſtantia: & vt qualitas præcedat ſubſtantiam: quod eſt impoſſibile. impoſſibile. n. eſt qualitatem p̃cedere ſubſtantiam, neq; ſm definitionem, neq; ſm tẽpus, neq; ſm generationem: & vniuerſaliter impoſſibile eſt vt paſſiones exiſtentes in ſubſtantia præcedant ſubſtantiã.

H Item Socrati ſubſtãtiæ inerit ſubſtãtia: quare duobus erit ſubſtantia. Et omnino, ſi homo, & quęcunq; ita dicunt̃, ſubſtantia eſt, accidit nihil eorũ, quę in ratione ſunt, alicuius ſubſtãtia eẽ, nec ſine ipſis exiſtere, nec ī alio. dico aũt vt puta nõ eſſe aliquid animal p̃ter aliqua, nec vllum aliud eorũ, quę in rõne ſunt. Ex his itaq;, cõſyderantibus patet nihil eorum, quæ vſr exiſtunt, ſubſtantia eſſe: nihilq; eorũ, quę cõiter prędicant̃, qd̃ quid, ſed tale ſignificare. Quòd ſi nõ, & alia I multa accidũt, ac tertius homo.

Et etiam in Socrate eſt ſubſtantia, cùm ſit ſubſtantia. ergo erit ſubſtantia duobus. Et vniuerſaliter accidit, ſi homo eſt ſubſtantia, & oĩa, quæ dicuntur hoc modo, vt nullum eorum ſit aliquid ſeparatum. v. g. vt nõ ſit animal aliquod aliud a particularibus, neq; aliud aliorum. quæ ſunt ex vniuerſalibus oĩno. Ex iſtis igitur declarabitur conſyderanti, quòd nullum K *eorum, quæ ſunt vniuerſalia, eſt ſubſtantia: & quòd nullum eorum, quæ prædicantur cõiter, ſignificat hoc, ſed tale. Et ſi non, accidunt plura alia, et tertius homo.*

-Ideſt, ſi vſe eſt ſubſtantia exiſtẽs 48
in indiuiduo demõſtrato, & eſt ſubſtantia addita ſubſtantię, per quam indiuiduum demonſtratũ eſt indiuiduũ ſubſtantię: & ſic erunt in indiuiduo duæ ſubſtantiæ. & qũo erit hoc. D. d. Et vſr accidit, ſi homo eſt ſubſtantia, &c. Forte intelligit. qm̃ L
ſubſtantiæ, q̃ ſunt exiſtentes per ſe: & vſe eſt in capitulo ad aliquid: ergo vſe non eſt ſubſtantia ſeparata omnino. ſeparata. n. ſunt de genere rerum exiſtentium per ſe, & nõ de genere relatiuorum. & ſm hoc non erit hæc ſubſtantia niſi ſubſtantia particularis exiſtens p ſe, aut in materia, aut non in materia. D. d. neq; aliud aliorũ, quæ ſunt ī vſibus, &c. i. neq; vſe, q̃ eſt vſius eorum, quæ ſunt rerũ ſenſibilium, neq; aliud genus collocatorũ ſub hoc vniuerſali, quorum proportio ad illud eſt ſicut proportio particulariũ ad vſe, M
qd̃ eſt magis particulare eorum, q̃ inueniũtur in eodem genere. D. d. Ex iſtis igitur declarabit̃, &c. ideſt. vſe, qđ p̃-
qm̃ nullum vſium p̃dicabilium ſm quid de re demõſtrata ſignificat ea ſm q̃ eſt demonſtrata & indiuidua, ſed ſm q̃ in ea eſt natura ſimilis naturæ, q̃ eſt in quolibet indiuiduorũ illius vſis, ſ. natura cõis præter naturam propriam vnicuiq; eorũ. D. d. accidunt n. &c. i. cõtingunt. n. huic ſermoni multa impoſſibilia alia à prædictis. Cõtingit. n. vt ſit hic homo

dicat ī q d de re, ſi ſignificat eã vt é īdiuidua, ſed vt é ī ea nã ſi mſis nãr, q é ī quolibet īdiuiduorũ. Vide 12. Meõ. 4.

A mo tertius. qñ, si ex homine intellecto, & ex homine sensibili sit vnũ congregatum, contingit vt congregatum sit homo tertius: & vt omnis natura cõgregata ex duabus naturis conueniẽtibus, necesse est vt sit de natura componentium.

Vt omis nã cõgregata ex duabus naturis cõueniẽtibꝰ necesse est vt sit ḋ nã cõponentium.

Item sic quoq; patet. Impossibile.n.est substãtiam ex substantijs esse, quæ sic insunt, vt actu. quæ enim duo sic actu sunt, nũquam vnum actu sunt, sed si potentia duo sunt, erunt vnum: vt duplum ex duobus dimidijs potentia. actus nanq; separat. Quare, si substantia vnum, non erit ex substantijs inexistentibus, & ſm hunc modum, quẽ recte Democritus dicit. impossibile.n. ait esse ex duobus vnum, aut ex vno duo fieri. magnitudines nã quæ indiuisibiles substantias facit. Patet igitur ꝙ similiter et de numero se habebit, si numerus quidem compositio vnitatũ ẽ, vt à quibsdã dicitur. aut enim non est vnum dualitas, aut non inest in ea vnitas actu.

B

Actꝰ separat.

C

Et etiam hoc est manifestum hoc modo. impossibile enim est vt substantia sit ex substantijs, cùm sint vnum, sicut illa, quæ sunt in actu. duo enim, quæ sunt in actu secundum hunc modum, non erunt in aliqua hora vnum in actu, sed si fuerint duo in potentia, erunt vnum, sicut est duplex ex duobus in potentia. actus.n. diuidit. Ergo substantia non est vnum ex substãtijs, quæ sunt idem in actu. Et secundum hunc modũ dixit Democritus sermonem verum, dixit.n. quòd impossibile est vnum esse ex duobus, & duo esse ex vno. tunc enim essent substantiæ magnitudinum indiuisibilium. Et est manifestũ, quòd similiter erit i numero ẽt. et si ista sunt vnitates, sicut quidam dicunt duo, aut illa, in quibus non est vnitas in actu.

D

Idest, Et manifestũ est alio modo declarationis, ꝙ impossibile est vt vna substantia actu sit ex duabus substantijs in actu. & intendebat, ꝙ hoc sequit̃, si vñe est pars substantiæ indiuidui demonstrati prẽter substantiã ei propriã. D.d.duo enim, quæ sunt in actu, &c.i. & causa in hoc est, quia impossibile est, ꝙ duo ī actu sint, ex quibus in aliqua hora fiat vnum in actu existẽtibus eisdẽ duobus in actu in eo. D.d.sed, si fuerint duo potentia, &c.i. illud, qd̃ est possibile, s. vt vnum in actu sit compositum ex duobus existentibus in ipso in potentia: vt linea, quæ est vna in actu, & duplex duabus medietatibus, quę est in potẽtia medietas non in actu. D.d.actus.n. diuidit, &c.i. & causa in hoc est, qa actus facit additum esse diuisum, & duo. & ideo impossibile est vt vnũ sit ex duobus in actu. vnum enim est continuum, & actus est discretũ. D.d. Ergo substantia, &c.i. igit̃ declaratum est ꝙ substantia eius non est vnum, cùm est cõposita ex duabus substantijs existentibus in actu. D. induxit Democritum testem, & d. Et ſm hunc modum d. Democri

E

49

F

tus,

G tus,&c.i.& intendit, ꝙ Democritus concedebat impoſſibile eſſe vnam ſubſtantiam cõponi ex duabus ſubſtantijs. D.d. cauſam in hoc, ꝙ ſermo eius in hoc eſt verus, & eſt quia ipſe opinabatur, ꝙ entia compoſita ſunt compoſita ex corporibus indiuiſibilibus, & nõ dicebat mixtionẽ, per quam dicimus poſſibile eſſe vt ex pluribus ſubſtantijs fiat vna ſubſtantia, & opinabatur in ſubſtãtijs naturalibus eſſe eas vnum in genere,non in actu,& negabat naturam continui. Et, quia ſimiliter contingit hoc eis, qui componũt entia ex
H numeris, d. Et eſt manifeſtũ, ꝙ ſimiliter eſt in numero, &c.i.& eſt ſimiliter manifeſtũ,ꝙ ſimiliter contingit dicentibus ꝙ ſubſtantiæ demõſtratæ ſunt compoſitę ex numeris,ſ. quæ ſunt vnum ſm continuationem. Et, cũ dixit: & ſi iſta ſunt vnitates, innuit entia.i.ſi iſta entia, ſicut quidam dicunt, ſunt compoſita ex vnitatibus. D induxit illud,ex quo fingunt entia componi,& d.ſicut quidam dicunt, &c.i. ſicut fingunt quidam, ꝙ numerus eorum, ex quibus componitur natura entiũ, in quibus nõ eſt vnitas in actu,
I eſt duo. Et innuebat per hoc,ꝙ contingit etiam iſtis hominibus, aut dicere ꝙ entia,quæ ſunt ſm genus,nõ ſunt vnũ in actu: aut dicere,ꝙ vnitates,ex quibus componuntur,non ſunt vnitates in actu: & ſic contingit eis vt numeri admiſceantur: & tunc generabitur ex eis vnum in actu: quod eſt impoſſibile.

Habet autem qđ accidit dubitationem. Si enim nec ex vniuerſalibus poſſibile eſt vllã ſubſtantiam eſſe,ppea quod tale,et non quod quid ſignificant, nec K
ex ſubſtantijs actu contingit vllam ſubſtãtiam eſſe compoſitã, quicquã incompoſitũ erit profecto oĩs ſubſtãtia.quare neq; rõ vllius ſubſtãtię erit. At cunctis vr̃,et iã dictũ eſt, aut ſoltus ſubſtãtiæ; aut maxime definitionẽ eſſe: nunc vero nec huius: nullius igit definitio erit. An quodã mõ quidẽ erit, quodã mõ vero nõ. manifeſtum autem quod dr̃ magis erit ex poſterioribus.

Et in hoc,quod accidit ex hoc,ẽ error. Quoniã, ſi eſt impoſſibile, vt L
ſit ſubſtantia cõno de ſubſtantys in actu, ergo nulla compoſitio eſt alicuius ſubſtãtiæ. Sed oẽs exiſtimãt ex prædictis, quoniã definitio, aut eſt ſubſtantia tantum, aut eſt vt magis: ſed ſecundum illud, quod eſt nunc, definitio non eſt ſubſtantiæ, nec alterius rei omnino. Niſi dicatur, quòd quodam modo eſt definitio, & quodam modo non. & iſte ſermo erit de definitionibus dictis poſt. M

Dixit: Sed accidit qõ in eo,qđ dictum fuit,ſ.ꝙ impoſſibile eſt,ꝙ vna ſubſtantia ſit ex pluribus ſubſtãtijs in actu. qm̃, ſi ita ſit, exiſtimatur ꝙ omnes ſubſtantiæ eſſent ſimplices,& ꝙ nulla ſubſtantia ſit compoſita. D.d. Sed omnes exiſtimant, etcæt.i.ſed omnes exiſtimant,quòd ſubſtantiæ ſint compoſitæ, ex hoc, quòd concedunt quòd definitiones ſignificant compoſitum, & ꝙ definitiones aut ſunt ſubſtãtiarum tantum, aut magis. Deinde dicit:

ſed

A ſed ſm illud,quod dictū eſt nſic,&c. ideſt & ſm ꝙ ſequitur ex primo ſermone,ſ. qm̄ ſubſtantiæ non componuntur, nulla ſubſtantia habebit definitionem, niſi dicatur ꝙ quodam modo compoſitionis erunt definitionis, & quodam modo nō. D.d. & iſte ſermo,&c.i.& poſt declarabit cuius modi compoſitorum ſunt definitiones.& cuius modi nō. Et intendit ꝙ definitiones ſignificāt plures ſubſtantias in potentia, & vnam in actu.& hoc iā declarauit.ſed vult cōplere perſcrutationē de illo poſt, & ſunt compoſita ex partibus, quæ

Supra tex. com. 43.

B ſunt ſecundum quantitatem.

Quæ ſequuntur incommoda aduerſus aſſerentes ideas ſubſtantias eſſe,& ſeparatas,& ipſas ex genere & differentijs conſtare. Cap. 16.

EX his autem ipſis id etiam patet, quod accidit illis, q ideas pariter ſubſtātias, & ſeparatas eſſe dicūt:& pariter ex genere & differentijs faciunt formam. Si enim formæ & animal in hoīe ſunt, & equo,aut vnum & idē numero ſunt, aut alterū. ratione nanq; patet ꝙ vnum.

C eandē enim exhibebit rationē, qui dicit in vtroq;.Si itaq; aliqs homo eſt ipſum per ſe quod qđ, & ſeparatum, neceſſe eſt,vt etiā illa,ex quibus(ſicuti animal, & bipes) quòd quid ſignificent,& ſeparata, ac ſubſtantiæ ſint:quare & ipſum animal.Si idem igitur,& vnum quiddam etiam in equo, ſicuti tu tibi ipſi, quomodo in ſeparatim exiſtētibus vnū erit:& cur non etiam abſque ſeipſo erit animal hoc?

Et ex hoc apparet quid accidit D
dicentibus formas,ſ.ideas eſſe ſubſtantias.& ſeparatas, & dicentibus cum hoc,quòd forma eſt ex genere,& differentijs. Quoniā,ſi forma & animal eſt in hoīe & equo, tunc aut ſunt vnū numero,aut diuerſa:& eſt manifeſtū,quòd ambo ſunt vnum per definitionem.Si igitur aliquid fuerit homo,& eſt per ſe hoc; & eſt ſeparatū etiā neceſſe eſt illa,ex quibus eſt animal,vt ſignificent hoc,& vt ſeparatum ſit E
per ſubſtantiam. Ergo & animal etiā,ſi eſt idem in equo ēt ſicut non eſt idem quodam modo, quomodo poſſunt ponere ipſum eſſe ſeparatum,& vt ſit vnum? & quare nō eſt ſeparatū ab eo ipſum animal?

Ideſt, Et ex ꝓdictis, & ex eis, quæ 51
modo dicā, apparet quid accidit de impoſſibili dicētibus ſpēs eſſe ideas, & ſubſtantias ſeparatas, qui dicunt, ꝙ ſpecies generant ex generibus & differentijs. D.d.illud impoſſibile, F
& d. Qm̄, ſi forma, & animal, &c. qm̄, ſi forma, quæ eſt genus in ſpeciebus,eſt ſicut aīal in hoīe,& equo, tunc aut animalitas, quæ eſt in eis, eſt vna numero, aut ea, quæ eſt in equis, eſt alia ab ea, quæ eſt in hoīe ſimpliciter: & vtrunq; eſt impoſſe: ergo ſequitur vt ſit in eis vna ſm definitionē & quiditatem. D.d.Si igitur aliquid fuerit homo.&c.i.ſi igitur fuerit hic homo ſeparatus vnus in numero,& demonſtratus,qui eſt exemplar hoīs generabilis & corruptibilis,neceſſe é vt ps hoīs ſeparatā,

quæ

G quę eſt exemplar animalis, quod eſt hic, aut ſit prædicatiuũ de animali, cuius eſt exemplar, aut ꝙ ſit ét ſeparatum per ſubſtantiam ab eo, cuius eſt exemplar & vnũ numero. D.d. Ergo & animal, &c. 1. & cùm fuerit conceſſum, ꝙ animal eſt in hoĩe, & equo quodammodo vnum, ſ. vnũ ſm genus, & non eſt in eis vnũ alio modo, ſ. ſm numerum, qũo poſſunt ponere illud, quod eſt ſm genꝰ vnũ ſeparatum, & vnum in numero? & quare nõ eſt animal ſeparatũ, quod eſt exemplar idẽ cũ animali, quod eſt in ſenſato? & ſic non erit exẽplar
H ei, ſed formæ q̃ ſunt in ſenſibilibus, ſunt ſeparatæ. Et dixit hoc, qa iſte ſermo poteſt magis exiſtimari, ſ. ꝙ formæ, quarũ actiones apparent in materijs, ſunt ſeparatæ. & ipſe pſcrutabit̃ de hoc in alia ſcĩa, & maxime in anima, & in anima intellectus.

7. de Aĩa tex. cõ. 4. & infra.

Deinde, ſi participabit quidẽ bipede & multipede, impoſſibile quiddã accidit. cõtraria nãq; ſimul inerunt ipſi vni, & huic quidẽ enti. ſin minus, quis modus eſt, cũ aliquis dicat animal,
I & bipes, aut pedeſtre eſſe? Sed fortaſſis componunt̃, & tangũt, aut miſcentur. At cuncta inconuenientia ſunt. Sed diuerſum in vnoquoq; eſt. Infinita igitur, vt ita dicam, erunt, quorũ ſubſtantia animal eſt. non enim ſm accidens ex animali homo eſt. Item multa erit ipſum animal. nã & ſubſtantia animal eſt, quod in vnoquoq; eſt. nõ enim ſm aliud dicitur. Quòd ſi non, ex illo erit hõ, & genus eius illud. Ac item oĩa, ex quibus homo, ideæ. non igit̃ alterius quidem idea erit, al K terius vero ſubſtantia. impoſſ nãq; eſt. ipſum ergo animal erit vnũquodq; eorum, quæ in animalibꝰ ſunt. Item ex aliquo hoc ipſo erit: & qũo eſt ex ipſo animali? aut qũo eſt poſſibile eſſe animal, quod hoc ipſum ſubſtãtia eſt, præter ipſum animal? Itẽ in ſenſibilibus & hæc accidunt, & his abſurdiora. Quòd ſi impoſſ eſt ita ſe habere, patet ꝙ nõ eſt eorũ idea ita, vt quidã aiunt.

Et etiam, ſi per cõcationẽ ſunt L *bipes et multipes etiã, neceſſe eſt, vt in eis ſint contraria inſimul in eodem cũ hoc etiam. & ſi non, quo igitur dixit aliquis, quòd animal eſt ambulans, aut bipes? Et rectũ eſt, vt ſint compoſita, aut contacta aut mixta. ſed omnia ſunt indiuidua, quæ nõ ſeparantur, ſed vnum quodq; eorũ habet aliud vnũ. Ergo erit ſicut ſermo dicentis, quòd illa, quorũ ſubſtantia eſt animal, ſunt infinita. homo enim eſt ex animali* M *non per accidens, & etiam ipſum animal erit plura. ſubſtantia enim eſt animal, quod eſt in quolibet, et non dicitur ad aliud. Si non, erit homo ex illo, & hoc eſt genus eius. Et etiã omnia, ex quibus eſt homo, ſunt exemplaria. ergo non erit exẽplar dictũ de alio, & de alia ſubſtantia. hoc enim eſt impoſſibile: ergo erit illud, quod eſt ãal, vnũquodq; eorum, quæ ſunt animalia.*

Et

A *Et etiam ex quo erit ex hoc: & quomodo ex illo, quod eſt animal, aut quomodo poſsibile eſt vt aīal, quod eſt ſubſtātia, ſit aliud ab eo, quod eſt animal? Et quædam iſta ſunt impoſsibilia in ſenſibilibus, et magis inopinabilia. Et ſi eſt impoſſibile vt ſint huiuſmodi, manifeſtum eſt, quòd nō ſunt exemplaria ſecundū modū quē dicunt quidam.*

52 Ideſt, Et ēt, ſi cōicent in vno numero, & eſt aīal bipes & multipes, &
B oēs ſpēs diuidunt̄ per drias pedis, neceſſe eſt vt in illo vno congregent̄ contraria inſimul. D d. &, ſi non, qūo ergo, &c. i. & ſi nō proprie, qūo poteſt aliquis exiſtimare vt vnum numero, v.g. aīal, inueniatur in eo ſpēs aīalis ambulantis per duos pedes, & ambulantis per plures pedes? D.d. Et rectum eſt, &c. i. ſed rectum ēſt, ſi exiſtimantur plura eſſeī vno ſm numerum, qñ illud recipiēs fuerit diuiſibile ſm quantitatem, vt illa plura ſint ex reb' compoſitis ī vno, aut contacta aut mixta. ſed cū hoc
C erunt non abinuicem diſtincta: &
F vnumquodq; eorum habebit naturam aliā à natura alterius. D.d. Ergo erit, ſicut ſermo dicentis, &c. i. ergo contingit ex hoc, vt animal ſeparatum, qđ eſt vnum, ſit ſubſtātia rerum infinitarum, ſ. ſpecierum cōſtitutarum per ipſum. hō. n. & equ', & aliæ ſpecies animalis, ſubſiſtunt p illud, non per accidens: & ipſum eſt ſimile materiæ. & ideo d. homo. n. eſt ex animali, non p accidens. D.d. & etiam erit homo, &c. i. & etiā erit homo ſeparatus ex illo animali ſeparato, & illud ſeparatum erit gen' eius. & ſimiliter contingit in alijs re D
bus, ex quibus eſt homo, & nō ſunt aliud q̄ genera, ex quibus conſtituitur. D.d. ergo non erit exēplar, &c. i. ergo animal & alia genera, ex quibus eſt homo, erit prædicatū de pluribus ſm quid. & impoſſibile eſt in eo, quod eſt exemplar exiſtens p ſe, ſ. vna ſubſtantia in numero, prædicari de pluribus. D.d. ergo erit illud quod eſt animal, &c. i. niſi aliquis reputet poſſibile, p vnū numero, qđ eſt aīal, congreget ſpecies animalis exiſtentis in ipſo, ita p omnes ſint vnum: quod eſt impoſſibile. D.d.
E Et ēt ex quo erit ex hoc, &c. i. & eadem ſpecies ex quo erit ex animali demonſtrato, quod eſt vnum numero & indiuiſibile: & quomodo ē poſſibile vt illud, quod ē ex animali, ſit ex ſubſtantia eiuſdem ſpeciei, alia à toto animali? i. p animal nō poteſt diuidi ſm quantitatem: ſed, ſi diuidatur, tunc definitio totius & partis eſt eadem. D.d. Et quędam iſta ſunt impoſſibilia in ſenſibilibus, &c. i. qñ ponuntur cōuenire cum ſuis exemplaribus. D. d. Et ſi eſt impoſſibile &c. i. ſi eſt impoſſibile vt ſenſibilia ſint ſm hoc, ſ. compoſita ex ſubſtantijs diſtractis abinuicem exiſtentib' F
in eadem ſubſtantia numero, manifeſtum eſt, p non habent exemplaria ſm modum, quem dicūt quidā hoīes. & intendit illum modū, quē dixit hic, ſ. vt ſint hic exemplaria, & p ſic vniuerſalia ſint.

Singularium non eſſe definitiones, & propterea nec etiam Idearū. Cap. 17.

CVm autem ſubſtantia altera ſit ipſum ſcilicet totum, & rō. dico aūt p illa quidem ita ſubſtantia eſt cum'

G materia simul accepta ratio, hęc vero ratio simpliciter. Quæcunque igitur illo modo dñr, eorũ quidem est corruptio: nã & generatio. rationis autem non est ita vt corrumpatur. nec. n. generatio est (non enim fit domui ese, sed huic domui) sed absq; generatione, & corruptione sunt, & nõ sunt. ostensum est. n. q; nullus hæc generat, neq; facit. Propterea etiam substantiarum sensibilium singularium neq; definitio, neq; demonstratio est, eò q; habet materiam, cuius natura talis est, vt esse & non esse cõtingat. quare corruptibilia sunt oĩa singularia earum. Si igit demonstratio, & definitio scientifica necessariorum est, & non cõtigit, sicuti neq; scĩam, qñq; sciẽtiam, qñq; ignorantiam esse, sed quod tale est opinio est, ita neq; demonstrationem, neq; definitionem, sed opinio est ei⁹, quod contingit & aliter se habere, patet q; neq; demonstratio, neque definitio eorum est. corruptibilia nanq; nõ sunt manifesta his, qui scientiam habent, cùm à sensu abscesserint. & rationib⁹ eisdem in animo seruatis, non erit amplius neq; definitio, neq; demonstratio. Quare cùm quis eorũ, quæ ad definitionem quicquam singulariũ definiat, oportet non ignorare q; semper perimendum est. non. n. contingit definire. Nec vllam ideam est definire. singularium enim, vt aiunt, idea est, & separata.

Nõ fit domui eé, sj huic domui.

Substantiarum sensibiliũ singulariũ nõ ẽ definitio neq; demõstratio

H

I

Et cum substantia totalis & definitio aliud, & aliud, s. quòd quædam substantiæ sunt hoc mõ, quòd definitio congregat materiã, & q̃dam est unitas definitionis. Oĩa igitur, q̃ dicuntur secundum hoc, habent generationem, & corruptionem ẽt. definitio autẽ, quæ est hoc modo, non habet corruptionẽ, quoniam non possibile est generari. ese sentia. n. domus non generatur, sed generatur essentia, cuius ẽ domus. & ista igitur sunt, & non sunt sine generatione & corruptione. & declaratum est, quòd ista neq; generant, neq; aliud faciunt. Et ideo neq; definitio, neq; demõstratio est substantiarum sensibilium particularium. habent enim materiã, quæ quidẽ habet naturã, q̃ põt esse & non esse. & ideo corrumpuntur omnia particularia. Et, si demonstratio est ex rebus necessarys, & definitio est vera, quemadmodum est impossibile scire aut ignorare illud, quod potest non esse tale, sed est secundum existimationẽ, sta nõ erit demõstratio, nec definitio eius quod potest esse alio modo, sed est secundum existimationem. manifestum est igitur, quòd nõ habent definitionem, nec demonstrationem. quæ enim corrumpuntur, non sunt manifesta apud habentes cognitionem, quando recedunt à sensu, & erit sermo conseruatus in ãia.

K

L

M

Et

A *Et ideo oportet definientes ſcire, cū aliquis definuerit aliquod particularium, quod eſt vt remaneat iſtud ſemper. impoßibile enim eſt vt definiatur, & non definiatur etiam, vt vnum exemplarium. Et quoniam non definitur etiam exēplar. exemplar enim eſt ex particularibus, ſicut dicunt, & eſt ſeparatum.*

53 Et intendit per ſubſtantiam totalem illud, quod eſt totū, ſ. cōgregatum ex materia & forma particulari, & eſt indiuiduum demonſtratū.
B & intendit per definitionem ſubſtātiam, quam ſignificat definitio: & eſt forma. & quaſi dicit, ſubſtantia, q̄ dicitur de demonſtrato, eſt alia à ſubſtantia, q̄ dicitur de forma ſubſtantiæ demōſtratæ. D. exponit hęc duo, & d. ſcilicet, ꝙ q̄dam, &c. i. qm̄ altera dicitur ſubſtantia, quæ eſt cōgregata ex forma & materia, ſ. ex materia & forma demonſtrata, quę eſt in materia: altera autem eſt forma vniuerſalis, quam ſignificat definitio. D. d. Omnia igitur, quæ dicuntur, &c. i ſubſtantia igitur, quæ
C dicitur de congregato ex materia & forma, habet generationem & corruptionem: ſubſtantia vero, quam ſignificat definitio, non habet generationem neq; corruptionem. Deinde d. definitio autem, quæ eſt, &c. i. definitio autē, quæ ſignificat hoc modo, ſ. quæ ſignificat formam, nō habet corruptionem, quia non habet generationem. Quiditas enim domus ſimplex non habet generationem, quia generatio non eſt niſi iſtius domus demonſtratæ. D. d. & iſta igit̄ ſunt, & nō ſunt, &c. i. ꝙ ſubſtantiæ particulares ſunt exiſtentes.
D D. d. & declaratum eſt, &c. & intendit vniuerſalia. D. d. Et ideo neque definitio, &c. i. quia generant̄ & corrumpuntur. D. d. cām, pp quam accidit eis generatio & corruptio, ſ. in diuiduis, & d. hñt enim materiam, &c. i. & neceſſe eſt, vt res demonſtratæ hic corrumpant̄ pp hoc, ꝙ habēt materiam, quæ pōt recipere formā in aliqua hora, & amittere eā ī alia. D. d. Et, ſi demonſtratio eſt, &c. i. &, ſi demonſtratio eſt vera, definitio debet eſſe ex rebus neceſſarijs ęternis & perpetuis. quemadmodum. n. impoſſibile eſt vt ſcire & neſcire ſit
E eius, quod non eſt neceſſarium, ſed exiſtimare, ita impoſſibile eſt vt ſit
H ſcientia rerum, quæ poſſunt eſſe in aliqua diſpoſitione, & in contraria diſpoſitione. Et, cùm poſuit, ꝙ ſciētiæ ſunt in reb⁹ neceſſarijs, incœpit declarare, ꝙ in rebus tranſmutabilibus non eſt ſcientia neceſſaria, & d. manifeſtum eſt igitur etiam, ꝙ nō habebunt, ſ. res tranſmutabiles generabiles & corruptibiles. D. d. quæ. n. corrūpunt̄, &c. i. particularia. n. non ſciuntur, niſi dū ſunt in ſenſu: & cū recedūt à ſenſu poſſunt corrūpi, &
M tunc non remanebit cognitio eorū
I apud ſentientes, ſed tm̄ remanebit exiſtimatio. D. d. & erit ſermo conſeruatus in aīa. & qm̄ ſenſatū receſſerit a ſenſu, remanebit ſua īformatio in aīa, nō ita ꝙ ſit certus ſīm eē, qm̄ recedit à ſenſu: & ideo ſenſibilia nō hñt definitionē, neq; demſonē, qa poſtq̄ recedūt, nō hñt niſi exiſtimationem. D. d. Et ideo oportet definientes, &c. i. & ideo oportet definiē tes ſcire ꝙ ſi definitio eſſet particularium, neceſſe eſſet vt particulare eſſet ꝑmanens. D. d. impoſſibile. n. eſt

Subā, quā ſignat definitio, nō hēt gñatiōnē neque corruptionē. Idē. 8. Meta. 14.

Senſibilia nō hñt definitionē, neque demſonēqa poſtq̄ recedunt, ſ. hñt niſi exiſtimationem.

G eſt vt definiatur, ſ. particulare ſm ꝙ eſt particulare. & cùm non ſit ęternum, impoſſibile eſt definiri. D.d. Et qm̃ non definitur etiã, &c. i. qm̃ particularia, ſm ꝙ ſunt particularia non habeant definitiones: & exemplaria, quæ dicuntur eſſe, ſunt particularia ſm ꝙ ſunt extra animã: neceſſe eſt vt non habeant definitiones. Et dixit hoc, quia definitiones rerum ſunt permanentium, & particularia non ſunt permanentia: ex quo ſequitur vt ſint hic res permanentes, & ſunt exemplaria & formę. & ideo vult declarare hoc eis, qa definitiones ſunt rerum permanẽtiũ, ſm ꝙ ſunt vłes non particulares: & cùm poſuerint vniuerſalia eſſe ſeparata, ſequitur vt ſint particularia. & ſic nihil proſunt in definitione.

Definitiones ſũt rerũ pmanẽtiũ, ſed m ꝙ ſũ vłes, non particulares.

H

Neceſſarium autem ex noſb⁹ rationem eſſe. nomen vero non faciet, qui definit. ignotũ enim erit, quæ vero poſita ſunt, omnibus communia ſunt. neceſſe eſt igitur & alĩs talia ineſſe. Et ſi qs te definiat, animal dicet gracile, aut albũ, aut aliquid aliud, quod & in alio ſit. Quod ſi quis

I dicat nihil prohibere ſeparatim quidem omnia multis, ſimul vero huic ſoli ineſſe, primum quidem, ꝙ etiam ambobus, vt aſal bipes animali & bipedi. & hoc in ſempiternis quidem etiã neceſſe eſt eẽ, cùm priores exiſtãt, & partes compoſiti. at vero etiã ſeparabilia, ſi hoc quidẽ, quod homo, ſeparabile. nam aut nullum, aut ambo. Si igitur nullũ, non erit genus præter ſpecies. ꝙ ſi erit, erit etiam differentia. deinde, qm̃ priora ipſo eſſe, hæc ſanè non viciſſim perimuntur. K

Et neceſſe eſt vt ſermo ſit ex nominibus. & qui non definit, non ponit nomen, quoniam non erit notum ſi fecerit. nomina autem poſita ſunt communia omnibus rebus. ergo neceſſe eſt vt hoc ſit aliud ẽt. Et, ſi aliquis definierit aliquid, dicet ipſum eſſe animal, aut mactum, aut aliud quod eſt alterius etiam. Et, ſi aliquis dixerit, quòd nihil prohibet vt omnia iſta ſint ſeparata in rebus multis, & vt ſint inſimul iſtius ſolius, tunc primo vero erit duobus, vt animal bipes, animali, & bipedi. & hoc neceſſe eſt vt ſit in æternis, quæ ſunt ante, & ſunt partes compoſiti. & vt ſint etiam ſeparata, ſi homo eſt ſeparatus, aut nullum erit, aut vtrunque. Si igitur nullum fuerit, non erit genus aliud à forma. & ſi fuerit, differentia erit etiam ante eſſentiam. & iſta non deſtruunt ſe adinuicem. L M

Ideſt, & neceſſe eſt, vt definitiões ſint cõpoſitæ ex nominibus. & qui neſcit rẽ, non ponet ei nomen. nullus enim ponit nomen ei, quod neſcit. Deinde d. nomina autem poſita, &c. i. nomina autem accepta in definitionibus ſunt nomina communia omnibus rebus definitis. 54 Nullꝰ ipo nit nomẽ rei, quam ignorat. Idẽ. 4. me c. 10.

Deinde d. ergo neceſſe eſt, &c. i. & cùm fuerint hic nomina, quæ ſignificant de entibus diſpoſitiones communes, ſed ex vna re, neceſſe eſt, vt iſta

A iſta res diſponatur per aliam rem. & intendit, ꝙ ex hoc modo eſt poſſibile ſubſtantiam prædicari de ſubſtantia. Deinde d. Et, ſi aliquis definierit, &c.i. & ex hoc modo, ſi aliquis definierit aliquid, inducet ī definitionem eius diſpoſitiones communes. v.g. vt dicat in definitione alicui⁹ ꝙ eſt album animal, aut macrũ, aut alia diſpoſitio. & erit illud, quod cõgregatur ex illis diſpoſitionibus cum diſpoſito idem ī ſpecie, & eadem natura. & intendit ꝙ tale eſſe non inuenitur in exemplarib⁹. D.d. Et, ſi aliquis dixerit, ꝙ nihil ꝓ

B hibet, &c.i. ſi igitur aliquis dixerit, ꝙ non eſt poſſibile vt talia prædicabilia ſint ſeparata abinuicem, & diuerſa in numero, & erũt omnia exiſtentia in eodem numero. D. induxit īpoſſibile, quod ſequitur ex hac poſitione, & d. tunc primo vero, &c ideſt & ſequitur ex hac poſitione de impoſſibilibus primo, ꝙ quælibet duæ diſpoſitiones, aut plures ſunt duorum diſpoſitorum, aut pluriũ, aut illa diſpoſita ſunt eiuſdem diſpoſiti numero. D.d. & hoc neceſſe eſt vt ſit in æternis, &c.i. & iſta poſitio in rebus inſenſibilib⁹ eſt neceſſaria

C in ſuis exemplaribus æternis, ſ. vt inueniantur ex eis in vno exemplari numero plus q̃ vnum exemplar: & in rebus, quæ ſunt partes exemplaris. v.g. vt in homine ſeparato ſit animal ſeparatum, & ambulans, & bipes, & vtr formæ, ex quibus componitur homo. & hoc intendebat, cùm d. & vt ſint etiã ſeparata, ſi eſt homo ſeparatus. i. & continget ī his ſubſtantijs, quę ſunt partes hominis ſeparati, vt ſint etiam ſeparatæ. D. d. aut nullum erit, &c.i. aut illæ diſpoſitiones, quibus diſponitur vnũ diſpoſitum, ſint non diuerſa aut di- D
uerſa v.g qm̃ non definitur diſpoſitio duobus, ſ. genere & differentia. Si igitur iſtæ duæ diſpoſitiones fuerint adũnatæ, tunc genus non erit aliud à differentia. &, ſi fuerint diuerſæ, & non vnius rei, apparebit, ꝙ differentia præcedat genus in eē. D.d. & iſta non deſtruunt ſe adinuicem. Et, ſi hic non fuerit error ſcriptoris, intendit, ꝙ iſtæ formæ, & diſpoſitiones congregatæ in definitione, non ſunt ex rebus, quæ differũt à ſe inuicem, ſ. quæ omnes ſunt in actu, ſed ſunt ex diſpoſitionib⁹, quarum quædam ſunt ad perficiendũ E
quaſdam, & ideo poſſunt prædicari de ſe adinuicem: & ꝙ eõgregatum ex eis ſit vnum. & hoc impoſſibile eſt in exemplarib⁹, & in rebus, quarum ſunt exemplaria. & hoc eſt ſolummodo poſſibile in vniuerſalib⁹ quæ non habent eſſe: ſicut eſſe rerum, quæ ſunt extra aīam, neq; ſunt etiam definientes. Sed videt mihi, ꝙ hic ſit error in libro, in quo deberet ſcribi. & iſta non declarant ſe adinuicē, i. & formæ diuerſæ in eſſe in exẽplarib⁹ non declarant ſe adinuicem, ſ. ꝙ illa, q̃ eſt magis particularis, non declarat naturã vniuerſalis, F
ſicut etiam eſt diſpoſitio differẽtiæ eũ genere. qm̃, ſi ī hoīe ſeparato eſt pars ex ſeparatione animalitatis & rationalitatis, tunc rationalitas non diſtinguit animalitatem hominis ab animalitate ſimplici, ſicut accidit hic in definito. Declarabit igit ex hoc, ꝙ vniuerſalia impoſſe eſt vt ſint ſubſtantiæ neq; exemplarium, neq; ſenſibiliũ: & ꝙ ēt non ſunt definientes oīno: qm̃ tunc non eēt ſciẽtia: & etiam in rebus non inueniet identitas, & oppoſitio.

G Deinde,ſi ex ideis ideæ,min⁹ profecto compoſita ſunt,ex quibus. Item de multis oportebit etiam illa prædicari, ex quibus idea,vt animal & bipes. Quòd ſi non,quo ſcietur?erit nanq; aliqua idea,quã impoſſe eſt de pluribus prædicari q̃ de vno. non vr̃ autem,ſed omnis idea videt eſſe participabilis. Quemadmodum igit̃ dictum eſt,latet q̃ impoſsibile eſt in perpetuis definire,maxime vero quæcunq; vnica ſunt,vt Sol,aut Luna.Non ſo
H lum enim in hoc peccant, q̃ talia addunt,quib⁹ ablatis,adhuc erit Sol,vt puta, qđ circuit terram, aut quod nocte abſcondit̃ (ſi enim ſteterit,aut apparuerit, non erit amplius Sol)ſed inconueniens eſt,ſi non.Sol.n.ſubſtantiam quandam ſignificat. Item quæcunq; in alio cõtingunt, veluti ſi alter fiat talis, patet q̃ erit Sol.communis ergo ratio.at Sol ſingulariũ erat,ſicut Cleon, aut Socrates. Cæterum cur nemo eorum definitionẽ profert ideę?
I fiet enim profecto manifeſtum tentantibus, verum eſſe quod nunc dictum eſt.

Et etiam exemplaria ſunt ex exemplaribus.quæ autem ſunt ex eis ſunt maioris compoſitionis. Et etiam oportet prædicari per ſermonem illa, ex quibus eſt exemplar etiam de pluribus, v.g.animal & bicubitum.Et ſi non,quo erit? & etiam ſcietur,ſicut illud,quod impoſsibile eſt prædicari per ſermonẽ K
de pluribus,ſed de vno.& hoc non exiſtimatur,ſed exiſtimatur,quòd oẽ exẽplar eſt acquiſitum. Quèadmodũ igitur dictũ eſt,latet quòd ẽ impoſsibile vt definitio ſit rerum æternarũ,& maxime illud, quod eſt æternum,vt Sol,& Luna. Peccant.n.nõ ſolum in hoc, ſed quia nituntur in talia,quæ cùm recedũt, erit Sol,vt quòd in nocte latet ſub terra.quoniã,ſi apparet, & ſi occidit, erit Sol. ſed hoc non ſentitur. L
Sol.n.ſignificat ſuam ſubſtantiã. Et ẽt oĩa,q̃ poſſunt eſſe ĩ alio, ſicut erit ſi fuerit aliud tale.manifeſtũ eſt quòd erit Sol.ergo Sol eſt communis.ſed iam fuit ex rebus particularibus,vt Socrates, & Plato. Et ſi non,quare non apparet alicuius exemplar.quoniam,ſi eſſet manifeſtum illud,quod dictũ eſt hic, eſſet ẽt verũ eis, qui hoc nituntur.

Dixit: Et contingit iſtis,vt exem 55
plaria etiam ſint compoſita ex exẽ M
plarib⁹.qm̃,ſi fuerit hic homo ſeparat⁹,erit etiam hoc aĩal ſeparatum. D.d.quæ autẽ ſunt ex eis ſunt maioris compoſitionis,i. quæ autem cõponuntur ex aliquibus,ſunt maioris compoſitionis, q̃ componentia. Et d.hoc, quia cum illud, quod eſt maioris compoſitionis,eſt ſeparatũ, & exemplar quanto magis erit ſeparatum,& exemplar illud, quod eſt minoris compoſitionis? D.d. Et etiã oportet prædicari, &c.i. & contingit dicentibus exemplaria eſſe dicere

A re, ꝙ naturæ ſeparatæ, ex quibus cõ
ponuntur exemplaria, debent prædicari de pluribus, ita ꝙ ſint vniuerſalia, q̃ non poſſunt eſſe in vno ſm numerum. &, ſi non, qũo particulare poſſet ſciri? D.d v g. aïal & bicubitum, i. v.g. aïal, & bicubitum. qm̃ homo, ſi habuerit exemplar extra animam, & fuerit ſcitum, neceſſe eſt vt animal, quod eſt in illo exemplari, & bicubitum p̃dicetur de pluribus. vnum aũt numero non prædicatur de pluribus. D.d. & etiam ſcietur, &c. i. & contingit ſciri per definitionem illud, quod nõ eſt intentio
B vſis. D.d. & hoc non exiſtimat, &c. i. nullus quærit definitionem, & exẽplar particularis, ſed exiſtimatur, ꝙ ab omni exemplari acquiritur intẽtio cõis eius, cuius eſt exemplar. D. d. Quemadmodum igit̃ dictum eſt, &c. i. ſed quidam nituntur dicere in definitionibus rerum particulariũ æternarum, ex quibus non inuenit̃ niſi vnum indiuiduum, quia latet, eſſe impoſſibile vt ſit definitio rerũ ex quibus nõ inuenitur niſi vnum tantum indiuiduum, vt Sol, & Luna. apparet. n. ꝙ qui laborat in definiendo talia indiuidua, peccat. D.d.
C Peccant enim, &c. i. qui enim nituntur definire Solem, & Lunam eſſe, peccant: qm̃ definiunt Solem p res, quæ, cùm auferuntur, non aufertur Sol. dicebant enim Solem eẽ aſtrũ latens de nocte. & hoc intendebat, cùm d. qm̃, ſi apparet, &c. i. qm̃ qñ latet, & qñ apparet, eſt Sol. & hoc nomen Sol ſignificat illud, quod ſignificat ſubſtãtia. & ideo oporteret eos definire ipſum per definitionem cõuenientem nomini. D.d. Et etiam oĩa, quæ poſſunt eſſe, &c. i. & ſi haberet definitionem, eſſet ex definitionibus, quæ ſi eſſent in aliquo demõ
D ſtrato, illud aliud eẽt Sol. & ſm hoc nomen Sol ſignificaret plures Soles. & hoc nomẽ eſt rei particularis, v.g. Socrates, & Plato. D.d Et ſi nõ, quare non apparet alicuius exemplar? i. &, ſi hoc nomen eſſet nomen ſpeciei alicuius, tunc eſſent plura indiuidua ſimilia. D.d. qm̃, ſi eſſet manifeſtum, &c. i. qm̃, ſi apparet aliud indiuiduum, tunc ſermo eorum, q̃ nituntẽ definire Solẽ, eſſet verus.

Plura, quæ videntur ſubſtantiæ, potẽtiæ & partes eſſe. Cap. 18.

MAnifeſtum autem eſt ꝙ
E etiam eorũ, q̃ videntur eſſe ſubſtantiæ, plures potentiæ & partes animalium ſunt. nihil. n. eorum ſeparatum eſt. cùm aũt ſepararentur, tũ ẽt vt materia omnia, terra, ignis, et aer. nihil enim eorum vnum eſt, ſed quaſi cũmul⁹, anteq̃ cõcoquantur, & ex eis vnum fiat. Maxime autem aliquis animatorum partes putauerit, & animæ propinquas ambas fieri, vt ſint & actu, & potẽtia, eò ꝙ prĩcipia motus ab aliquo in flexibus habent. quare quædam animalia diuiſa viuunt. ſed tamen potentia omnia erũt, cùm vnũ & continuum fuerit natura, ſed non vi, aut copulatione. tale nãque læſio eſt.

a L. ferũ ex Michaele Ephe.

Et eſt manifeſtum etiã, quòd plura, q̃ exiſtimantur eſſe ſubſtantiæ, ſunt potentiæ, & ſimiliter partes animalis. quoniam ex eis non ẽ diſtinctũ vnũ, ſed quaſi generata

Qui laborat definiẽdo ſingularia rerũ æternarũ peccat.

G *ſunt, antequàm adiungantur, & fiat ex eis vnum. Et poteſt aliquis exiſtimare, quòd partes rerũ animatarum, & partes animæ magis quam aliud, appropinquant ſibi adinuicem in eſſe in actu, & in potentia, habent enim principia motus ex aliquo in oppoſitis. & ideo quoddam animal, poſtquàm diuiditur, viuit. ſed tamen erit omnis potentia, cùm ſit vnum & cõtinuum per naturam, non per glu-*
H *tinum, & applicationem. quod.n. eſt tale, eſt diminutio naturæ.*

56 Quia dicere exemplaria eſt propinquum ad dicere formas ſenſibilium eſſe ſeparatas, vult in hoc cap. narrare, ꝙ plura eorum, q̃ exiſtimãtur eſſe ſubſtantiæ, videnť non ſeparatæ à materijs. D.d. Et eſt manifeſtum, &c.i. & eſt manifeſtũ, ꝙ plura eorum, q̃ exiſtimanť eſſe ſubſtãtiæ, ſunt exiſtentes primo in potentia, & poſtea ſunt in actu. & qđ eſt tale, eſt in materia. D.d. & ſiſt partes animalis, &c.i. & ideo partes ani-
I malis non habent vnum, per quod ſunt ſubſtantiæ, cùm ſint diſtinctæ ab animali, ſed ſunt apud diuiſionẽ, ſicut partes, quæ ſunt in generatione, ſ. quarũ eſſe non pficiť, donec adiungantur adinuicem, & fiat ex eis vna ſubſtãtia, quã ſignificat nomẽ & definitio. Et hoc, quod d. manifeſtum eſt. quoniam, cùm poſuerimꝰ ꝙ nomina, quæ ſunt ſm definitiones, ſignificant ſubſtantias, & ſimiliter definitiões, quæ ſunt ſm iſta nomina, & poſuerimus, ꝙ partes aĩalis diuiſæ non ſignãnť à noĩbus, ſicut ſignificantur ab eis, qñ ſunt conti- K
nuæ niſi æquiuoce, & manifeſtum eſt ꝙ illa, quæ ſignificanť à noĩbus, & ſunt continua, ſunt ſubſtãtiæ materiales. D.d. Et poteſt aliquis exiſtimate, &c. i. poteſt aliquis exiſtimare, ꝙ cauſa in hoc in iſtis aĩalibꝰ eſt, ꝙ partes ſuorum membrorum, & partes animæ appropinquãt ſibi adinuicem in potentia, & actu: ſed, qa quælibet pars recipit oẽs potentias animæ, & virtutes animæ nõ appropinquant alicui parti ſine alia: ideo talia animalia, cùm diuiduntur poſſunt viuere, & apparent omnes vir- L
tutes in qualibet parte. & hoc, quod d. eſt manifeſtius in plantis. Et qua ſi intẽdebat, ꝙ cauſa in hoc nõ eſt, quia non eſt in materia, ſed cauſa in hoc eſt propinquitas virtutum aĩæ adinuicem. Impoſſe.n. eſt vt anima, quæ eſt in hoc animali, ſit nobilior anima, quæ eſt in aĩali perfecto: ita ꝙ exiſtimatur ꝙ iſta aĩa ſit ſeparata, & aĩalis perfecti non ſeparata. D. d habent. n. principia motus, &c.i. & virtutes animæ appropinquant ſibi in hoc animali, quia habẽt partem paruam, i. debilem de principio, per quod animal mouetur motibus di- M
uerſis contrarijs. D.d. ſed tñ, &c.i. & ſignum, ꝙ anima eiꝰ eſt in materia, eſt ꝙ actio eius eſt perfectior, qñ eſt vnum naturaliter, non vnum violẽter, & ſm applicationem, & vniuerſaliter apparet ꝙ hoc, quod accidit ei eſt, quia eſt de actionibus naturæ, actio diminuta, ſ. ens diminutum.

L Quare aĩalia aliqua diuiſa viuunt. vide et conſiſe 2. de Aĩa. t. cõ. 10.

Ens & vnũ, ſiue ipſum ens & ipſum vnũ non eſſe rerum ſubſtantias. Ca. 19.

CVm autem vnũ dicatur, ſicuti & ens, & ſubſtãtia vnius vna, & quorũ vna numero

A numero vnum numero, manifestum ꝙ neq; vnū neq; ens contingit substantiam esse rerum, si cuti neq; elemento esse, aut principio. sed quærimus quid ergo principium, vt ad notiora referamus. Magis igit̃ his substātia est ens & vnū, q̃ principiū, & elementum, & causa. sed necdū ista, si nec aliud quidem cōe vllum substantia est. nulli.n. inest substantia nisi sibi ipsi, & habēti eam, cuius substātia est. Item ipsum vnum in plurib⁹ nō erit
B simul: commune vero simul in pluribus est. Quare patet ꝙ nihil vniuersalium separatim præter singularia est.

Et, cùm vnum dicitur sicut dicitur ens etiā, & substantia vnius est vnum, & substantia entis est vnum numero, manifestum est igitur, quòd impossibile est vt substātia rerum sit vnum, aut ens, sicut est impossibile, vt principium sit essentia elemēto. sed quæritur quid
C *est principium ad sciendum duo. Et substantia, quæ est istorum magis quàm aliud, est ens, & vnum, & principium, & elementū, & causa. sed non videtur ista esse substantia, cum nullum aliud commune omnino sit substantia. substantia enim non est alterius, nisi sui ipsius, & illius cuius est, & est substantia illius rei. Et etiam in pluribus non erit insimul: & commune insimul erit plurimum. Manifestum est igitur quòd nullum vni*
D *uersalium est separatum à particularibus.*

Quia opinantes vniuersalia esse 57
substantias, dicunt ꝙ illud, quod est magis vñe, est dignius hoc: & ideo plures opinabantur, ꝙ principium omnium est vnum vñe: incœpit cō tradicere eis, & dicit: Cùm hoc nomen vnum dr̃ de omni, de quo dicitur hoc nomen ens, & hoc nomen ens videt̃ dici multipl̃r, ergo manifestum est, ꝙ illud, quod significat vnum, impossibile est ꝙ sit principium omnium entium, ita ꝙ sit cō E
mune eis sicut ē impossibile vt hoc nomen principium sit vnum commune elementus oībus. Sed q̃rendū est in entibus quid est dignius vnitate, & noīe principium: & illud ē, pp qđ inuenit̃ in alijs habentibus hæc noīa. apparet.n. ꝙ hęc noīa dicantur fm prius & posterius, & hoc intendebat, cùm d. manifestum est igit̃, ꝙ impossibile est, &c. i. & manifestum est igitur, ꝙ impossibile est vt vnū & ens sint substantia plurium. D.d. sicut est impossibile, &c. i. sicut est ī- F
possibile, vt principium dictum de elementis cōmunibus sit prima substantia principiorum. D.d. Et substantia, quæ est, &c. i. & existimatur ꝙ illud, quod est dignius hoc noīe substantia, inter ista concessa eē substantias, est illud, de quo simpl̃r dicitur hoc nomen ens, & hoc nomen vnum, & elementum, & principiū, & causa. sed vniuersalia sunt, quæ significant hæc noīa, s. quia existimatur, ꝙ vniuersalia sint principia rerum, de quibus prædicantur, fm ꝙ sunt vniuersalia. Deinde d. sed non videntur, &c. i. sed ista vñia impossi-

bile

G bile eſt vt ſint ſubſtantiæ iſtarũ rerum, quarũ ſunt vniuerſalia vniuerſalia enim ſunt cõia: & nullum cõe eſt ſubſtantia. D.d. ſubſtantia. n. nõ eſt alterius, &c. i. & nullum cõe eſt ſubſtantia, qm̃ ſubſtantia non ẽ ſubſtantia plurium, ſed eſt ſubſtantia aut ſuiipſius, aut illi us cuius eſt ſubſtantia. & ẽt ſubſtantia non eſt ī pluribus inſimul: vſe autẽ eſt commune: & commune eſt in pluribus inſimul. D.d. Manifeſtum eſt igit̃, &c. i. ex contingentibus impoſſibilibus, & ex hoc, ꝙ * vſe & particulare ſunt ad aliquid, & principium ei⁹ eſt, cuius eſt principiũ, neceſſe eſt vt principium non indigeat in ſuo eſſe, cuius eſt principium.

Nullũ cõe ẽ ſubſtãtia idẽ 1. me. c. 45. & 10. Me. cõ. 6. & 12 Met. 21. Sj oppoſi. vt dicere ſupra. c. 46. Vide com. Zim.

* Vſe & particulare ſt ad aliquid

H idẽ ſupra c. 48.

Sed qui formas dicunt, partī recte dicunt ſeparãtes eas, ſi ſubſtantiæ quidem ſunt: partim nõ recte, quoniam vnam in multis formam dicunt. Cauſa vero eſt, ꝙ non habent reddere quę nam tales incorruptæ ſubſtantiæ, p̃ter ſingulares & ſenſibiles, ſint. Faciunt igitur eadem ſpecie his quæ ſunt corruptibiles (has enī cognoſcimus) ipſum hominem

I & ipſum equum, addẽtes vocabulum, ipſum, ſenſibilibus. Attamen etiam ſi non videremus aſtra, nihil min⁹, vt puto, eſſent ſubſtantiæ perpetuæ præter eas quas nos ſciremus. Quare nũc quoque, ſi non habeamus quænam ſint, neceſſe tamen fortaſſis fuerit aliquas eſſe. Qnòd igitur nec eorum quicquam, quæ vniuerſalia dicuntur, ſubſtantia ſit, nec vlla ſit ſubſtantia ex ſubſtantijs, patet.

Sed dicentes formas eſſe, quoquo modo poſſunt dicere verum, cum faciũt eas eſſe ſeparatas, cùm ſint ſubſtantiæ: & quodammodo non eſt verum, dicunt enim, quòd eadem forma eſt in pluribus. Et cauſa in hoc eſt, quod non poſſunt narrare quæ ſunt ſubſtantiæ, quæ ſunt ex talibus, vtrum ſint ſubſtãtiæ, quæ non corrumpuntur, aliæ à ſubſtantijs particularibus ſenſibilibus. Et illi faciunt eas eſſe eaſdem per formam, quæ corrũ- K

* L

pitur, & dicunt nos ſcimus iſta eſſe hominem: & hoc additum eſt in ſenſibilibus verbum, quod dicitur eſt. Et, ſi nos non videremus ſtellas, tamen earum eſſentia non diminueretur, & eſſent ſubſtantiæ æternæ. Ergo rectum eſt vt ſint neceſſario, licet non ſit ſcientia apud nos quid ſint. Manifeſtum eſt igitur, quòd nullum eorum, quæ dicũtur vniuerſalia, eſt ſubſtantia, nec aliqua ſubſtantia.

M 58

Intẽdit in hoc cap. notificare veritatẽ, & falſitatẽ ſermonis dicentis formas eſſe, & d. Sed dicentes, &c. i. qm̃ hoc, quod dicunt, ꝙ ſubſtantiæ ſunt ſeparatæ, eſt verum. ſubſtãtiæ enim debent eſſe ſeparatæ, i. ꝙ non ſunt in ſubiecto ī actu. ſed cùm hoc, ꝙ dicunt eas eſſe ſeparatas, ponunt eas exiſtere in pluribus, ſ. particularibus. D. demonſtrauit qũo accidit eis peccatum, & d. Et cauſa in hoc eſt, &c. i. & cauſa ſui erroris eſt: quoniam, cum ſint hic ſcientiæ, quę nõ

corrum-

A corrumpuntur, non poſſunt diſtinguere inter naturã, quæ eſt ſubſtantia iſtarum ſcientiarũ, & inter nãm, quæ eſt ſubſtãtia. & pp hoc opinati ſunt hic eſſe ſubſtantias nõ corruptibiles, & ꝙ ſunt cũ ſubſtantijs corrupubilibus eadem per formã, quę nõ corrumpit, & hic eſt error magnus.

D.d. & hoc additũ eſt in ſenſibilibus, &c.i. qm̃, cũ ponunt illud, quod ſignificat definitio, partẽ ſubſtantiæ rum ſenſibiliũ, contingit eis vt eas eſſe intellectas ſit pars ſuorum eſſe, adeo ꝙ, ſi iſta ſenſibilia non fuerint B intellecta, non erunt. Et eſt manifeſtum, ꝙ ſenſibilia ſunt entia, licet nõ intelligantur, quemadmodum ſunt entia, licet non ſentiant. Et ideo d. Et, ſi nos nõ videremus ſtellas, &c.i. & neceſſe eſt vt eſſentię rerum intelligibilium ſint exiſtentes, licet non intelligant. & intendit, ꝙ manifeſtũ eſt, qm̃ quẽadmodũ ſenſibilia non ſunt ſenſata in actu, donec ſentiant, ita eſt de intelligibilibus. Et ſm hoc ſequit' ex opinione* Ariſt. vt intelligibilia ſint noua: & ſm opinionẽ dicentiũ formas eſſe, ſunt æterna. ſed qũo ſubſtantia æterna eſt pars ſubſtantiæ corruptibilis, aut idẽ illi, & C ſubſtãtia corruptibilis eſt vnum numero? D.d. Ergo rectũ, &c.i. & rectum eſt vt cõtingat dicentibus formas eſſe, vt ſint hęc intellecta neceſſaria in actu, et ſi non ſciant neq; intelligant. & ſic ſcia acquiſita de nouo non erit addiſcere, ſed rememorari. D.d. Manifeſtũ eſt igitur, ꝙ nullũ corũ, quæ dicunt, &c.i. & cũ omnia hęc impoſſibilia contingant dicentibus ſubſtantias vſes eſſe ſeparatas, manifeſtũ eſt, ꝙ nullum vniuerſalium eſt ſubſtãtia, neq; aliqua ſubſtantia eſt vniuerſale.

Eſſentię rerũ intelligibiliũ sũt exãtes, licet nõ intelligãtur. Oppoſitũ vi differẽ. 2. Met. c. 1. Vide cõtr. Zim.

* Ex opõne Ariſto. ſeqt' ꝙ intelligibilia ſint noua.

Idẽ 1. Met. c. 49. & 7. Phy. c. 20. et 1. Poſte. cõ. 2. & 3. de Aĩa. cõ. 2. contra chimerizãtes Auerroiſtas.

Quid proprie ſubſtãtiam dicere oporteat: eamq; non elementum, non compoſitũ, ſed principium eſſe. Vbi de quæſtione propter quid multus ſit ſermo. Cap. 20. D

QVid vero, & quale quid ſubſtãtiam dicere oporteat, rurſus aliud q̃ſi principiũ cũ fecerim⁹, dicam⁹. fortaſſis enim ex his erit manifeſtũ de illa quoq; ſubſtantia, quæ eſt ſeparata à ſenſibilib⁹ ſubſtantijs. Cũ igit' ſubſtãtia principiũ, & cauſa quædã ſit, hinc eſt procedendum. Quærit' vero ipſum E pp quid ſemp̃ ſic, pp quid aliud alĩ alicui ineſt. quærere nanq; propter quid muſicus homo ẽ, certe quærere eſt quod dictum eſt, ꝓpter quid homo muſicus eſt, aut aliud. Quærere igit' propter quid ipſum eſt ipſum, nihil ẽ quærere. oportet enim ipſum quod, & ipſum eſſe exiſtere manifeſta entia. dico aũt, vt puta ꝙ Luna patitur eclipſim. ipſius autem quod id ipſum, nõ niſi vna ratio, vnaq; cauſa in omnibus (propter quid hõ eſt homo, aut F muſic⁹ muſicus) niſi quis dicat ꝙ vnũquodq; ad ſeipſum indiuiſibile eſt. hoc aũt erat vnũ eẽ. ſed hoc, & cõe de omnibus, & breue eſt. Quærat autẽ aliquis, propter quid homo animal tale quoddã eſt. hoc igitur manifeſtum eſt ꝙ non quærit propter quid is, qui eſt homo, homo eſt. aliquid ergo de aliquo quærit, pp quid ineſt. ꝙ aũt ineſt oportet manifeſtũ eẽ. ſi enim nõ ita.

Viã Auer. 1 Epi. Tex.

nihil quærit. vtputa, pp quid to
nat? quia ſonus in nubibus fit.
ita nanq; aliud de alio eſt, quod
quæriť. & propter quid hæc, vt
puta lateres & lapides domus
ſunt? Manifeſtū itaq; eſt cp cau-
ſam quęrit. hæc aūt eſt quod ꝙd
erat eſſe, vt logice dicam: quæ in
quibuſdam quidē eſt cuius gra-
tia, vtputa fortaſſis in domo &
lecto: in quibuſdam vero quod
primū mouit. cauſa nanq; etiā
hoc. ſed talis quidem cauſa quę-
ritur, dum quippiā fit, vel corrū
H pitur: altera vero etiam, dū eſt.
Latet aūt præcipue quod quæ-
ritur in his, quæ non de alīs di-
cuntur, vtputa quæritur homo
quid eſt: eò cp ſimplr dicit, neq;
determinatur cp hæc vel hoc.
Oportet igitur recte diſponētes
quærere. cp ſi non, commnne fit
eius, quod nihil eſt quærere, &
eius, quod aliquid quærere.

Et etiā incipiamus alio modo. dicamus igitur quid oportet dici ſubſtantiam, & ſicut quid. rectū
I *eſt igitur, vt ex iſtis ſermonibus de claretur ſermo de illa ſubſtantia etiam, quæ eſt ſeparata a ſubſtan-tijs ſenſibilibus. Et, cum ſubſtantia habeat principium, & cauſam ali quam, accipiamus ab eo viam. Et quæremus quare ſecūdum hanc di ſpoſitionē ſemper quæritur aliud, & eſt alicuius. quærere enim qua-re muſicus eſt homo, aut quare ho-mo eſt muſicus, aut aliud, poſtremo quærere quare ē, eſt quærere cuius. quia oportet vt eſſe & eſſentia de* K *clarentur. v. g. quoniam Luna eclip ſatur. ſermo enim de iſtis rebus eſt vnus, & cauſa in omnibus eſt vna, quare homo eſt homo, & muſicus eſt muſicus. niſi aliquis dicat, quòd omne vnum ex ſe non diuiditur: et hæc eſt eſſentia unius. ſed hoc eſt cō mune, & dicitur de omnibus re-bus vere. Et forte quæret aliquis, quare homo eſt animal, ſicut hic. manifeſtū eſt enim quòd non quæ-rit quare eſt homo illud, quod eſt* L *homo, quod quæritur, ſicut quidā dicunt, quoniam hoc manifeſtum eſt. ſi igitur interrogatio non fue-rit huiuſmodi, nihil quærit ſicut quare eſt tonitruus, quia eſt tinni tus in nubibus. quoniam ſecundum hoc quæſitum erit de alio. & qua-re hoc, ſicut lapides & lateres, do-mus. Manifeſtum eſt enim quòd quærit cauſam, et hæc eſt quidi-tas rei, ſicut eſt homo logico. quoniā in quibuſdā rebus non pōt inueniri a* M *quibuſdā cauſa, ſicut forte inueni-tur in domo, aut ſcamno. & quæri-tur in quibuſdā quid eſt motor pri mus. hic enim eſt cauſa. Sed cauſa, quæ eſt talis, quæritur apud gene-rationē & corruptionē, & eſt for-mæ ī eſſentia. Et quæſtio latet mul tum in eis, quæ nō dicūtur de alijs, vt quæritur quid eſt homo: quoniā eſt modo ſimplici, & non diſtingui-tur hoc eſſe in hoc.*

Et,

99 Et,cùm declaratum ſit, ꝙ vſe nõ
A eſt ſubſtantia,& ꝙ illud, quod ſigni
ficat definitio,eſt ſubſtãtia,incipia-
mus pſcrutari de hac ſubſtãtia alio
modo. Et d.dicamus igit quid opor
tet dici ſubſtantiam, & ſicut quid.i.
qñ oportet declarare quid ſit ſub-
ſtantia per definitionem,& exẽplũ.
D.d.rectũ eſt igitur vt ex iſtis ſer-
monibus,&c.i. rectum eſt igitur, vt
ex cognitione ſubſtantiæ ſenſibilis
declaretur ſubſtantia quæſita,ſ.ſepa
rata æterna. D.d. Et,cùm ſubſtan-
tia habeat principium,&c.i.dicam⁹
igitur ꝙ,cùm ſit manifeſtũ per ſe ꝙ
B iſtæ ſubſtantię habeant cauſas,& ꝙ
cauſa ſubſtãtiæ eſt ſubſtantia, opor
ter ponere pſcrutationẽ in ſubſtan-
tijs iſtarum rerum ex perſcrutatio-
ne de ſuis cauſis. Et,quia perſcruta
tio de cauſis rerum ſenſibilium non
poteſt fieri niſi numerando interro
gationes naturales de cauſis, hic in-
cœpit declarare loca,in quibus quæ-
Nó fit qõ ritur ꝑ quare,& d. Et quærem⁹ qua
ꝑ quare i re,&c.i. quia manifeſtum eſt per ſe,
re ſimpli- ꝙ per hoc ipſum quare quæritur de
ce,nõ com cauſis rerum,manifeſtum eſt, ꝙ nõ
ponũtur de vſitatur in re ſimplici nõ cõpoſita,
ſequnti. ſed in rebus compoſitis,in quib⁹ po
C nitur aliquid eſſe in aliquo,& aliqd
c prædicari de aliquo, aut aliquid eſſe,
aut non eſſe.qñ,cùm fuerit manifeſ
tũ nobis aliquid eſſe in aliquo, in-
terrogauim⁹, quare eſt hoc in hoc,
Prædica- aut quare eſt hoc. Et,quia prædica-
tionũ alia tionũ alia eſt naturalis, alia non na
nãlis alia turalis:& ipſe nõ curat in hoc loco,
nõ nãlis. ꝙ in duobus locis ſit interrogatio
vna aut duæ,d.quærere enim quare
muſicus eſt hõ, aut quare homo eſt
muſicus,aut aliud.i. & cauſa quæſi-
ta in aliqua ꝓpõne,& in ſuo cõuer-
ſo,aut ſunt eadem quæſtio, aut ſunt
duæ:& qũocunq; fuerit,ſubiectum D
eſt compoſitũ, & non ſimplex. Et,
quia quærere ꝑ quare in re ſimplici
eſt nugatio: ſi enim homo ſimplex
eſſet,tunc dicere,quare hõ eſt muſi
cus,eſſet ſicut dicere, quare homo ẽ
homo, ideo d. quia oportet,&c.i.&
quia oportet vt ſit cognitum nobis
ante interrogationẽ hic eſſe duo di-
uerſa, & ꝙ alterũ exiſtit in reliquo.
v.g. ꝙ, cùm apud nos ſit cognitum
ꝙ Luna eclipſat,interrogamus qua
re eclipſat. D.d. ſermo enim ī iſtis
rebus,&c.i.quærere enim per quare
de vna re impoſſe eſt.v.g. vt aliquis
quærat quare hõ eſt homo.niſi ali- E
quis dicat,ꝙ oĩa ſunt ſimplicia, qñ
quodlibet eorum eſt vnum ꝑ ſe, &
vnum non diuidit in prædicatũ &
ſubiectũ. & ſic interrogat de eis per
quare,cùm eſſentia vnitatis ſit indi-
uiſibilis,neq; ꝑ qualitatem. D.d.re
ſpondendo, ſed hoc eſt cõe,&c. i. &
res exiſtentes habent diſpoſitiones
cões, quæ prædicantur de omnibus
vera prædicatione:& ſic apparet eas
eſſe compoſitas, & quærit in eis cau
ſa cõpoſitionis. D.d. Et forte quæ-
ret aliquis,&c.i.& rectũ eſt, vt inter-
rogatio vera ſit,quare homo eſt ani
mal, non quare homo eſt homo. F
D.d. ſi igit interrogatio nõ fuerit
huiuſmodi, ſ. vt aliquis quærat qua
re tonitruus eſt in nubibus,& dicat,
quia in nubibus eſt ſonus. D.d.&
quare hoc,ſicut lapides,&c.i. & hoc
eſt aliud exẽplum,i. quare eſt hoc
domus,quia eſt compoſitũ ex lapi-
dibus & lateribus. D.d. Manifeſtũ
eſt enim,ꝙ quærit cauſa,i.qñ inter-
rogantur iſtis interrogationibus.
D.d.& hæc ẽ quiditas rei,&c.i. ma
nifeſtum eſt enim ꝙ in talibus locis
quærit ꝑ quare cauſa,q̃ eſt quiditas
rei,

G rei,quam deſcripſimus ſuperius deſcriptione logica, cùm dicimus, ꝙ eſt illud, qđ ſignificat definitio. iſta enim cauſa, quę eſt forma, declarata eſt hic duabus * declarationibus logicis, quarũ altera eſt definitio, & alia ĩterrogatio ꝙ quare. Et eũ d. ꝙ per quare quæritur cã, quæ eſt fm quiditatem, d. ét ꝙ ét per illud quęritur alia cauſa, & d. qm̃ in quibuſdam rebus, &c. i. qm̃ in quibuſdam rebus põt q̃ri cauſa, quæ eſt fm quiditatem, & in quibuſdã primus motor. ſed iſta cã, ſ. agens, quęritur maxime in rebus generabilibus & corruptibilis. D. d. Et quæſtio latet multum, &c. i. & cauſa, quæ eſt quiditas rei, & formæ eius latet multũ, qm̃ interrogatur de rebus, quæ non prædicantur de alio, ſ. in ſubſtãtijs. & hoc erit per quid. v. g. quid eſt homo. D. dedit cauſam ĩ hoc, & d. qm̃ eſt modo ſimplici. i. & cauſa in difficultate iſtius quæſtionis eſt, quia eſt quæſtio ſimplex, non compoſita. quæritur. n. quid ſit homo, & nõ dicitur quare homo eſt tale. Et intendit, ꝙ ſcire quiditates ſubſtãtiarum eſt magis q̃ ſcire cauſas accidẽtium. & cauſa in hoc eſt ſimplicitas ſubſtantiarum, & compoſitio, quæ eſt in accidentibus. & ideo illud, quod eſt ſimplex in rei veritate, non habet definitionem, neque quæritur per quare.

Cùm autem & habere et exiſtere ipſum eſſe oporteat, manifeſtum eſt ꝙ pp quid eſt ipſam materiam quærit. vtputa hæc ſunt domus. propter quid? ꝙ hæc exiſtunt, qđ erat domui eſſe. & homo hoc, aut corpus hoc tale habens, quare? cauſa materiæ quæritur. hæc autem eſt forma, qua aliquid eſt. hęc autem eſt ſubſtantia. Patet itaque ꝙ de ſimplicibus non eſt aliqua quæſtio, neq; doctrina, ſed alius talium quæſtionis modus. Cũ vero qđ ex aliquo compoſitũ, ita vt vnum totũ ſit, non eſt vt cumulus, ſed vt ſyllaba. ſyllaba vero non eſt ipſa elementa, nec idẽ, qđ B, & A. nec caro ignis, et terra. diſſolutis nanq; hæc quidẽ amplius non ſunt, vt caro & ſyllaba: elementa vero ignis & terra ſunt. ẽ ergo ſyllaba aliqd, non ſolum elementa, vocalis & muta, ſed ẽt aliquid aliud. & caro, nõ ſolũ ignis & terra, aut calidũ & frigidum, ſed ẽt aliquid aliud. Si igitur neceſſe eſt illud quoq; aut elementũ, aut ex elementis eſſe: ſi elementũ quidẽ, rurſus cadẽ ratio erit. ex hoc. n. & igne & terra erit caro, & itẽ alio: quare in infinitũ progredietur. ſi vero ex elemento, patet ꝙ nõ ex vno, ſed ex pluribus q̃ idipſum, erit. quare iterũ de hoc eandem rõnẽ dicemus, quã de carne, aut ſyllaba. Videbitur aũt eſſe aliqd tale, & nõ elementũ, ac cãm, ſed hoc carnẽ, hoc vero ſyllabã eſſe. ſiſr & de cęteris. ſubſtãtia vero cuiuſq; qdẽ hoc. hoc nanq; prima ipſius eſſe cauſa eſt. Cũ aũt quędã rerum non ſubſtantię ſint, ſed q̃cunq; ſubſtantię fm naturã, et natura cõſtitutæ ſint, videri poſſit profecto aliquibus hęc quoq; natura ſubſtãtia eſſe, q̃ non elementum

ſed

Quæ ſunt declarationes logicę. Vid ſup. c. 2. et. 1. Ph. cõ. 2. ſ. & q ibi.
* al. rõnibus.

Cã agẽs q̃rit maxię ĩ rebꝰ gnabilibꝰ & corruptibilibꝰ. Vid. c. 44. 12. huius. Idẽ ſupra te. c. 4.

K

L

M

50

Elementū quid.

A sed principium eſt. Elementum autem eſt, in quod exiſtens diuiditur, vt materiam, vtputa ſyllabæ ipſum A, & B.

Et cùm oportet, vt habeat eſſentiã, aut erit eſſentiã, et manifeſtũ ẽ, quòd materia q̃ritur quare ẽ v.g. quare hæc ẽ domus? quia tale eſt: et tale, cũ fuerit eẽtia domus. et quare hoc eſt hõ? quia hẽt hoc, et hoc eſt corpus. igitur manifeſtũ eſt, quòd q̃ritur cã, q̃ eſt materia, et iſta eſt forma eius, quod hẽt aliquid, et eſt ſubſtãtia. Manifeſtũ ẽ igitur, quòd in ſimplicibus nõ q̃ritur, neq; cõſyderatur, ſed quæritur eale alio mõ. Ergo cõpoſitũ eſt aliquid, quod ẽ ſecũdũ hunc modũ, ita quòd totũ ſit vnũ, non ita quòd ſit ſicut coaceruatio. quẽadmodũ ſyllaba nõ eſt litera, et B, et A. neq; caro eſt ignis, et terra. quoniã iſta cum diſſoluuntur quædã, non ſunt ſicut caro, et ſyllaba: literæ vero ſunt ſicut ignis et terra. ergo ſyllaba eſt aliud, quod non eſt literæ, ſ. literæ vocales, & conſonantes, ſed eſt aliud ẽt. et caro nõ eſt ignis & terra, & calidum & frigidũ, ſed ſicut aliud ẽt. Si igitur fuerit, neceſſe vt illud ſit ẽt elemẽtũ, aut ex elementis. quòd ſi fuerit elemẽtum, ſermo de eo etiã eſt, ſicut dictum eſt idem. caro n. eſt iſtius et ignis, & terræ, et etiam alterius, donec procedatur in infinitum. et, ſi fuerit ex elementis, manifeſtum D *eſt quòd non eſt ex vno, ſed ex pluribus. & ſi non, erit illud idem. et etiã iterabimus iſtum ſermonem, quem dicimus de carne et ſyllaba, et apparebit, quòd hoc eſt aliquod ex elementis, & cauſa eius, quod eſt per eſſentiã, et quod eſt alicuius caro, et alicuius ſyllaba. et ſimiliter aliud ẽt. & hoc eſt quodlibet, quoniam hæc eſt cauſa primæ eſſentiæ. Et, cũ quædã non ſunt ſubſtantiæ rerum, ſed conſtituuntur* 49 E *inſimul, rectum eſt vt iſta natura appareat in aliqua ſuaſtantia, quæ eſt non elementum, ſed principium. Elementũ n. eſt illud, in quod diuiditur res, et eſt in re quæ ſi materia, vt A, et B in ſyllaba.*

B

C

Ideſt, & cùm neceſſe eſt, vt iſta habeant quiditatem, & quiditas eſt in materia manifeſtum eſt, ꝙ quæritur in iſtis rebus per quare cauſa, q̃ eſt ſm materiam, ſicut quæritur cã, quæ eſt ſm formam. & intendit ꝙ, ſi in entibus non eſſet iſta natura, ſ. forma, ſolummodo materia, nihil eẽt quærere de cauſa materiali, qm̃ eſſet quæſtio de ipſa re. D.d. v. gratia quarę hęc eſt domus? i. v.g. quare hæc eſt domus? quia eſt facta ex hoc, ſ. lateribus & lapidibus, quoniã eſſentia domus debet eſſe ex iſtis. aut quare hoc eſt homo? quia eſt generatus ex hoc, & hoc, ſcilicet ex rebus, ex quibus conſtituitur corpus proprium homini. Deinde dicit igitur manifeſtum eſt, ꝙ quæritur cauſa, quæ eſt materia, etcæte. ideſt

60

F

NB mI é, cuiꝰ qditas & forma é recipe formã. Cõſiſte primo ca. de ſiba orbis & 2. Ph. o. 15.

G ideſt, manifeſtum eſt igitur, quòd quandoque quæritur cauſa, quę eſt materia per quare, & eſt forma, propter quã eſt materia, & eſt ſubſtantia rei. & iſta natura eſt illa, cuius quiditas, & forma eſt recipere formam. D.d. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ in ſimplicibus, &c. i. &, cùm hoc ſit declaratum, manifeſtum eſt, ꝙ in rebus ſimplicibus non compoſitis non quęritur, neq; per quare, neque ꝙ quid, ſed quæſtio in iſtis erit alio modo. D.d ergo compoſitum, &c. i. &, cùm ſit declaratum hic eſſe aliqua cõpoſita, ex quibus congregatur vnum in actu, non ſicut compoſita ex rebus, ex quibus non fit vnum niſi per contactum, vt acervus cõgregatus ex pluribus granis, ſed ex cõgregato ex eis fiet aliquod additum aliud à componẽtibus, vt ſyllaba, quæ fit ex literis. Syllaba. n. non eſt literæ, ex quibus fit, ſed eſt aliquod additum literis. & ſimiliter caro nõ eſt terra & ignis, ex quibus componitur, ſed eſt aliqd aliud additum. Et ſignum eius, quod eſt aliquod additũ elementis, eſt, quoniam, iſta, quando diſſoluuntur, & corrumpuntur, tunc ſyllaba non reſoluitur in ſyllabas, neque caro in carnes, ſicut reſoluuntur res congregatæ in illa, ex quibus congregant', i. res, in quibus per congregationẽ non fit aliquod additum. Deinde dicit literæ vero, ſicut ignis & terra, ideſt, literæ vero ita componunt ſyllabam, ſicut ignis & terra carnẽ. Deinde dicit: ergo ſyllaba eſt aliud, &c. ideſt ergo ſyllaba non eſt literę, ex quibus componitur. D.d. Si igitur fuerit, neceſſe eſt vt illud ſit etiã, &c. i. ſi igitur caro non eſt aliud ab elementis, neceſſe eſt vt ſit aut elementum, aut compoſitũ ex elementis præter prima elementa. Deinde dicit, quòd ſi fuerit elementum, &c. i. &, ſi hoc additum elementis fuerit elementum aliquod, continget vt hoc elementum, & ignis, & terra habeãt aliquod additum eis. & ſi illud additum fuerit elementum, continget etiam vt illa elementa cum hoc elemento habeant aliquod additũ. & ſi illud additum fuerit etiam elementum, continget in eo illud, qđ continget in alijs: & ſic proceditur in infinitum & ideo impoſſibile eſt vt illud additum ſit elementũ commune ignis & terrę, & iſtius elementi, cùm caro ſit nomen congregati ex elementis. Et hoc intendebat, cùm d. caro enim eſt iſtius, & ignis, & terrę, ideſt, &, ſi dixerimus etiam, ꝙ illud tertium eſt etiam elementum, contingit vt congregatum ex iſtis habeat aliquod additum congregato ex elementis. & ſimiliter contingit in quarto. & ſic aut procederetur in infinitum, aut erit hoc aliquod additum elementis, quod non eſt elementum. & hoc intendebat, cùm d. & etiam alterius, donec procedatur in infinitum. Et, cùm deſtruxit illud, per quod caro eſt elementum, deſtruit etiam vt ſit compoſitum ex elementis, & d. &, ſi fuerit ex elementis, &c. i. & cum illud additum elementis fuerit compoſitum ex elementis, non fiet ex elementis, ſ. ꝙ congregatum ex elementis non erit vnum, ſed plura, & non fiet ex eis aliquod additum. Deinde d. & ſi non, erit illud idem, &c. ideſt, quoniam ſi fuerit ex elementis, erit in eo aliquod additum eis. & ſi fuerit elementum, continget vt habeant etiam alia elementa aliquod

In cõpoſitus ꝑ ſe ex cõgregato fit aliqđ

H aditũ aliđ à cõponẽtibus. Idẽ. 5. Me. c. 6. & 8. Me. te. c. 15. & 3. de Aia c. 5. & hic ſupra. 26. & 27. Oppoſitũ reqre ſupra. c. 44. & 1. Ph. cõ. 17. Vide eõt. Zim.

I

K

L

M

A aliquod additum,& eſt forma. & ſi non,non fieret aliquod hic. Deinde dicit: & apparebit, quòd hoc eſt aliquod ex elementis, ideſt, & per hãc perſcrutationem apparebit hic eſſe ſubſtantiam aliam ab elementis materialibus, quæ etiam eſt elementum,&quòd eſt prima cauſa,& quòd eſt cauſa,quæ eſt forma, & cp alicuius eſt caro,& alterius os,& alterius ſimile. & ſimiliter in omnib⁹ rebusdiuerſarum ſubſtantiarum. Deinde dicit:quoniam hæc eſt cauſa primæ eſſentiæ, ideſt, quoniam iſta ſubſtantia eſt cauſa, quæ eſt pri
B ma quiditas. Deinde dicit: Et,cum quædam,& cætera,ideſt,&,cũ quædam prædicabilia de ſubſtantijs nõ ſint ſubſtantiæ, ſed ſunt exiſtentia cum ſubſtantijs,& naturarum aliarum,ſcilicet accidentia, rectum eſt aperte,quòd iſta natura, quæ dicitur forma,ſit ſubſtantia addita elemento, cùm ſit neque elementum
Idē 5.met. tex.c.4. neque ex elementis: & eſt aliud ab eis, quæ exiſtunt cum ſubſtantijs, ſcilicet ab accidentibus,ſed eſt principium alterius eſſe,entis præter ele
C mentum. Elementum enim eſt illud,in quod reſoluitur res, & eſt in re quaſi materia.hoc autem eſt elementum,quòd, cùm res reſoluitur, non reſoluitur in ipſum. & hic perficit iſte tractatus Septimus.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER OCTAVVS,

Cum Auer. Commen.

SVMMA LIBRI.

In hac vnica Summa agitur de ſenſibilium ſubſtantiarum principijs Materia,ſcilicet & Forma.

Dictorum recollectio. Cap. 1.

EX his igitur, quę dicta ſunt, colligere oportet, ac congregando ſummatim finẽ imponere. Dictum autem eſt, cp ſubſtantiarũ cauſæ,principia, & elementa q̃runtur.Subſtantiæ vero,quędã ab oĩbus conceſſæ ſunt, de quibuſdam autem ſeparatim enuntiauerunt quidam.Cõceſſæ quidẽ,quæ naturales ſunt.vt ignis, terra, aqua, & cætera ſimplicia corpora:deinde plantæ, & partes earũ,animalia, & partes eorum:& tandem cœlum, & partes cœli.Separatim aũt ſubſtantias quidam eſſe dicũt formas, & mathematica. D E F

Oportet nos congregare dicta, & determinare ſermonẽ, & poſt complere. Dictum eſt igitur,quòd quærendæ ſunt cauſæ ſubſtantiarum, & principia, & elementa. Quædam enim ſubſtantiæ ſunt cõceſſæ ab omnibus, & de quibuſdã dicunt quidam ſermones proprios.

G *Conceſſæ igitur ſunt ſubſtantiæ naturales. Vt ignis, et terra, et aqua, & aer, & alia corpora ſimplicia: deinde plantæ, & partes earum, et animalia, & partes animaliũ: & cælum, & partes cæli. Et quidam dicunt ſubſtantiam propriam eſſe formas, & mathematica.*

I Intendit in hoc tractatu facere rememorationẽ de dictis in prædicto, & complere ſermonem de ſubſtantia, q̃ dr̃ forma. qm̃ oẽ, de
H quo perſcrutatus eſt de ſpecieb⁹ ſubſtantiæ, non eſt niſi propter ſubſtãtiam, quæ dr̃ forma. Dixit: Cùm locuti ſumus de ſpeciebus, de quibus dicitur hoc nomẽ ſubſtantia, oportet determinare omnia prædicta, & complere ſermonem de ſubſtantia quæſita. D. incœpit ponere illud, de quo intendit perſcrutari in iſto tractatu, & d. Dictum eſt igit᷑, ꝙ quærendæ ſunt, &c. i. & iam prædixim⁹ in tractatu præcedenti, ꝙ intentio noſtra eſt quærere cauſas ſubſtãtiarum demõſtratarum, & principia, & elementa earum. Et vocat principium, illud, quod dr̃ de exiſtenti in
I re, & de exiſtenti extra rem. cauſa vero dicit᷑ maxime de agente & fine; & q̃nq; dicit᷑ de quatuor cauſis. elementa vero non dr̃ niſi de cauſis exiſtentibus in re. Et, cùm induxit ſuam intentionem, quam intendit in tractatu prædicto, incœpit dicere ſummarum vnamquanq; prædictarum in illo tractatu, & d. quædã. n. ſubſtantiæ, &c. i. & iam prædixim⁹, ꝙ quædam ſubſtantiæ ſunt conceſſæ apud oẽs, & quædam ſunt cõceſſæ apud quoſdam propriæ, & non apud quoſdam. D. d. Conceſſæ igit᷑ K
ſunt ſubſtantiæ naturales, &c. & intendit per alia corpora, ea quæ ſunt conſimilium partium: & vocat ea ſimplicia in reſpectu officialiũ. Et, cum induxit ſubſtantias conceſſas, induxit etiam illa, de quibus dicitur ſubſtãtia, ſm ꝙ dixit in illo tractatu.

Alias vero accidit ex rationibus ſubſtantias eſſe, quod quid erat eſſe, & ſubiectum. Item aliter gen⁹ magis q̃ ſpecies, & vniuerſale q̃ ſingularia. Vniuerſali vero & generi ideæ quoq; copulantur. eadem nanq; ratione ſubſtantiæ videntur eſſe. Cùm aũt L Vide contra. Tum.
quod quid erat eſſe ſubſtantia, huius autẽ ratio definitio, ideo de definitione, & de ipſo per ſe determinatũ eſt. Quoniam vero definitio ratio, ratio autẽ partes habet, neceſſe quoq; de parte erat videre quænam ſubſtantiæ partes, & quæ non, & ſi has definitionis quoq; eſſe oportet. Item etiam, nec vniuerſale ſubſtantia eſt, neq; genus. De Ideis vero, & Mathematicis poſteri⁹ conſyderandum eſt. etenim prę
M ter ſenſibiles ſubſtantias, has q̃dem eſſe dicunt. Nunc vero de conceſſis ſubſtantijs tractemus. hæ autẽ ſunt, q̃ ſenſibiles ſunt.

Et accidit ex ſermonibus vt ſint ſubſtantiæ eius, quod eſt per eſſentiam. Et ſi ſubiectum eius, & genus magis quam formæ, & vniuerſale magis quam particulare. Et exemplaria etiam coniungũtur cum vniuerſalibus per genus.

Effecta non dr̃ niſi d cauſis exñtibus in re Vid. 5. me. có. 4. & 1. Phy. có. 1.

exiſti-

A *existimantur enim esse substantiæ, quia recipiunt vnum sermonē. Ergo quid est per essentiam est substantia, & sermo eius est definitio. & ideo dictum est quod dictū est in definitione, & in illo quod est per se. Et, cum definitio est sermo, & omnis sermo habet partes, considerandum etiam est necessario de parte. & cognitio est, quæ sunt partes substantiarum, & quæ non sunt. & si sint partes substantia-*

B *rum, etiam non est substantia neq; vniuersale, neq; genus. De exemplaribus vero, & de mathematicis perscrutandum est post. quidam .n. dicunt ipsa esse substantias alias ab ipsis substantijs sensibilibus.*

2 Et accidit nobis dixisse in tracta
7. Met. t. c. 44. tu præterito, s. ꝙ substantia dicit famosè de quatuor, de definitione, s. forma: & de subiecto formæ, & de genere magis q̄ de specie, & de vniuersali magis q̄ de pticulari. & hoc
*homines accidit nobis ex hoc, quod * oēs dicunt de substantia. & exemplaria ēt
C apud dicentes ipsa collocantur ī vniuersalibus. existimatur enim, ꝙ vniuersalia sunt exemplaria. D.d. Ergo quid est per essentiam est substantia. i. & quia illud, quod est quiditas rei, est substātia: & sermo, qui significat ipsam, dr definitio: rectum est ponere principium cōsyderationis in natura substantiæ à consyderatione de definitione. D.d. Et, cùm definitio est sermo, &c. i. &, quia incipiēdum est cōsyderare de definitione, & definitio habet partes, quia ē sermo compositus, est consyderandū de partibus definitionis, quæ earum D est substantia, & quæ non. & intendit facere rememoratiōnē de illis, quæ declarata sunt de substantia, & dare causam, propter quam locutus fuit de definitionibus, ne existimet ꝙ loqui de hoc pertinet ad Logicū. D.d. & si sint partes substantiarum, &c. i. & declaratum est cum hoc, ꝙ forma, & partes eius sunt substātia, & ꝙ vle non est substantia, neq; genus, quia est aliquod vniuersale. D.d. de exemplaribꝰ vero, &c. i. & intēdit, ꝙ de hoc non est perscrutandꝰ in tractatu præcedenti, & post perscrutabitur de hoc. qm̄ quidam dicunt E ꝙ sunt substantiæ separatæ aliæ à substantijs sensibilibus.

Substantiæ diuisio: Materiamq; substantiam esse. Cap. 2.

SEnsibiles vero cunctæ substantiæ materiam habent. Est autem substantia idipsum, quod subiicitur, aliter quidem materia, *& aliter ratio. materiam autem dico, quę, cùm nō quod quid actu sit, potentia est quod quid. Aliter autem ratio & forma, quod cùm sit qd quid M ratione separabile est. Tertium verò, quod ex his est, cuius generatio solius, & corruptio est, & separabile simpliciter. earum.n. substantiarum, quæ secundum rationem, quædam sunt separabiles, quædam vero non.

Vid Auer. 1 Epi. Tr. 2.

*a. e. non hēt hæc, & aliter rō.

Et omnes substantiæ sensibiles habent materiā. Et substantia est subiectū, & alio mō est materia. & dico materiam illud, quòd non est hoc in actu, & ē hoc ī potentia.

G *Et alio modo eſt definitio, & forma, quæ eſt principium rei, & eſt per definitionem ſeparata. Et tertio modo illud, quod ex iſtis, cuius ſolius eſt generatio & corruptio, & eſt ſeparatum modo ſimplici. ſubſtantiæ enim, quæ ſunt ſubſtantiæ per definitionē, quædam ſunt iſta, & quædam non.*

3 Hoc, qđ dicit, q̄ oēs ſubſtātię ſēſibiles habeant materiā, declaratum eſt ī ſcīa Naturali. Et, cùm d. Et ſubſtantia eſt ſubiectum, &c. i. & intendit, q̄ ſubſtantia dr̄ primo mō de illo, qđ eſt exiſtens p̄ ſe, qđ eſt ſubiectum alijs p̄dicamentis, & eſt compoſitum ex materia & forma: & dr̄ alio modo de materia iſtius ſubſtātiæ. & dico materiam illud, qđ non eſt in actu aliquod demonſtratū, & eſt in potētia illius. D. d. Et alio mō eſt definitio. i. & ſubſtantia dr̄ ſecundo modo de illo, quod ſignificat definitio, ſ. forma. D. d. & eſt per definitionem ſeparata. i. & ſubſtantia, q̄ eſt forma, eſt ſm definitionē ſeparata à materia non ineſſe. impoſſibile. n. eſt ſeparari formam à materia. D. d. & tertio modo illud, qđ eſt ex iſtis, &c. i. & ſubſtantia tertia, illud, quod congregatur à materia et forma: et eſt illud, cuius ſolius, vt declaratū eſt, eſt generatio & corruptio. D. d. & eſt ſeparatum modo ſimplici, i. ſm definitionem & ſm eſſe. D. d. ſubſtantiæ. n. quæ ſunt ſubſtātiæ, &c. i. & ſubſtantia, quam definitio ſignificat, eſt ſubſtantia quodammodo, quia per ipſam eſt ſubſtātia exiſtens per ſe: & quodammodo nō eſt, ſicut illud, quod exiſtit per ſe, qa eſt in ſubiecto. & forte intendit, q̄

Impoſſe é formā ſeparari à materia.

I

ſubſtantia, quam ſignificat definitio, quædam partes eius ſunt forma, & quædam materia, vt declaratum eſt ſuperius. K

Quòd autem materia quoq; ſubſtantia eſt, patet. In cunctis nanq; oppoſitis tranſmutationibus eſt aliquod trāſmutationis ſubiectum. vtputa ſm locum, quod nunc hic, rurſus alibi. & ſecundum augmentationē, quod nunc tm̄, rurſus minus aut maius. & ſm alterationem, qđ nūc ſanum, rurſus ægrum. ſiſ autē & ſm ſubſtantiam, quod nunc in generatione, rurſus in corruptione, & nūc quidem ſubiectū, vt quod quid, rurſus autem ſubiectum vt ſm priuationem. Et ſequunt̄ hanc etiam aliæ tranſmutationes. cæterarū vero, aut vnam, aut duas hæc non ſequit̄. non. n. eſt neceſſe, ſiquid materiam habet localem, hoc generabilem etiam & corruptibilē habere. Verum quæ inter ſimpliciter fieri, & non ſimpliciter dr̄ia ſit, in Phyſicis dictum eſt. L

Nō ẽ neceſſe, ſiquid mām hẽt localem, hoc gñabilẽ, & corruptibilẽ habere.

Et manifeſtum eſt, quòd materia eſt ſubſtantia. Omnes. n. tranſmutationes oppoſitæ in ſitu habēt ſubiectum fixum, ſicut eſt illud, quod eſt in loco. illud. n. quod ē nūc, fiet etiam alius locus. & in re ēt, quæ eſt tunc ſecundum hanc quantitatem, fiet ēt minor, aut maior. & in tranſmutatione eſt aliquid, quod modo eſt ſanum, quod etiam ægrum. & ſimiliter etiam in ſub M

ſtantia

A *ſtantia, quæ eſt nunc in generatione, fiet etiã in corruptione. & erit nunc ſubiectum ſicut hoc, quod eſt per priuationem. Et aliæ tranſmutationes ſequuntur iſtam, iſta autem non ſequitur vnam, aut duas aliarum. non.n. eſt neceſſe ut illud, quod habet materiam localem, ẽt habeat materiam, quæ generatur & corrumpitur. Dictũ igitur eſt in Naturalibus, quæ eſt differentia inter eſſe ſimpliciter, & non*

B *ſimpliciter.*

Cùm poſuit, ꝙ vnum eorum, de quo dr̃ hoc nomen ſubſtantia, ẽ materia, incœpit declarare hoc. & in rei veritate debet declarari in ſcia Naturali, ſ. materiam eſſe ſubiectũ. ip ſam aũt eſſe ſubſtantiam eſt de hac ſcia. Et d. Et manifeſtum eſt, ꝙ materia eſt ſubſtantia. i. & hoc apparet, quia eſt ſubiectum formæ. D. incœpit declarare hoc fm rememorationem p inductionem, ſicut fecit ī Primo Phyſicorum, & d. Omnes enim tranſmutationes, &c. i. apparet enī p inductionem, ꝙ neceſſe eſt vt omnes tranſmutationes oppoſitæ per ſuã materiam, habeant ſubiectũ fixum. v.g. in tranſmutationibus ī loco. & d. fm ſitum, i. fm locũ: qm̃ oppoſitio primo & eſſentialiter inuenit̃ in eis, q̃ opponunt̃ in loco. Et intendit per oppoſita hæc quatuor contraria. Et, quia contrarietas in rei veritate inuenit̃ primo in eis, q̃ ſunt in loco, * ideo accepta eſt in definitione eorũ diſtantia, cùm dr̃ cõtraria ſunt, q̃ maxime diſtãt. hic autem intendit p oppoſita, contraria, q̃ ſunt in q̃litate, & in ſubſtantia, & in augmento, & in loco. Et cùm dixit, ꝙ tranſmutationes videnť conuenire in hoc, ꝙ indigent ſubiecto, incœpit declarare qũo apparet hoc, & d. illud. n. quod eſt nunc, &c. i. apparet. n. qm̃ quẽadmodũ vnũ & idẽ numero in loco aliquo eſt nunc, & poſt transfertur in alium. & vnũ & idem modo eſt albũ, & poſt erit nigrum in alteratione & vnum & idẽ eſt magnum & paruũ in augmẽto. ſiſt etiam vnum & idem qñq; ẽ generatum, et qñq; corruptũ. Sed tñ differunt in hoc, ꝙ ſubiectũ, qđ eſt in tranſmutatione, q̃ eſt ſubſtantię, eſt in potentia, et ẽ in aliis tranſmutationibus in actu: et ſuum eſſe eſt, quod eſt medium inter eſſe ī actu, et non eſſe. et hoc intendebat, cũ d. et erit nunc ſubiectũ, ſicut hoc, etc. i. et iſtud ſubiectum, qñ recipiet formam, aſſimilatur ei, quod eſt ī actu, et qñ dimiſit eam aſſimilat̃ ad non eſſe. et totum hoc dictum ẽ in Naturalibus. D. d. Et aliæ tranſmutationes, etc. i. et aliæ tranſmutationes ſequunť illã, q̃ eſt in ſubſtantia, ſ. qm̃ illud, qđ hẽt tranſmutationẽ, quæ ẽ in ſubſtantia, hẽt alias tranſmutationes. tranſmutationes aũt in loco nõ debet ſequi vna, aut plures aliarum tranſmutationũ. et ideo non eſt neceſſe vt oẽ habens materiam localẽ habeat materiam generabilẽ et corruptibilem. Et innuit p hoc, qđ declaratum eſt in ſcientia Naturali, ꝙ cœlum habet materiã localẽ, et tñ non habet materiã generabilem et corruptibilem. et ideo videmus, ꝙ cœlum non componitur ex materia, quæ eſt in potentia et forma, q̃ eſt in actu. Deinde d. Dictum ẽ igit̃ in Naturalibus, etc. i. declaratum eſt enim quæ eſt differentia inter gene-

D

* Subiectũ tranſmutationis ſubſtãtialis ẽ in potẽtia, accũtalis ãt in actu. Idẽ. 1. phy. c. 63. 1. de Gña. 23. & 24. 2. d aia c. 4. &. 1. ca. de ſubſtantia orbis.

E

F

Cœlũ hẽt mãm localẽ, & non mãm gñabilẽ & corruptibilẽ. Idẽ. 1. phy. cõ. 63. & 1. cœ. 20. idẽ 1. & 2. & 3. ca. d ſubſa orbis & hic cõ. 12. & 12. Me. t. c. 10.

M3m eſſe ſubiectus debet declarari in ſcia Nãli: ipſam aũt eſſe ſubſtam eſt de hac ſcia. vid. 2. phy. cõ. 21. & 7. Met. cõ. 9. & 12. Me. c. 5. & quã ibi.

Oppõ primo & eſſẽtialr̃ inuenit̃ in eis q̃ opponunt̃ ī loco conſiſte in p̃dicamentis, ca. de q̃ntate. Sed oppo. vr̃ 8 ph. cõ. 16. Vide contra. Zim. * Vide 10. Met. c. 13.

G rationem ſimpliciter,& nō generationem ſimpſr:&inter generationē & corruptionem, quæ ſunt in ſubſtantia:& generationē & corruptionem,q̄ non dñr ſimpliciter,ſ.q̄ ſunt in alijs tranſmutationibus.

De ſubſtantia,quæ forma & actus eſt. Itē definitiones formam & materiam complectentes, potiores eſſe, quàm quæ alteram tm tum. Cap. 3.

CVm autem quædā,vt ſubiecta & vt materia,concedatur ſubſtantia, hæc autem eſt,quæ potentia eſt, reſtat
H illam, quæ vt actus ſubſtantia ſenſibilium eſt,quænam ſit dicere.Democritus igitur tres differentias eſſe videtur exiſtimare. ſubiectū enim corpus,materiā, vnum & idem.differre aūt, aut rhyſmo,quod eſt figura:aut trope,quod eſt ſitus: aut diathige, quod eſt ordo. Videntur autem multæ differentiæ eſſe. vtputa quædam compoſitione dicunt materiæ,ſicuti quæcunq; miſtura,quemadmodum melicratū.
I quædam clauo,vt arca. quædā ligamine,vt faſcis.quædam glutine,vt liber.quædam pluribus ex his.quædam poſitione, vt limen & ſuperliminare.hæc.n.eò q̄ modo quodam ſita ſint, differunt.quædam tempore, vt cœna,& prandium.quædam loco, vt venti.quædā ſenſibilium paſſionibus,vt duritie & mollitie, & denſitate & raritate,& ſiccitate & humiditate.& q̄dā quibuſdam ex his,quædā oībus his. & oīno q̄dā redundātia, q̄dā defectu.Quare patet,quod & ipſum K
eſt toties dr.limen.n.eſt, qm̄ ita ſitum eſt.& eſſe, ſic ipſum poni ſignāt.& glaciē eſſe, ſic denſari. Quorundam vero eſſe & his oī bus definietur:eò q̄ quædā miſcentur,quædam temperantur, quædam ligantur, quædā denſantur,quædam cæteris differē tīs vtunt̄,ſicuti manus,aut pes. Accipienda igitur genera drīarum.hæc.n. principia exiſtētiæ erunt.vt quę in magis & min⁹, aut denſo & raro, & cæteris talibus.cuncta etenim hæc redun- L
dantia & defectus ſunt. Quòd ſiqd figura,aut leuitate,aut aſperitate,omnia recto & curuo.his vero eſſe erit miſceri, oppoſito autem modo,non eſſe. Manifeſtum igitur ex his eſt,q̄ ſi ſubſtātia cauſa ē,vt vnumquodq; ſit, in his quærendum eſt, quęnam vt horum ſingula ſint,cauſa eſt. Subſtantia itaq; nihil horū eſt, neque combinatum:attamen,proportionale in vnoquoq;.

Vide in præ. Met.

Cum igitur quædam ſubſtantiæ ſint conceſſæ,vt ſubiectum,& materia etiam,& eſt illud, quod eſt in potētia,remanet dicere quæ eſt ſubſtantia ſenſibilium,quæ eſt in actu.Demo.vero exiſtimauit, quòd differentiæ eorum ſunt tres. materia vero, quæ eſt ſubſtantia ſubiecta,eſt eadem etiam:& differt,aut ſecundum ordinem, qui ē figura:aut ſecundum tranſmutationem,q̄ eſt ſitus: aut ſecundum M

con-

A coeuauum, qui eſt compoſitio. Et ipſe videt multas differentias. vt dicitur q̄dā per cōpoſitionem materiæ, vt oīa, q̄ admiſcētur, v.g. mel, & aqua. & quædam per ligamētum, vt lectus. & q̄dam per glutinum, vt liber. & quædam per clauos, vt arca, & quædam per plura iſtorum. & quæda ſecundū ſitum, vt via & limes. iſta. n. differunt ſecundum motum ſitualem. & q̄dam ſecundum tempus, vt prandium, & cœna. & quædam ſecun
B dum locum, vt venti. & quædam per paſſiones, q̄ ſunt ſenſibiliū, vt duricies & mollities, & ſpiſſitudo & raritas, & ſiccitas & humiditas. & quædam per quædam, & quædam per oīa. & vniuerſaliter quædam magis & quæda minus. & ideo, cùm limes ponitur ſuperius, non eſt limes. Manifeſtū eſt ergo, quòd ens dicitur ſecundū numerum iſtorum modorū. dicitur. n.
C ens via, q̄ ē ſecundū hunc ſitū. & hoc ēt ſignificat quòd ē ſecundum hunc ſitū. & eſſe grando ēt ſignificat quòd inſpiſſatum ē illud ſecundū hunc modū. Et eſſentia quorundam determinatur per oīa iſta. q̄dam. n. ſunt mixta, & quedā cōplexa, & quedā ligata, & q̄dam vtuntur alys differentys, vt manus & pes. Accipiātur igitur genera differentiarū. iſta. n. ſunt prīcipia eſſentiæ, ſicut quòd ē maiorū & minorū, & ſpiſſum & rarum, D
B ſm formam: ſm vero tempus forte actus ꝓcedit potentiā in quibuſdam rebus, & forte in quibuſdā rebus nō præcedit. D.d. Manifeſtū eſt, &c.i. & manifeſtum eſt, ꝙ actus eſt ante potētiam ſm definitionē & ſubſtantiam, vt declaratū eſt prius de definitione eius, quod eſt in potentia illud enim quod eſt principiū potentiæ, eſt illud, quod innatū eſt eſſe in actu ab aliquo, quod ē in actu. ergo actus præcedit in eſſe potentiā, aut apud naturā, aut apud artificium. illud enim quod pōt ædificare, eſt illud, quod habet formā ędificati. &
C ſimiliter illud, quod videt, eſt illud, in quo eſt præparatio ad recipiendum rem viſam. & vſt, quia potentia eſt non eſſe, & actus eſſe, neceſſe eſt vt eſſe præcedat non eſſe, & agēs præcedat tempore actum. D.d. numero vero, &c.i. generatum autem vnum in numero, & iſte homo generatus demōſtratus non eſt anteq̄ generetur, ſed eſt poſt ſuā materiā ſm tempus. & agens aliquid eſt etiā ante actum ſm tempus, actum autē non eſt ante materiam ſm tempus, neque ante agens, ſed agens eſt ante actum ſm tempus. & quia materia D
eſt, ēt ſiſt poteſt facere aliud ſibi ſiſe ex illa materia pręcedenti. Quod.n. generat, generat à ſuo ſimili in potentia, & ab agente ſibi ſimili in ſpecie. homo enim generat ex eo, qđ eſt homo in potētia, & ab eo, quod eſt hō in actu. oē enim generatum mouet: & oē, quod mouetur, mouetur à motore in actu ante ipſum.

D.d. in actu vero nō eſt ante, ideſt actus vero in hoc demonſtrato nō eſt ante potētiam ſecundū tempus.

D.d. ſed quia eſt ante, &c.i. qūi illud, quod eſt in potētia, nō fit actu, niſi per illud, quod eſt in actu illius E
ſpeciei. vt hō ex homine, & muſicus ex muſico: oē enim generatū mouetur à motore priore ipſo in actu.

Idē 8. huiꝰ cō. 15. & 8. Phy. 15.

Dictum eſt aūt in ſermonib⁹ de ſubſtantia, ꝙ omne, quod fit ex aliquo, aliquid, & ab aliquo fit. & hoc ſpecie idem. Quare videtur impoſſe eſſe ędificatorem, qui nihil ędificauerit, aut citharœdū, qui nihil citharizauerit. q enim diſcit citharizare, citharizando diſcit citharizare. ſiſt ēt alīq̄. Vnde redargutio ſophiſtica oriebatur, ꝙ aliquis non ha- F
bens ſcīam, faciet id, cuius ſcīa. qui nanq̄ diſcit non habet. ſed qm̄ eius, quod fit, aliquid factū eſt, & eius, quod aliquo modo mouet, aliquid motum eſt (hoc autē in de motu manifeſtū eſt) diſcētem quoq̄ neceſſe fortaſſe eſt aliquid ſcientiæ habere.

Et dictum eſt in ſermonibus de ſubſtantia, quòd omne, quod generatur, ē ex aliquo, & per aliquod,

&ꝙ

G *& quòd hoc eſt ſecundũ formam idẽ. & ideo exiſtimatur, quòd impoßibile ſit vt ſit ædificator, qui non ædificet oĩno, & vt ſit citharizans, qui non citharizet omnino. qui enim addiſcit citharizare citharizat et addiſcit. et ſimiliter de alijs etiã. Et ex hoc fuit cauſa ſermonis Sophiſtarũ, quòd poßibile eſt vt cognitio non ſit in vno, & vt agat illud, quod habet dominus cognitionis. non igitur habet addiſcens, niſi*

H *vt ſit aliquid ex eo, quod habet generatum, & vt moueatur aliquo motu eorum, quæ vniuerſaliter habet motor. & eſt manifeſtũ in ſermonibus de motu, quoniam eſt neceſſe vt hoc & addiſcens habeant aliquid de cognitione.*

14 Intendit p ſermonẽ de ſubſtãtia Septimũ iſtius libri, in quo locutus eſt de principijs ſubſtãtiæ ſenſibilis.

Agens & actũ ſunt idẽ I ſota. Idem. 7. Met. 28.

Et cùm d. ex aliquo intẽdit mãm. & p aliquid, intẽdit agens. & q agẽs & actũ ſunt idem in forma. totum enim hoc declaratum eſt in illo tra

I ctatu, & intẽdebat declarare p hoc, q actus eſt ante potentiã ſm temp⁹, & ſm ſubſtantiã. D.d. & ideo exiſtimat, q impoſſe ſit vt ſit ædificator, q nõ ædificet oĩno. i. & quia actus ꝓcedit potentiam tpe, exiſtimat, q impoſſibile eſt vt acquirat artẽ ędificatoriæ qui nõ ædificat, neq; artem citharizandi, qui nunq̃ citharizauit.

D.d. qui enim addiſcit citharizare, &c. i. qui enim addiſcit citharizare citharizat vt addiſcat, & ſic acquirit artẽ citharizãdi. & ſilr in alijs artificijs, q addiſcuntur p exercitium. K

D.d. Et ex hoc fuit cã, &c. i. & ex hoc, q actus ꝓcedit potentiã, fuit cã qõnis Sophiſtarũ famoſæ attributę Mennoni, p quã deſtruit ſcire & addiſcere. dicebat. n. q impoſſe eſt aliquid addiſci. q̃m addiſcere aut erit ſine aliqua actiõe ſcię addiſcẽte, aut p aliquã actionẽ. ſi igit ſine aliqua actione, nõ erit illic addiſcere oĩno, & ſi p actiones illius ſcĩæ, tũc addiſcens erit ſciẽs, & nõ indigebit addiſcere. v. g. q, ſi nõ addiſcit citharizare niſi qui citharizat: & non citharizat niſi qui ſcit citharizare: ergo impoſſe eſt addiſcere citharizare. Se quit enim ex hac qõne vt qui neſcit citharizare agat citharistæ actionẽ. & hoc intẽdebat, cùm d. & vt agat illud, quod hẽt dñs cognitionis. i. vt addiſcẽs agat actionẽ ſcientis: dicendo q qui addiſcit hẽt ſcĩam, & qui habet ſcĩam eſt ſciens: ergo addiſcẽs eſt ſciens. D.d. non igit habet, &c. i. q̃m oẽ quod generatur & fit aliq̃d, impoſſe eſt hoc fieri, niſi vt habeat nãm illud aliquid ex eo, quod habebit in poſtremo. v. g. q̃m impoſſe eſt vt citharizet, niſi ille, qui habet aliquid de arte citharizãdi. & ideo aſinus non addiſcit citharizare, neque hõ, qui non eſt innatus citharizare. & hoc intẽdebat cùm dicit, & vt moueatur, &c. i. & omne, quod mouet in aliquo motu, impoſſe eſt vt moueatur illo motu, niſi habeat aliq̃d eorũ, quæ habet motor: & ſi nõ habet eodem modo, ſecundum q habet motor. D.d. & eſt manifeſtũ ex ſermonibus de motu, &c.

L

M

Mennon ambiguitas, de q Philoſoph⁹ mentit in primo Poſt

6. Phy. tex. com. 32.

At ex hoc quoq; patet quòd actus prior potentia, & generatione, & tempore eſt.

Actum

A *Actum ſubſtantia priorem eſſe potentia.*
Cap. 4.

AT vero ſubſtantia etiam. Primo quidē, quia quæ generatione poſteriora, forma & ſubſtātia priora ſunt: vt vir puero, & homo ſemine. illud enim iam habet formā, hoc vero nō. Et qm̄ omne, quod fit, ad principium & finem progreditur. etenim cuius cauſa principiū ē. gn̄atio vero finis gr̄a. finis vero actus, & huius gratia potētia ſumitur. non. n. vt viſum ha-
B beant animalia vident, ſed vt videant viſum habēt. ſimiliter ēt ædificatiuam vt ædificēt, & ſpeculatiuam vt ſpeculentur, non vt ſpeculatiuam habeant ſpeculantur, niſi qui exercitantur. hi vero non ſpeculātur, ſed aut ſic, aut quia nō indigent ſpeculari.

Et etiam eſt rectum vt ſit manifeſtum, quòd actus hoc modo ēt eſt ante potentiam ſecūdum generationem, & tempus, & ſubſtantiam etiam. Primo uero, quia quod
1C *in generatione eſt poſt, eſt ante ſecundum formam, & ſubſtantiam etiam. v. g. vt qui eſt ante puer, et homo eſt ante vtrunq; in quibuſdā enim forma præcedit, & in quibuſdam non. Et, ſi aliquid generatur, iuit ad principium, & complemētum, per quod eſt, & generatio eſt propter complementum. actus vero eſt via. & propter hoc inuenitur potentia. animal enim nō videt vt habeat viſum, ſed vt videant illū* D *habent. & ſimiliter ſcientia ædificatoriæ eſt vt ædificet, & ſcientia conſyderationis eſt vt conſyderet. ſed non conſyderant quando generatio eſt in eis præter illos, qui conſulunt. & iſti non quia conſyderant, ſed quia hoc fuit, quia non indigent conſyderare aliquid oīno.*

Ideſt, & rectū eſt vt appareat ēt, 15
ꝙ actus eſt ante potentiam, non ſolum modo tpe & generatione, ſed ēt ſubſtantia hoc modo. D.d. Primo
E vero, &c. i. primo vero, quia oē, cui⁹ generatio eſt poſt in tēpore, eſt ante ſm formam & ſubſtātiam. vt vir, qui ſecundum formam eſt ante puerum, & in generatione eſt poſt illū, & homo præcedit vtrunq; ſm formam. D.d. in quibuſdam. n. &c. i. & cauſa ī hoc eſt, qm̄ illa, q̄ ſunt poſteriora in generatione, habēt formā, & priora non hnt formam, quæ eſt complementum. Et in alia translatione d. illud. n. habet formā, & hoc non habet. vir. n. habet formam cōpletam, & puer non habet: & ideo præcedit ipſum ſm formam. D.d.
F Et, ſi aliquid generatur, &c. i. & apparet etiam, ꝙ actus præcedit potentiam in eſſe, ſm ꝙ apparet, ꝙ finis p̄cedit illud, cuius eſt finis. omne n. quod generatur, fit per ſuam generationem ad complementum. D.d. actus vero eſt via, i. actus vero ē via, & finis, ad quē fit generatum. D.d. & propter hoc inuenitur potentia. i. propter actum inuenitur potentia ante actum. D.d. animal. n. non videt, &c. i. animal enim non videt vt acquirat virtutem viſibilem, ſed habet virtutem viſibilem vt videat p

G illam. & ſimiliter ſcientia ædificādi eſt vt ædificet, & conſyderandi vt conſyderet, non econuerſo. Deīde d. ſed non conſyderant, &c. i. ſed nō conſyderant, qñ conſyderatio generatur in eis, ſed quando generatio ſcientiæ ſpeculatiuæ perficitur ī eis. D. d. præter illos, &c. i. & iſti enim conſyderant vt acquirant illud, per quod eſt conſyderatio, & vniuerſaliter agunt vt acquirant illud, p quod eſt actio. ſed iſti non habent veram conſyderationē, quę eſt ex ſcientia. illi enim, qui habent conſyderatio-
H nem, non indigent conſyderare vt acquirant conſyderationē. & hoc intendebat, cùm d. & iſti non quia conſyderant, &c i. & illi, qm conſyderant conſyderatione diſciplinę cō ſyderant, non quia ſunt de numero conſyderantium, ſed conſyderant, vt ſint in tali diſpoſitione, ī qua nō indigent conſyderare de aliquo omnino. Et in alia translatione, d. & illa non cōſyderant, ſed ita accidit vt non indigeant conſyderare de aliquo oīno. i. & iſti non ſunt vere cō ſyderantes, ſed per iſtam actionem accidit eis vt ſint ī tali diſpoſitione,
I in qua non indigent tali conſyderatione, quia acquirēt cōſyderationē.

Item materia eſt potentia, qa progredi pōt ad formā, cùm vero actu ſit, tunc in forma eſt. ſiſt etiam de cæteris, & quorū motio finis. Quare quēmadmodū docentes, cùm diſcipulum oſtēdant operantem, putant impoſuiſſe finem, ſimiliter etiam natura. Si enim nō ita fit, erit Mercurius Paſonis. non enī erit manifeſtum, an intra vel extra ſit ſcīa, quēadmodū ēt ille, opus. n. finis, operatio vero opus. vnde K
nomen operatio dr̄ ab opere, & tēdit ad perfectionem. Cùm autem quorundam quidē vltimū ſit vſus, vt viſus viſio, & nihil p̄ter hanc aliud à viſu fiat opus, à quibuſdam vero fiat aliud, vt ab ędificatiua domus prętер ędificationem, nihilominus tñ illic quidem finis, hic vero magis finis potentiæ eſt. ædificatio namque in ędificato ſimul & fit, & eſt cum domo. Quorūcunqꝫ itaque aliud quiddā præter vſum eſt id, quod fit, horum actus in L
eo, quod fit, eſt: vt ædificatio in eo, quod ædificatur, & cōtexio, in eo, quod cōtexitur. ſimiliter & de alīs, & omnino motus in moto. Quorū vero nō eſt aliud quoddam opus præter actionē, in ipſiſmet actio eſt. vt viſio in vidente, & ſpeculatio in ſpeculāte, & vita in anima. quare ſęlicitas etiam, vita nanqꝫ q̄dam eſt.

Et etiam, quia materia eſt in potentia, impoßibile eſt vt veniat ad formam. & cum materia fuerit in actu, tunc erit in forma. & ſimiliter in alijs etiā, & in eis quorum complementum eſt motus. & ideo quemadmodū quando ſciunt, & faciunt addiſcentem agētem, vident quòd iam veniunt ad perfectionē, ſimiliter eſt de natura ēt. Quoniam ſi non fuerit in hac diſpoſitione, tunc Mercurius erit Onoſius. & erit ſcīa non manifeſta: ſi fuerit intrinſecus: & ſi fuerit ex- M

trin-

A *trinſecus, ſicut Mercurius. operatio enim eſt complementum, & actio eſt operatio. & ideo hoc nomen actus etiam dicitur de operatione in Græco, & habet quaſi cõplementum. Ergo erit in vſu rerũ, quæ ſunt magis propriæ, vt conſyderatio viſus, & non erit alia operatio conſyderationis præter hæc oĩno, & erit operatio ex quibuſdam rebus aliquid, ſicut eſt domus ex arte ædificatoria. & eſt aliud ab*

B *arte ædificatoria, ſed eſt potentia quaſi aliquod complementũ in aliquo, aut eſt in aliquo non complementum. ædificatoria enim eſt in illo, quod ædificatur, & textoria in illo, quod texitur. & ſimiliter in alys rebus, & vniuerſaliter motus in moto. Omnia vero, quæ non habent aliam operationem præter actum, actus eſt in eis. vt conſyderatio in conſyderante, & vita in anima. & ideo fortuna eſt in ãia:*

C *quia eſt qualitas alicuius vitæ.*

16 Ideſt, Et etiã materia, dum eſt in potentia, non eſt perfecta p formã, neq; habet eſſe, quod habet forma. &, cùm venit ad actum, tunc perficitur per formam, & habet eſſe, quia habet formam. Et potentia iſti⁹ declarationis eſt talis. quia forma p̃cedit ſubſtantiam, & eſſe materiam, & materia perficitur per illud, quod eſt perfectum fm actum, nõ fm potentiam, & ideo neceſſe eſt vt actio ſit perfectior potẽtia, & prior in ea in eſſe. D.d. & ſimiliter in alijs. i. & ſimiliter eſt de alijs potẽtijs, niſi po- D
tentia, quæ eſt in prima materia. D. d. & in eis, quorum complementũ eſt motus. i. & ſimiliter ẽ in eis, quorum perfectio eſt in motu, ſ. q̃ perfectio nõ erit in eis, niſi per actum, non per potentiam: & illud, ꝓpter quod acquiritur perfectio, eſt perfectius. D.d. & ideo quemadmodũ, qñ ſciunt, &c. i. & quemadmodum magiſtri, quando faciunt addiſcentem eſſe ſciẽtem, vident ſe peruenire ad complementum & perfectionem, ita eſt de natura, quia non ceſſat mouere rẽ, donec perueniat ad E
ſuam vltimam perfectionem, & tũc ceſſat. & declarat per iſtam, q̃ ars & natura intendunt actum, non potẽtiam. D.d. Quoniam, ſi non fuerit, &c. i. quoniam, ſi eſſe rei non fuerit, ſecundum q̃ eſt in actu, ſed ſecundum q̃ eſt in potentia, tũc ignorãs & ſciens erunt idem. ver. g. Mercurius, qui fuit valde ſciens, & Onoſius, qui fuit valde turpis. & tunc ſcientiam exiſtere in anima eſt ſicut exiſtere extra animam, ſcilicet quòd anima non habet propriam de ſcientia aliquid, quod non eſt F
extra animam. anima enim non proprie diſponitur per ſcientiam, niſi quando fuerit ſciens in actu: & maxime qñ fuerit in ſua vltima pfectione, ſ. quando vtitur ſcientia. Deinde d. ſicut Mercurius. ita q̃ accidit hoc in Mercurio, ſcilicet vt diſponatur per ſcientiam, quando ſit in potentia, ſicut diſponit illud, qd non habet ſcientiam. Deinde d. operatio enim, &c. i. & ſignum eius, q̃ actus eſt complementum, & perfectio, eſt, quoniam act⁹ eſt operatio, & operatio eius eſt complemẽtum, & perfectio operantis. & ideo hoc

Illud, per qd acquirit̃ pfectio ẽ pfectius.

Nã nõ ceſſat mouere rẽ, donec perueniat ad vltimã perfectionẽ.

Operatio ẽ cõplemẽtũ, & pfectio operãtis.

G nomen actus ét dicit̃ de operatione in lingua Græca. & ideo ſignificat illud, quod ſignificat complementũ, & perfectio. Et cùm d. q̃ act⁹ & operatio eſt finis, incœpit definire operationem, & actum, quæ ſunt huiuſmodi in vnoquoq; ente. D.d Ergo erit aut per vſum rerũ, &c.i. iſta operatio eſt, qñ vnumquodq; entiũ vtitur actione ſibi propria, v.g. viſum vti inſpectione, quæ ẽ ſua operatio propria, in qua non conuenit cum alio. & ideo iſta operatio eſt finis viſus. D.d. & erit operatio, &c.i. & iſta operatio in quibuſdam rebus eſt in
H hoc, q̃ faciat aliquod proprium, vt ars ædificatoria, qm̃ operatio ei⁹ p̃pria eſt facere domũ. Et d. hoc, qm̃ quædam res ſunt, quarum finis eſt agere tm̃, & quædam ſunt, quarum finis eſt aliquod actum. oĩa igit̃ entia cõueniunt in hoc, q̃ complemẽtum & perfectio eorum eſt in operatione propria. & hoc duobus modis: qm̃ aut finis erit agere vt in viſu, aut aliquod actum vt in ædificatoria. D.d. ſed eſt potentiæ, &c.i. qm̃ actus eſt perfectio potentiæ, & omni modo materiæ, ſiue fuerit complementum ĩ re, in qua eſt complemẽtum, aut in alio etiam. D.d. ædificatoria. n. eſt in ędificato, & textoria in texto. ſimiliter in alijs rebus etiã vł̃ motus in moto, & hæc eſt pars, in qua eſt actus D.d. Oĩa vero, quæ non habent aliam operationẽ, &c.i. omnia vero, quæ non habent acta, ſed finis eorũ eſt actio, actiones eorum exiſtunt in eis, vt videre in viſu, & vita in anima & fortuna in ea: qm̃ fortuna eſt qualitas alicuius vitæ, & eſt vitæ nobilis.

Quędã res ſt̃ quarũ finis é agere tm̃, & q̃dã ſt̃, quarũ finis é aliquod actum.

Fortuna é qualitas vitę nobilis. Vid Auer. 1 Epi. Tr. 3.

Vnde patet q̃ ſubſtantia, & forã, act⁹ ẽ. Et ſm hãc igit̃ ratio nem manifeſtũ eſt q̃ prior ſubK ſtantia actus, q̃ potẽtia. Et, quẽadmodum diximus, tẽpore ſem per præcedit actus, alius añ aliũ vſq; ad eum, qui eſt primo mouentis. Veruntñ etiã mãgis prin cipaliter. æterna enĩ priora corruptibilibus ſubſtantia ſunt: nihil vero potentia æternũ eſt. Ratio autem hæc. omnis potentia ſimul contradictionis eſt. quod enim non eſt poſſibile eſſe, non inerit alicui. omne vero poſſibile, contingit non agere. quod igitur eſt poſſibile eſſe, cõtingit eſL ſe & non eſſe. quod vero eſt poſſibile non eſſe, contingit non eẽ, quod autem contingit non eſſe, corruptibile ẽ, aut ſimpliciter, aut hoc ipſum, quod dr̃ contingere non eſſe, ſiue ſm locum, ſiue ſm quantum, ſiue ſm quale: ſimpliciter vero quod ſm ſubſtantiam. Nihil igitur ſimpliciter incorruptibilium ſimpl̃r potentia eſt: ſm aliquid autẽ nihil prohibet, vt quale, aut vbi. actu ergo omnia. Nec eorum, quę neceſſario ſunt, licet hæc prima. ſi M enim ipſa non eſſent, nihil eſſet profecto. Nec igitur motus, ſiqs æternus eſt, neq; ſi quid qđ mouetur ęternum, non ſm potẽtiã mouetur, niſi vnde, quò. huius autem materiã nihil prohibet eſſe. Quare ſemp agit Sol, & ſtellæ, totumq; cœlum. Neq; timendum ne qñq; ſtet: quod metuũt quidam Naturales. non enim fatigantur, cũm hoc faciunt, eò q̃ motus eis non eſt circa contrã-

Oĩs potentia ſimł̃ contradictionis eſt.

Non é dmẽdum, ne qñque cœlu ſtet.

dictio-

A dictionis potentiam, quēadmodum corruptibilibus, ita vt laborioſa eis ſit motus continuatio. ſubſtantia nanq; materia & potentia exiſtens non actu, huius cauſa eſt.

Manifeſtū eſt igitur, quòd ſubſtantia, & forma eſt actus. Et ſecundum hunc ſermonem manifeſtum eſt, quòd ſubſtantia, & actus ſunt ante potentiam. Et ſicut diximus, ſemper præcedit tempore: ergo præcedit actus, qui eſt ante illud, quod ſemper mouetur primo modo. Et alio modo etiam dicens verum. æterna. n. ſunt ſecundū ſubſtantiam ante illa, quæ corrumpūtur, & nullum eſt æternum in potentia. Et omne verbum, & omnis potentia eſt contradictoriorū inſimul. illud enim, quod non habet potentiam vt ſit, non erit: quia non eſt aliquid. & omne quod hēt potētiam, poſſibile eſt vt non agat. ergo illud, quod habet potentiam vt ſit, poſſibile eſt vt ſit, & vt nō ſit. ergo illud habet potentiam vt ſit, & non ſit. & illud, quod habet potentiam vt ſit, poſſibile eſt vt non ſit. & illud, quod habet potentiam vt non ſit, corrumpetur, aut modo ſimplici, aut hoc modo. quod igitur dicitur quòd eſt poſſibile vt non ſit, aut quantitate, aut qualitate, aut modo ſimplici per ſubſtantiā. Ergo nullum eorum, quæ non corrumpuntur modo ſimplici, eſt in potentia modo ſimplici. aliquo vero modo nihil prohibet, vt qualitas, aut vbi. ſed omnes ſunt in actu. Et nō ſunt ex eis, quæ ſunt neceſſario. quoniam, ſi iſta prima fuerint ita, ergo nihil omnino eſt in potentia. Neq; ſi motus fuerit æternus, neq; ſi aliquid motum æternum, nō eſt motum in potentia, niſi ſit de vbi in vbi. & nihil prohibet vt hic ſit materia. Et ideo Sol ſemper agit, & ſtellæ, & totum cœlum. Et nō eſt timendum quòd quieſcant in aliqua hora, ſicut eſt timendum de duabus materiis, ne habeant fatigationem de hac actione. quoniam non eſt eis magis quam potētia cō tradictoriæ, ſicut eſt motus in eis, quæ corrumpuntur, vt motus continuus ſit cōpoſitus. quoniam, ſi ſit materia, & ſit in potentia non in actu, hæc eſt cauſa eius.

B C D E

Et, cùm ſit declaratum, ꝙ actus eſt forma, & ꝙ forma eſt ante potētiam ſecundum definitionem, manifeſtū eſt, ꝙ definitio, & illud, qđ eſt ī actu, eſt ante illud, quod eſt in potentia ſecundum definitionem, & quiditatem. Deinde d. Et, ſicut diximus, &c. i. & actꝰ etiam, qui eſt motor, inuenitur præcedere tempore rem motā. & aſcendit hoc ad primum motum, & ad primum motorem, in quo non eſt potentia omnino. Et intendit illud, quod declaratum eſt in Phyſicis, ſ. ꝙ omnia mota reducuntur ad primum motorē, 17 F 8. Phy. 78. & 79.

G qui eſt actus, in quo non eſt potẽtia omnino. Deinde d. Et alio modo etiam dicens verum, &c. i. & in alia translatione. Sed illud, quod eſt magis verum, eſt dicere, ꝙ æterna ſunt priora ſubſtãtijs ſenſibilibus. & nullum æternorum eſt in potentia i. & illud, quod eſt manifeſtius, & magis verum eſt dicere, ꝙ res æternæ ſunt priores rebus generabilibus & corruptibilibus. & in æternis potentia non eſt: potentia enim non eſt niſi in generabilibus & corruptibilibus.

In ęternis nõ ẽ potẽtia. vide. 2. Cœl. 32 & 34. &. 12. Met. 30.

H Deinde d. & omnes potentiæ, & omne poſſibile eſt potẽtia ad eſſe, & ad non eſſe, non potentia ad alterum contradictoriorum. quoniam, ſi habuerit potentiam ad alterum contradictoriorum, non habebit ad alterum: & illud, ad quod non eſt potentia, non erit: & ꝙ non erit, eſt impoſſibile. & ſi alterum contradictoriorum eſt impoſſibile, reliquũ eſt neceſſarium: & ſic non erit poſſibile. & hoc intendebat, cum d. illud. n.

I quod non habet potentiã vt ſit, nõ erit: quia non eſt aliquid, i. quia eſt non eſſe impoſſibile. Deinde d. & omnia, quæ habent potentiam vt agant, poſſibile eſt vt non agant cũ potentia poſſibilitatis in duo cõtradictoria. D. d. ergo illud, quod hẽt potentiam, &c & hoc eſt manifeſtũ per ſe. Deinde d. & illud, quod habet potentiam vt non ſit, corrumpetur &c. i. & omne corruptum aut dicit eſſe corruptũ ſimpliciter, & eſt corruptum ſecundum ſubſtãtiam: aut dicitur eſſe corruptum per aliquod eorum exiſtentium in eo, vt qualitas aut quantitas. Deinde d. Ergo nullum eorum, quæ non corrumpuntur, &c i. declaratum eſt in ſcientia Naturali, ꝙ nullum eorum, quæ non corrumpuntur ſm ſubſtantiã, K habent potentiam ꝙ ſubſtantię eorum corrumpãtur. Et hoc d. in hoc loco, quaſi vagando, & declaratio eius perfecta eſt in Primo Cœli & mundi. illic enim declarauit, ꝙ impoſſibile eſt vt in ętetno ſit potentia ad corruptionem. D. d. aliquo vero modo, &c. i. ſed eſt poſſibile vt in q-buſdam æternis ſit potentia aliquo modo modorum potentiæ. v. g. vt partes eorum ſint in potentia in aliquo loco, non in alio, aut in aliqua qualitate. hoc enim non eſt prohibitum. & iſtæ qualitates, quæ poſſunt eſſe & non eſſe in corporibus cœleſtibus, ſunt aliæ ab eis, quę attribuũ L tur alterationi, vt obſcuritas Lunæ, & illuminatio, & ſimilia. Deinde d. ſed omnes ſunt in actu, i. ſed omnes tranſmutationes, quæ apparent in cœlo, ſunt ſecundum genus in actu, ſcilicet ꝙ in eis nõ inuenit aliquod genus tranſmutationum in potẽtia, poſtquam non ſint. ſed illud, quod inuenitur ex eis potentia ante actũ, eſt ſicut ſingulæ partes illarum trãſmutationum. Deinde d. Et nõ ſunt ex eis, quæ ſunt neceſſario. i. & non omne, quod apparet in cœlo, eſt in actu ſemper ſine potẽtia, & ſine mo M tu. qĩn, ſi ita eſſet, inueniretur in potentia, ſ. factum de nouo. & hoc intẽdebat, cùm d. qĩn ſi iſta prima fuerint ita, nihil omnino erit in potentia. Deinde d. Neq; ſi motus fuerit æternus, &c. i. & ſimiliter, ſi fuerit motus æternus, impoſſibile eſt vt ſuum totum ſit ante in potentia, ſ. ſecundum genus, ſed ſecundum partes & totum hoc declaratum eſt in Phyſicis. Deinde d. & nihil phibet vt hoc ſit materia. i. & hoc, ꝙ corp⁹ cœleſte non denudatur à potentia

in

A in vbi, non prohibet vt sit materia. hæc enim est dispositio materiæ, s. non denudari à potentia, sed prohibet vt sit forma. Deinde d. Et ideo Sol semper agit, &c. i. quoniam non est in eis potentia ad fatigationē magis q̄ potentia ad corruptionem: sicut est dispositio in motib⁹ & ī motis ex se generabilibus & corruptibilibus, s. cp potentia fatigationis in eis est maior potentia ad corruptionē. Et, cùm in corporibus cœlestib⁹ nō est potentia ad corruptionem, quæ est minor potētia fatigationis, quāto magis non erit in eis potentia ad

B fatigationem. & natura aufert à corporibus cœlestibus potentiā ad corruptionem, vt motus sit continuus & æternus. Deinde d. qm̄, si sit materia, &c. i. qm̄, si materia est in generabilibus & corruptibilibus, & est in potentia, ista potētia, quæ in eis est, est cā fatigationis & corruptionis.

Nihil phibet vt cœlū sit mā, sed prohibet vt sit forā. vide 2. cap. de sub⁹ orbis & 8. Met. cō. 12. & 1. Cœl. 10. & quæ ibi.

Idē. 8. phy. 79. & 2. c. de substantia orbis.

Imitantur autem incorrupti bilia & illa entia, quæ in transmutatiōe sunt, vt terra, & ignis. etenim semper hęc agunt. per se enim, & in seipsis habent motū.

C Cæteræ vero omnes potentiæ, vt determinatum est contradictionis sunt (cp enim potest sic mouere, potest etiam non sic) q̄cunq;. s. secundum rationem. Irrationales vero, eo ipso cp adsūt & absunt, contradictionis erūt eædem. Si igitur aliquæ naturę, siue substantię tales sunt, quales dicunt in sermonib⁹ ideas, multo magis sciens aliquid erit, q̄p ipsa scientia, & motum, quam motus. illa enim magis act⁹, hæ vero horum potentiæ. Quòd igitur actus prior & potentia et D omni transmutatiuo principio est, patet.

Et illa, quæ transmutantur, assimilantur illis, quæ non corrumpuntur, vt terra & ignis, ista. n. sunt agentia, quia habent motum per se, & in eis. Aliæ vero potentiæ, ex quibus agūtur, omnes sunt cōtradictoriorum. illud enim, quod habet potentiam mouere, hoc habet potentiam mouere non hoc ēt, vt omnia quæ habent verbum. illa autem, quæ nō habent definitiones, erunt contradictoriorum, cùm sint præsentes primo. Si igitur ista fuerint nature aliquæ, aut vt substantiæ tales, sicut illa, quæ dicunt qui faciunt exemplaria in verbis, tunc erunt illa, quæ sunt cognitio magis multum aliqua cognitione, & motus etiam motu. ista enim sunt magis actu, illa vero sunt potentiæ istorū. Manifestum est igitur, quòd actus est ante potētia, et ante oē principiū transmutationis. E F

Et illa, q̄ transmutātur, &c. i. & illa, quæ corrumpuntur fm partes, s. elementa, assimilantur in hoc, quòd agunt perpetue similiter eis, quæ non corrumpuntur, neq; secundū totum neq; fm partes, s. corporibus cœlestibus. Deinde d. quia habent motum, &c. idest, quia in natura eorum est vt moueantur ex se, s. vt assimilentur motis ex se, s. motis per principium in eis, non ex extrinseco. D. d. Aliæ vero potentiæ, &cæt. i. 18

G & intendit per potentiã corpora cœleſtia. qm̃ in corporibus cœleſtibus eſt potentia ad generationem & corruptionem iſtorum, & ad generationem cõtrariorum apud propinquitatem & remotionem. D.d. illud. n. quod habet potentiã, &c. i. illud. n. de corporibus cœleſtibus, quod habet potentiam vt ſit aliquid, hẽt potentiam vt ſit non illud, ſed contrarium: ſicut eſt diſpoſitio in oĩbus, q̃ ſunt cum ratione, ſ. quia agunt contraria in diuerſis: ſicut dictum eſt ſuperius. D.d. Illa autem, quæ non habent definitiones, &c. ſic inuenit in exemplari. ſ. cp̃ ſunt contradictoriorum, ſine non. & debet eſſe cp̃ non
I ſunt contradictoriorum: quia hoc declaratum eſt in principio iſti⁹ tractatus. Et demonſtrat hoc, quia in alia tranſlatione ſic eſt: Illa aũt, quę ſunt ſine ratione, quia ſunt præſentia, & non ſunt contradictoriorum generationis iſtorum, i. q̃ autẽ ſunt ſine ratione, non agunt contraria primo & eſſentialiter, qm̃ ẽ præſens illud, in quod agũt & eſt neceſſe vt ſit præſens: quia agunt, qm̃ actum intelligunt. D.d. Si igitur iſta fuerint naturæ, &c. & in alia tranſlatione ſic inuenitur: ſi autem inuenitur aliqua
H natura ſicut iſta, aut ſubſtantiæ, ſicut dicunt illi qui verificant exemplaria per ſermones. dicunt. n. cp̃ homo eſt ſciens magis multum q̃ ſcięntia, & motus mobilis magis q̃ motus. iſta n. ſunt magis actu, illa vero ſunt potẽtiæ. i. qm̃ ſi fuerint hic formæ, & ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ largiuntur ſenſibilibus cognitionẽ & eſſe, tunc homo, qui eſt ex talib⁹ formis ſciens, eſt perfectioris ſcientię illis: & formæ motæ ex eis ſunt etiam perfectioris in motu, q̃ motus q eſt in illis formis. Iſtę enim formæ ſunt K
potentiæ, quæ agunt quandoq;, & non agunt quãdoq;, & acta eorum ſunt perfectio & complemẽtũ actionum. & ſi ſint ſimilia, intrant magis capitulum actus, q̃ ſeparata: quod eſt impoſſibile.

Actum priorem eſſe ſtudioſa potentia.

Cap. 5.

QVòd aũt melior ac præſtantior q̃ ipſa ſtudioſa potẽtia actus ſit, ex his patebit. Quęcũ cp̃. n. fm̃ poſſe dĩr, idem eſt potens cõtraria. vt quod dr̃ poſſe ſanum eẽ, idẽ L
eſt etiam ægrotans, & ſimul. eadem. n. potẽtia eſt ſanũ & ægrotum eẽ, & quieſcere & moueri, & extruere & deſtruere domũ, & extrui domũ & deſtrui. Poſſe itacp̃ contraria ſimul eſt: contraria vero ſimul eſſe impoſſibile eſt, vt ſanum & ægrotũ eſſe. quare neceſſe eſt vnũ eorũ bonum eſſe. ipſum aũt poſſe vtrũque ſimul, aut neutrũ. actus igit̃ melior. Neceſſe autem eſt ẽt in malis finem & actum deteriorẽ potentia eſſe. etenim potens eſt M
idem ambo contraria. Patet igit̃ cp̃ malum non eſt prẽter res. malum nancp̃ natura poſterius potentia eſt. Non igitur quicq̃ in his, quæ à principio, & quæ perpetua ſunt, malũ eſt necp̃ corruptũ. etenĩ corruptio de malis ẽ.

In malis actus ẽ deterior potentia.

Quoniam autem actus eſt melior, & nobilior potẽtia nobili, manifeſtum eſt ex iſtis ſermonibus. Vnumquodque enim eorum, quæ

dicun-

A *dicuntur in potentia, eſt in potentia contraria. V.g. illud, quod dicitur habere potẽtiam ſanitatis, eſt infirmus etiam, & erunt inſimul etiam. potentia. n. ſanitatis, & infirmitatis eſt idem. Similiter & potentia quietis & motus, & moueri, & ædificare & diruere, & ædificari & dirui. Contraria igitur ſecundum quòd ſunt in potentia ſunt inſimul: ſecundum autem quòd ſunt contraria eſt impoßibi-*

B *le. & actiones etiam impoßibile eſt vt ſint inſimul, vt ſanare & debilitare. ergo neceſſe eſt vt alterũ ſit bonum. potentia vero ſimiliter, aut neutrũ. ergo actus eſt melior. Et neceſſe eſt etiam in rebus malis vt actus, & complementum ſit peius potentia. idem enim, quod põt eſſe vtrunq; contrarium. ergo manifeſtum eſt, quòd non eſt malum abſolutum à rebus. malum. n. naturaliter eſt poſt potentiam. Nõ igi-*

C *tur in rebus, quæ ſunt ex principio, & in rebus quæ ſunt æternæ, non eſt aliquid malum omnino, neq; error, neq; corruptio. corruptio enim eſt ex rebus malis.*

19 Cum declarauit, ꝙ actus præcedit potentiam in omnibus modis prędictis, vult etiam declarare illũ prędecedere eã in nobilitate, & d. Qm̃ autem actus, &c. i. qm̃ autem actus, quod eſt bonum, eſt melior potentia ad illũ, manifeſtum ẽ ex hoc, qđ dicã, ſ. ꝙ potentia eſt potentia ad rẽ, & ad ſuũ contrarium: & alterũ contrariorum neceſſario eſt malum potentia & admiſcetur cum malo: cũ actu vero bono nõ admiſceꝫ malũ oĩno, & eſt actꝰ, inter quem fecit cõparationem, & potentiam, q̃ eſt bonum. Et cùm d. ꝙ potentia eſt potẽtia ad duo contraria inſimul, dedit exemplum, & d. v.g. illud, qđ dr̃ life potentiã ſanitatis, &c. i. v.g. ꝙ illud, quod recipit ſanitatem, recipit infirmitatem, v.g. quatuor humores. D. d. & erunt inſimul, &c. i. & actus, qđ eſt bonum, eſt melior potentia ad illum quia cũ potẽtia ad bonũ admiſcetur potentia ad malum: & cũ bono, quod eſt in actu, non admiſceꝫ malũ. Et hoc intendebat, cùm d. ergo neceſſe eſt, &c. i. ergo neceſſe eſt vt, cùm bonum exiuerit in actũ, ſit bonum tm̃: cùm aũt fuerit in potentia, ſi r̃, ſ. ꝙ potentia ad bonum erit bona. ſed cùm iſta potentia admiſcetur potentia ad malũ: qm̃ illud, qđ eſt in potentia ad aliqđ malum aut habebit potentiam ad duo contraria ĩſimul, aut ad neutrum. D. induxit concluſionem, & d. ergo actꝰ eſt melior. i. q̃ potentia ad illum. D. Et neceſſe eſt etiam in rebus malis, &c. i. & apparet ex hoc ſermone, ꝙ neceſſe eſt vt actus malus ſit peior potentia ad illum. illud. n. quod poteſt illud, põt illud, & contrarium eius, quod eſt bonum, & actus malus eſt malũ ſimpl̃r. D. d. ergo manifeſtũ eſt, ꝙ non eſt malum, &c. i. manifeſtum eſt igitur, ꝙ malum nõ eſt diſtinctum à rebus, quæ ſunt in potẽtia. malum. n. non inueniꝫ niſi poſt potentiam. D. d. Non igit̃ in rebus, &c. i. manifeſtum eſt ig tur, ꝙ in rebus, q̃ non ſunt poſt potentiã, & ſũt illa, q̃ ſunt æterna, ſed eſſe eorũ eſt prin

D

Potentia ad ſanitatẽ & ægritudinẽ eſt eadẽ. Oppoſitũ. 1. ph. t. c. 10. Vide com. Zim.

E

F

In ſempiternis non ẽ malũ, neque error neque corruptio.

G principium,nõ eſt malum oĩno, neque error,neque corruptuo. corruptio enim eſt ex rebus malis. Et ex hoc cognoſci᷑ hoc,qđ dicunt Aſtronomi,ꝙ quædam ſtellæ ſunt fortunatæ, & quædam infortunatæ. ſed tm̃ impoſſibile ẽ ſcire de eis,ꝙ quædam ſunt meliores quibuſdam.hoc enim inuenitur in abſolutis à motu,nedum in mobilibus.

In abſolutis a motu repiᷣ bonũ,& melius. oppo. 3. Me. t.c.3 Vide contradictiones Zim.

Quo pacto Deſignationes Geometricæ actu inueniuntur. Cap. 6.

* Deſignationes quoque geometricę.

FIgũræ quoꝙ actu inueniũtur.diuidentes nanꝙ inueniunt.ꝙ ſi diuiſæ eſſent,ma
H nifeſtæ eſſent.nunc autem ĩſunt potentia.Cur triangulus duo recti? quia qui circa vnum punctum anguli duob⁹ rectis ęquales ſunt.ſi igiᷯ qui circa latus eſt, educereᷣ,videnti mox eſſet manifeſtũ. Cur in ſemicirculo vĩr rectus? quia ſi tres æquales,& ꝙ baſis eſt duo,& qui ex medio ſupraſtat rect⁹,videnti manifeſtũ erit ei,ꝙ illud ſciat. Quare patet ꝙ q̃ potẽtia ſunt, redacta ĩ actũ ſueniunt̃.Cã ãt eſt ꝙa intellectio
I ẽ act⁹,q̃re ex actu,potẽtia, & ob hoc agendo cognoſcunt. poſterior nanꝙ generatione eſt, qui K ſm numerum actus eſt.

Et figuræ linearum inueniuntur etiam in actu. quoniam, cum diuidunt inueniunt eas. ſed ſunt diuiſæ manifeſte. ſed modo eſt in eis in potentia. Quare triangulus hẽt duos rectos,hoc ẽ manifeſtũ, quia duo anguli, qui ſunt in lateribus vnius pũcti, ſunt æquales duobus rectis.igitur,ſi extrahatur vnum vel alterũ trianguli, declaratur, quòd duo anguli, qui ſunt ex duabus partibus lateris tangẽtis, erũt L *æquales duobus rectis.Et ſimiliter quare ĩ quolibet ſemicirculo ẽ vnus rectus ĩ circũferẽtia,ſiue crura ſũt æqualia,aut non.& cũ baſis fuerit diametri,ſiue ceciderit ĩ medio circũferentiæ,aut ĩ alio. Ergo manifeſtũ ẽ,quòd illa,q̃ ſunt ĩ potẽtia, cũ ſint ĩ actu,ſũt exiſtẽtia.Et cã ĩ hoc ẽ,quòd actus erit per ĩtelligere ĩ eo quòd potentia erit ex actu.et propter hoc,quãdo agunt,ſciunt.actus* M *enim numero eſt poſt generationẽ.*

Figura,per quam demonſtratur trianguli angulos duobus rectis æquales eſſe.



Figura

Figura, per quam demonſtratur angulum, qui eſt in ſemicirculo, rectum eſſe.

A D



E

B

20 Intendit declarare, ꝙ res non inueniuntur, & ſciunt, niſi qñ ſunt in actu. & dat exẽplũ in Mathematicis quia nõ ĩueniunt ĩ actu, aut ſciunt, niſi qñ Geometer ponit ea in ſuũ ĩtellm, & extrahit ea ā potẽtia ĩ actũ. & intẽdit p hoc declarare, ꝙ actꝰ eſt nobilior potẽtia, cũ eẽ ſit nobilior nõ eſſe, & ſcĩa ignorantia. Et d. Et ſi

C gurę linearũ, &c. i. & figurę, q̃ ſunt in lineis, nõ inueniunt, & ſciunt, niſi qñ ſunt ĩ actu. D.d. qñ cùm diuidunt, ĩueniũt eas. i. Geometer. n. qñ diuidit figuras, ĩuenit, & ſcit eas. v. g. cũ d. ꝙ figurarũ q̃dã cõſtãt ex lineis rectis, & q̃dã ex nõ rectis: & rectarũ q̃dã conſtãt ex tribus lineis rectis, & q̃dã ex q̃tuor. qñ, cũ pficiũt diuiſionẽ, tũc inueniunt & ſciunt ĩ actu: dũ aũt nõ diuidunt, nõ ſciunt neq; ſunt. D.d. ſed ſunt diuiſę manifeſte. i. ſed illud exiſtit ĩ actu, & ſcit ĩ actu, qñ diuidunt ſuæ ſpẽs: ꝓpria vero earũ ĩueniũt ĩ eis poſt diuiſionẽ ĩ potẽtia, ita ꝙ, cũ in actu exiuerint cãę, q̃ faciunt vt illa ꝓpria exiſtãt ĩ eis ĩ actu, tũc exibunt ĩ actũ, & ſciũt in actu: añ vero neq; erunt exñtes ĩ actu, neq; ſciunt. v. g. ꝙ triãgulus p diuiſionẽ exiſtet in actu, & erit ſcitꝰ qñ vero anguli eiꝰ ſũt duo recti, erit ſcitũ in potẽtia ĩ eo. D.d. qa duo anguli, &c. i. ſed cũ alterũ laterũ extra- M
hetur, & apparebit ꝙ duo anguli, q ſunt in duabꝰ partibus lineæ triãguli tãgẽtis lineã extractã, ſunt ęquales duobꝰ rectis, ſtatĩ appebit ĩ actu ꝙ tres anguli triãguli ſunt æquales duobꝰ rectis. qñ ẽt extrahit à pũcto, ĩ quo triãgulus tãgit latus extractũ, linea æquidiſtans lineæ tertiæ trianguli, tũc fiẽt ibi tres ãguli ę̃q̃les duobus rectis: quorũ vnꝰ ẽ cõtinuꝰ triãgulo, & duo reliq ſũt ę̃q̃les duobꝰ reliqs triãgulis. ille vero, q appropĩq̃t lateri triãguli tãgẽtis lineã extractã,

erit

G erit ęqualis alternato triāguli,& reliquus reliquo: quia alter eſt extrin ſecus,& alter intrinſecus. D. induxit ēt aliud exemplū,& d. Et ſimiliter, quare in oī ſemicirculo,&c.& ſimiliter ē t erit ſcitū ī potētia, & exñs ēt in potētia ī triāgulo,qui cadit in ſemicirculo,quare angulus,q ē ī circūferētia, ſemp eſt rectus, ſiue duo latera triāguli exeuntia ad duo extrema diametri ſint ęqualia,aut inę qualia. etenim hoc nō ſcit in actu, niſi qñ in actu diuidit in media, & cōplet figuratio. D.d. ergo manifeſtū eſt,&c.i. ergo declaratū ē ex hoc
H ꝙ illud,qđ eſt in potētia,nō erit ſcitū,neq; ens, cū exiuerit ī actū. D.d. Et cā in hoc eſt, &c.i.& cā in hoc ē, qa intelligere,qđ eſt in potētia, nō venit ad actū,niſi p ītelligere aliud, ꝙ eſt ī actu. D.d.& pp hoc,qñ agūt, ſciunt.i.& iō qñ cōſyderans cōſyderat ī ſcibilijs ſcit. D.d. actus n numero eſt poſt generationē.i.qñ,cū cōparatur inter potentiā & actū illius potentię, inuenit ꝙ illa potentia p̄cedit tpe actum. cū aūt cōparat iter potentiā,q̄ eſt in generato, & inter actū,qđ eſt extrahēs illud, qđ eſt in potentia in actu, inuenit ꝙ actus p̄
I cedet tempore potentiam, & eſſe.

Intelligeť. qđ ē ī potētia ñ venit ad actū niſi p intelligere,aliud qđ ē ī actu

Quo pacto ex veritate, & falſitate, actus potentia ſit præſtantior. Cap. 7.

Vid Auer. 1 Epi. Tr. 3.

CVm autē ens et nō ens dicatur, qđdam quidē ſm figuras prędicamentorū: quoddā aūt ſm potentiam, aut actū horum, aut cōtraria: quoddam vero maxime proprię ens verum aut falſum: hoc autē in rebus eſt compoſitione vel diuiſione: quamobrem verum dicit, qui diuiſum diuidi, & compoſitum componi putat: falſum autē qui contra q̄ res ſe habeāt, aut qñ ſunt, aut non ſunt: quare ꝙ verū aut falſum dī, quid, pfecto hoc dicimus, conſyderandū eſt. Nō. n. propterea ꝙ nos te vere putamus album eē, tu albus es: ſed pp ea ꝙ tu albus es, nos, qui dicimus, verum dicimus. Si quędam itaq; ſemp cōpoſita & impoſſibilia diuidi: quędam vero ſemper diuiſa & impoſſibilia cōponi ſunt: quædā vero contingit contraria eſſe, eſſe q- L
dem eſt cōponi, & vnum eſſe: non eſſe vero non componi, ſed plura eſſe. Ergo circa contingētia quidem eadē fit falſa & vera opinio, & eadem oratio, & contingit qñq; veram, qñq; falſam eſſe: circa vero impoſſibilia aliter ſe habere non fit quandoq; verum, quādoq; falſum, ſed hęc ſemper vera, & falſa ſunt.

Et cùm dicitur ens et non ens, alterum vero ſecundū figuras prædicamentorum, et alterū ſecundū M
potētiā et actū, quæ ſunt iſtorum, aut ſecundū contraria. et dicuntur in rei veritate, aut mō vero, aut modo falſo. & hoc eſt in rebus, aut per cōpoſitionē, aut per diuiſionem, ergo qui videt, quòd diuiſum diuiditur, verum dicit, et qui videt quòd congregatū congregatur aliquid. Ablatio in Græco. ſermo falſum etiam. oportet. n. ponere aliquid, cum dicitur, quòd illud, quod

exiſti-

A *exiſtimatur, eſt malum. Qui igitur dicit hoc, dicit verum. Et in alia translatione loco iſtius, & iſtud, quod eſt valde verum, aut verum dicit, aut eſt fallax: et hoc eſt in rebus componi, aut diuidi. et ideo qui exiſtimat quòd illud, quod ẽ diuiſum, eſt diuiſum, verũ: et qui exiſtimat cõpoſitum eſſe diuiſum, exiſtimat falſum. Deinde ſequitur in duabus trãslationibus hoc, quod dicit modo. Si igitur quædam ſunt*

B *ſemper cõpoſita, et nõ poſſunt diuidi: et quæda sẽper diuiſa, et nõ poſſunt cõponi: et in quibuſdã poſſunt eſſe contraria entia: igitur et cõpoſitio & eſſentia vnius, & non eſſentia eſt nõ compoſitum, ſed vt ſint plura. In rebus igitur poßibilibus erit vna exiſtimatio, quæ eſt falſa & vera. ſermo.n. idem eſt, & poteſt eſſe verus in aliquo tempore, & falſus in alio. in illis autem, quæ non habent potentiam*

C *vt ſint alio modo, non erit hoc. & nõ erunt quandoq; vera et quãdoq; falſa, ſed ſemper vera aut falſa.*

21 Intẽdit declarare, ꝙ actus eſt nobilior. quoniam cognitio rei, in qua non eſt potentia ad mutationẽ in falſis, eſt nobilior illa, in qua eſt poſſe vt reuertatur falſa, poſtquam fuerit vera: quemadmodum illud, quod ſemper eſt, nobilius eſt corruptibili. Deinde dicit: & cùm dicitur ens, &c. i. & cùm hoc nomen ens dicitur de vnoquoq; prædicamentorũ, & ſimiliter non ens: & vtrunque iſtorum diuiditur in potẽtiam & actum, aut in contraria. Deinde dicit: & dicuntur in rei veritate, &c. ideſt, & etiam quælibet diuiſio entis dicitur aut vere, aut falſo, & etiã affirmatio ſignificat compoſitionẽ eorum adinuicem, & negatio ſignificat diuiſionem, manifeſtũ eſt ꝙ, qui opinatur compoſitum eſſe cõpoſitum, affirmatio eius eſt vera: & qui opinat diuiſum eſſe diuiſum, negatio eius eſt vera: & qui opinatur econuerſo, fallitur in affirmatione & negatione, ſ. qui opinatur compoſitum eſſe diuiſum, & diuiſum eſſe compoſitum. & forte hic diminutum eſt à libro. D. d. Si igitur quædam ſunt compoſita ſemp, &c. i. ſi igitur quędam ſunt compoſita ſemper, & quædam ſemp ſunt diuiſa: & quędam qñque compoſita ſunt, qñq; diuiſa, tunc quiditas rerum, & vnitas, & veritas earum eſt in compoſitione & diuiſione. Quędam igitur ſunt, quorũ veritas eſt ſemper, & nunq̃ mutantur: & ſimiliter ſunt quędam, quorum falſitas eſt ſemper, & nunq̃ mutantur: & q̃dam mutantur de vero ĩ falſum, & de falſo in verum. ſcire igitur illa dicitur ſcire, ſcire autem eſſentiam mutabilem dicitur exiſtimare. D. d. in rebus igitur poſſibilibus, &c. i. &, cùm ſit ſicut narrauimus, manifeſtum eſt, ꝙ in rebus poſſibilibus erit eadem exiſtimatio quandoq; vera & quandoque falſa. & nos non percipimus. In rebus vero poſſibilibus, quæ non mutantur à compoſitione in diuiſione, nec econuerſo, non eſt poſſibile, ſed verum in eis ſemper eſt verum, & falſum ſemper eſt falſum. Et intendit quoniã, cùm

D

E

F

In reb⁹ poſſibilib⁹ eadẽ exiſtimatio erit qñq; vera & qñq; falſa: nec⁹ aũt in neceſſarijs. Idem ſequent.

G cùm ſcientia non tranſmutabilis ſit nobilior trãſmutabili: & nõ trãſmutatio eſt rerum exiſtẽtium in actu, & tranſmutatio eſt rerum, quę ſunt in potentia: ſequitur ꝙ actus ſit nobilior potentia neceſſario.

Circa incompoſita vero quid eſſe, aut non eſſe, & verũ & falſum? Non .n. eſt compoſitum, vt ſit quidẽ ſi componatur, nõ ſit autem, ſi diuiſum ſit, ſicuti album lignum, aut diametrũ incommenſurabilem eſſe, nec verum, & falſum ſimiliter ẽt in il-
H lis erit. An, quẽadmodũ neq; verum eſt, idem in his, ita nec ipſum eſſe: ſed illud quidẽ verũ, hoc vero falſum ẽ Attingere nãque ac dicere verum eſt: non.n. eſt idem affirmatio & dictio: nõ attingere vero eſt ignorare. Nõ eſt enim decipi circa qđ qd eſt, niſi ſm accidens. ſimiliter autẽ eſt circa nõ cõpoſitas ſubſtantias, non.n. eſt decipi. Et cunctæ ſunt actu, non potentia. generarentur etenim profecto, ac corrumperentẽ. nunc aũt ipſum ens
I non fit, neq; corrũpit: ex aliquo .n. vtiq; generaretur. Quęcunq; itaq; ſunt verę ipſum eẽ quid et actu, circa hæc non eſt decipi, ſed aut intelligere, aut non. verum qđ quid eſt de eis quęrit, ſi talia ſint, an non. eſſe vero vt verum eſt, et nõ eẽ vt falſum. vnũ quidẽ ſi componitur, verum: ſi vero non componitur, falſum. vnum vero ſi eſt quidẽ ens ſic: eſt: ſin vero non ita, non eſt. verum autem intelligere hæc, falſum vero ñ ẽ deceptio, ſed ignoK rantia. non qualis cæcitas eſt: etenim cæcitas qdẽ, ſicuti ſi omnino non haberet aliquis intelligendi potentiam. Manifeſtũ autẽ eſt ꝙ neq; de ĩmobilibus deceptio eſt ſm qñ, ſiquis immobilia putet. vtputa ſi triangulũ non putet mutari, non opinabitur mõ duos rectos habere, modo non: mutaretur etenim. verũ aliqd quidẽ, aliqd vero non. vtputa parẽ numerũ primum nullũ eſſe: aut quoſdã quidem, quoſdã vero nõ. quò ad numeL rũ aũt circa vnũ, nec hoc. ñ amplius enim quædam quidem, quædam vero non putabit, ſed verum dicet, aut falſum, tanquam ita ſemper ſe habeat.

Illa autem, in quibus non eſt compoſitio, vt aliquid ſit, aut non ſit verum, & falſum non eſt ita. Non enim eſt compoſitũ, vt ſit ſi fuerit compoſitum, & non ſit ſi fuerit diuiſum, vt album lignũ, aut ſymetrum diametrum: et non eſſentia veri & falſi in hoc eſt, ſicut in illis etiam. Quoniam, ſicut verum in iſtis non eſt idem, ſimiliter eſſentia: ſed eſt aut verum, aut falſum. Et quoddam eſt verum, non quia dicitur: quia affirmatiua & terminus non ſunt idem: & ignorantia eſt, quæ non tangit rem. Non eſt enim deceptio in eo quod eſt, niſi per accidens, & ſimiliter in ſubſtantijs M

com-

A *cimpoſitis, quoniam in eis eſt deceptio. Et ſunt omnes in actu, non in potentia. & ſi non, generarẽtur & corrũperentur. ens enim per ſe non generatur, neq; corrumpitur. & ſi non, eſſet aliquid ex nihilo. Omnia igitur, quæ ſunt in ſuis eſſentijs aliquid & ſunt in actu, etiam nõ eſt in eis deceptio, niſi per intelligere. ſed quæritur in eis quid ſint, vtrũ ſint hoc, aut non: aut erit ſicut verum, aut non erit ſicut falſum. vnũ*

B *enim ſi fuerit compoſitũ, eſt verũ: & ſi non fuerit compoſitum, eſt falſum. vnum aũt ſi fuerit ſecundum quòd eſt in hac diſpoſitione, eſt. & ſi non fuerit ſecundum hanc diſpoſitionem, tunc intelligere eas non eſt verum. & hoc non eſt falſum, neq; deceptio, ſed ignorantia, non ſicut cæcitas. iſta enim ignorantia eſt ſicut cæcitas intellectus, cùm nullus eorum habuerit intellectum õino. Manifeſtum eſt igitur, quòd in re-*

C *bus, quæ non mouentur, non eſt deceptio, etiam ſi attribuãtur alicui tempore. v. g. ſi aliquis exiſtimet quòd triangulus eſt non verũ, quia non tranſmutatur nonnunquã, exiſtimat ſemper quòd poſſibile eſt vt in aliquo tempore habeat duos angulos rectos, & in alio non: quoniã ſi fuerit, tranſmutabitur. ſed aut per aliquid quod erit, aut per aliquid quod non erit. v. g. vt non ſit neq; vnus numererũ numerus per-*

fectus, aut non: aut quidam ſit aut D *non: aut vt ſit ſecũdum numerum in vno, non. quoniam non eſt hoc aliquid & aliquid non eſt. & in hoc non eſt exiſtimatio, ſed aut eſt verum aut falſum, quia ſemper eſt in hac diſpoſitione.*

Illa aũt, in quibus non eſt cõpoſi 22
tio, &c. i. res autem ſimplices, quarũ eſſe, aut non eſſe non attẽditur vt ex eis ſit aliquid, aut non ſit, ſicut eſt diſpoſitio in cõpoſitis, verũ & falſum contingentia in eis non ſunt in eis ſicut verũ & falſum in compoſitis. E

D.d. cauſam & d. non enim eſt cõpoſitũ, &c i. quia verũ & falſum in ſimplicibus non aſſimilant cõpoſitioni aut diuiſioni exiſtẽtibus extra animã. D.d. vt albũ lignũ. v.g. qm̃ dicere hoc eſſe albũ, cùm ſit verum, cã in hoc eſt, quia albedo eſt cõpoſita extra animã cũ ligno: & dicere, ꝙ diameter eſt ſymeter coſtę ẽ falſum, & cã falſitatis ẽ, ꝙa ſunt diuiſa extra aĩam. D.d. & nõ eſſentia veri & falſi, &c. i. & quiditas veri & falſi ĩ ſimplicib⁹ nõ eſt ſicut in cõpoſitis: & intendit in qõne qd eſt. D.d. cã m, & d. Qm̃, ſicut verũ in iſtis, &c. i. qm̃, ſi- F
cut verũ in cõpoſitis in qõne vtrum ſit nõ eſt idẽ, ita verum nõ eſt in eis idẽ in qõne ꝙ ſit. ſ. in ſimplicibus & cõpoſitis. D.d. ſed eſt aut verũ, aut falſum, &c. i. ſermo, ꝙ ſignãt vtrũq; quid ſit, eſt aut verus aut falſus: ſed in quibuſdã, ſ. in cõpoſitis, quia aliquid p̃dicat̃ de aliquo, et in ſimplicibus, nõ quia aliqd p̃dicat̃ de aliquo.

D. d. quia affirmatiua, et terminus, &c. i. et cauſa in hoc eſt, quia deceptio, quæ accidit in quiditate compoſitorum, eſt ſimilis deceptioni

accidẽti

G accidenti in affirmatiua,& q̃ accidit intelligere ſimplicia ẽ de modo deceptionis accidentis in definitionib⁹ fm q̃ ſunt definitiones, & non ſunt idẽ ſermo definitiuus,& ſermo affirmatiuus. D.d.& ignorãtia eſt,quæ nõ tangit,i. & ignorantia, qua accidit vnũ intelligere ſimplicia, eſt vt intellectus nihil intelligat de eis. eſt igitur fm ignorantiã,quæ eſt priuatio ſcĩæ. D d. Non eſt enim, &c.i. & cauſa in hoc eſt, quia non accidit deceptio in quid eſt, niſi p accidẽs. in cõpoſitis quidẽ per deceptionem in affirmatiua, q̃ eſt ignorantia fm habitũ: in ſimplicibus vero p priuationẽ intelligendi, q̃ eſt ignorantia fm priuationẽ. D.d. & ſiſt in ſubſtantijs,&c.i. & in ſubſtãtijs non cõpoſitis nõ accidit deceptio ex ſuis naturis.& ſiſt eſt in ſubſtantijs cõpoſitis,cũ quibus non admiſceãt potẽtia & ſunt in actu : ſed deceptio in hoc eſt nobis.& ſi ĩ eis acciderit deceptio ex ſuis naturis, tunc generarent, & corrũperent. & ſi quiditates & formæ ẽt generarent & corrumperentur,tũc generarent ex nihilo.& hoc intendebat,cũ d.ens enim p ſe,&c.i. & innuit hoc, quod declaratũ eſt in tractatu de ſubſtãtia. D. d. Omnia igitur,q̃ ſunt,&c.i.& oẽs ſubſtantię, quæ ſunt compoſitæ,non accidit in eis q̃ ſit deceptio eſſentiaſt , ſed per accidens.quæritenim,qñ ſunt ignorati eſſe,expoſitio nominũ ſuorum p ſermonẽ compoſitũ .ſi ergo compoſitio fuerit vera, tunc eſſe & intelligentia erit verũ. & ſi non fuerit vera, tunc eſſe erit falſum. v.g. vt ſi aliquis quærat quid ſit vacuum , & dicetur ei quid intendis p hoc nomen vacuum . ſi igit dixerit dimenſionẽ ſeparatã,cõſyderabitur ſi fuerit impoſſibile dimenſionẽ ſeparatã eſſe, K tunc vacuum nõ erit,ex ſermone iudicante, non ex ſermone exponẽte, fm q̃ eſt exponẽs. D.d.& ſi nõ,&c. ideſt ſubſtãtiæ vero ſimplices, ſi intelligunt, tunc intelligere earũ erit fm illud,quod ſunt.& ſi non intelligant, tunc nihil ex eis intelligitur, quod ſit verũ,niſi fm q̃ non eſſe intelligendi ea nõ eſt verũ,non fm q̃ accidit in eis intelligere falſum. falſum enim intelligere non eſt niſi p compoſitionẽ. Et hoc intendebat, cùm dicit: intelligere eas non eſt verum.i. &,cùm dicimus, q̃ apud nos nõ eſt verũ de ſubſtãtijs ſimplicib⁹, L nõ intendimus q̃ accidit nobis error,qui eſt ignorãtia fm habitum, ſed accidit priuatio veritatis,quę eſt ignorantia tĩn. & hoc eſt in virtute rationali, ſicut cęcitas in oculo. Et innuit p hoc, q̃ nõ intelligere res ſeparatas p intellectũ humanũ eſt in intellectu noſtro in primo ſiſe cęcitati in oculo, antequã perficiat intellectus. Hoc enim nõ ſolummodo reperit in hac virtute in ſuo primo eſſe,ſed in ſuo eſſe vltimo. & hoc iã declarauimus in alio loco. Et declarabimus,q̃ fortunitas maxima,quę M eſt inſpicere intellectũ ſeparatũ, eſt p potentiã, quæ fit in intellectu ſpeculatiuo apud ſuã vltimã perfectionem , ſiſe potentiæ, quæ fuit in vſu apud aſpectũ ad colores, non p potentiã de modo potentiarũ cogitatiuarũ,quæ acquirunt per cognitionem . qm̃ non eſt ſicut exiſtimauit Auempace,q̃ hoc acquirit per *cognitionem. D.d. Manifeſtũ eſt igitur,&c.i. declaratũ eſt igit ex hoc,q̃ in rebus neceſſarijs nõ trãſmutabilib⁹ nõ decipitur hõ ex nã rei, ita q̃ ſcĩa de aliquo reuertat exiſtimatio

Sermo definitiuꝰ, & affirmatiuus nõ ſũt idẽ. Cõtra 1. Poſt. tex. com. 5.

Si ſubſtãtijs nõ cõpoſitis acideret deceptio ex ſuis naturis,tũc generarẽtur & corrumperentur. Vide cõ. 1. 2 huius.

Vide 3. de Aĩa. cõ. 36. Fortunitas maxia nõ currit mõ potẽtiarũ, cogitatiuarũ vt exiſtimauit Auẽpace. Vide idem 3. de Aĩa. cõ. 36. *a. l. cogitationem.

in

mouebit, aut vbi manebit? loc⁹ .n. eiuſdẽ gñis corpis illius infinitus ẽ. cõtinebit igit totũ locũ. At qñ? Quæ igit manſio, motuſq; eius? An vbiq; manebit? nõ mouebit ergo. An vbiq; mouebit? non ergo ſtabit. Quòd ſi vniuerſum diſſile ſit, loca quoq; diſſilia erunt. Ac primũ quidẽ non vnũ vniuerſi corpus, niſi tactu. Deinde aut finita erũt hęc, aut infinita ſpecie. finita quidẽ impoſſibile. nam quædam infinita erunt, quædam mini- E
me, ſi totum infinitum ſit, velut ignis aut aq̃. at hoc erit contrarĩs corruptio. qđ ſi infinita. ac ſimplicia, loca quoq; ĩfinita, & elmta infinita erũt. qđ ſi ẽ impoſſe, locaq; finita ſint, totũ item neceſſario finitũ erit. Et oĩno ĩpoſſe infinitũ eſſe corpus, & locũ corporibus, ſi oẽ quidẽ corpus ſenſibile, aut grauitatẽ hẽt, aut leuitatẽ. aut. n. ad medium, aut ſurſum mouebit. uerũ ĩpoſſe infinitum, aut totũ, aut mediũ, F
aut quodcũq; paſſum eſſe. quo enim modo diuides, aut quo pacto ĩfiniti hoc quidẽ ſurſum fuerit. hoc uero deorſum. aut extremũ, aut mediũ? Oẽ itẽ corp⁹ ſenſibile in loco: loci uero ſpẽs ſex, in corpore uero infinito hæ eſſe nõ poſſunt. Oĩno aũt, ſi impoſſe eſt locum infinitum eſſe, corpus quoq; impoſſibile eſt. quod. n. in loco eſt, id alicubi eſt. hoc uero. aut ſurſum, aut deorſum, aut aliqd cęterorũ ſignificat, quorũ

G vnũquodq; terminus quidã eſt. Infinitũ vero non idẽ in magnitudine, motu, & tpe, tanq̃ vna quædã natura, ſed ipſum poſterius ſm prius dr̃. velut motus ſm magnitudinẽ, ſup quam fit motus, aut alteratio, aut augmẽtatio: tẽpus vero pp motum.

Diſtinguitur motus per ſe à motu per accidens, & ſecundum partem. Quot mo dis aliquid in aliud mutari dicatur. In quot, & quibus prædicamentis ſit motus. Immobile item quot dicatur modis. C. *ap.* 3.

H TRanſmutatur vero quod tranſmutat, hoc quidem ſm accidens, veluti cũ dicim⁹ muſicũ ambulare: illud vero, eò q̃ eius quippiã mutet, ſimpliciter dicitur mutari, vt q̃ ſm partẽ dicuntur. ſanatur nanque corpus, qm̃ oculꝰ. Eſt p̃terea, qd̃ per ſe primũ mouetur, & hoc ẽ per ſe mobile. Eſt itẽ de mouẽte quoq; eodẽ modo. mouet nanq; quoddã per accidens, quoddam ſm partem, quoddã per ſe. Eſt rurſus aliquid, quod primo mo
I uet: & eſt aliquid, quod mouet. Itẽ tẽpus, in quo, ac præterea ex quo, demum, & ad quod. formę vero, paſſioneſq;, ac locus, ad q̃ mouẽtur mota, ea ímota ſunt. veluti ſcientia & calor. eſt vero motus, non caliditas, ſed calefactio. Mutatio aũt non per accidens haud quaquã in oĩbus eſt, ſed ĩ contrarĩs ac medĩs, atq; ẽt in contradictione, cui⁹ rei fides in inductione eſt. Mutatur autẽ quod mutatur, aut ex ſubiecto ĩ ſubiectũ, aut ex non ſubiecto in K
non ſubiectũ, aut ex ſubiecto in non ſubiectum, aut ex non ſubiecto in ſubiectum. Aio aũt ſubiectũ, quod affirmatione explanatur. Quare neceſſe ẽ tres mutationes eſſe. illa enim, quæ ex non ſubiecto in non ſubiectum, non eſt mutatio. nec enim contraria, neq; cõtradictio eſt, quia neq; oppoſitio. Mutatio igit ex non ſubiecto in ſubiectũ ſm cõtradictionẽ, generatio eſt: q̃ qui dẽ ſimpliciter ſimplex, quæ vero cuiuſdam, quædã. at quæ de L
ſubiecto in non ſubiectũ, corruptio: quæ ſimpliciter ſimplex, q̃ cuiuſdam, q̃dã. Si itaq; non ens multifariã dicitur, & nec quod ſm compoſitionem, aut diuiſionẽ, dicitur moueri cõtingit. nec item quod ſm potentiam, quod oppoſitũ eſt ei quidẽ, quod ſimpliciter eſt (nõ album enim aut nõ bonum contingit nihilominus ſm accidens moueri. eſſe nã que homo poteſt nõ album) q̃d vero ſimpliciter non hoc, id nequaquam. nã impoſſibile eſt nõ M
ens moueri. ſi igitur hoc, & generationem motum eſſe. fit enim non ens. nam etſi maxime ſm accidens fit, attamen verum eſt dicere de eô, q̃d ſimpliciter fit, quod eſt non ens. Eodem modo igitur & quieſcere. Hæc itaque omnia accidunt abſurda, ſi quic quid mouetur, in lõco eſt, non ens vero in loco non eſt: eſſet. n. vſquam. Nec corruptio igitur motus. ſiquidem motui motus

aut

A aut quiēs cōtrariū eſt. corruptio vero generationi eſt contraria. At cūm oīs motꝰ mutatio quędā ſit: mutationes vero tres, quę dictę ſunt, harū vero, quæ ſecūdū generationē & corruptionē minime ſit motus (ſunt aūt illæ ſecundū cōtradictionē) neceſſe ex ſubiecto in ſubiectū mutationē ſolā motū eſſe. ſubiecta vero, aut contraria, aut media, nā & priuatio cōtrariū eſſe ponatur, quandoquidē & affirmatio declaratur, veluti nudū, cæcū, & B nigrū. Si igitur prædicamenta, ſubſtantia, qualitate, loco, facere, pati, ad aliquid & quantitate diuidantur, tres eſſe motꝰ neceſſe eſt, qualis, quanti, & loci. Secundū vero ſubſtantiā minime: propterea qꝺ ſubſtantiæ nihil contrariū eſt. Nec eius quod ad aliquid. etenim altero mutato, verificatur alterū nullatenus mutatū. quare ſecundū accidēs horū motus erit. Nec præterea agentis aut patientis, neque oīno moti ac mouentis: cū non ſit C motionis motus, nec generationis generatio, nec deniqꝫ mutationis mutatio. Bifariā. n. cōtingit motionis motum eſſe. nam aut tanquam ſubiecti, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrum mouetur. quare ſic etia motus, aut calefit, aut frigefit, aut loco transfertur, aut creſcit. id vero impoſſibile eſt, cū motꝰ non ſit aliquod ſubiectorū. Aut eò qꝺ aliud quoddā ſubiectū ex mutatione in aliā ſpeciē muteť, vt homo ex morbo in ſanitatē. D At nec hoc poſſibile, præterqꝫ qꝺ accidēs (oīs nāqꝫ motus in aliud ex alio mutatio eſt. & generatio itē ac corruptio codē modo. verunt̄ quæ ex oppoſitis ſic aut ſic, non ſunt motus) alioqui ſimul ex ſanitate in morbū mutatur, atqꝫ ex ea ipſa mutatione in aliā. conſtat itaqꝫ qꝺ, cū ægrotauerit, in quāuis mutatus erit. cōtinget enim quieſcere. ac præterea non sēper in quācunqꝫ, & illa quoqꝫ ex aliquo in aliud quid E dā erit. quare oppoſita erit conualeſcentia, verū ex accidēti, vt ex reminiſcentia in obliuionem mutatur, quia id, cui ineſt quandoqꝫ in ſcientiā, quandoqꝫ in ſanitatē mutatur. In infinitū præterea procedet, ſi mutatiōis mutatio, & generationis generatio fuerit. neceſſe igitur & priorem fore, ſi poſterior fuerit. vt ſi ſimplex aliqñ fiebat gñatio, illud qꝺ que, quod fiebat, ſimplr fiebat. quare nondū erat quod ſimplr fiebat, ſed quod fit aliquid, aut quod iā fiebat. ſi igitur hoc etiā F aliqñ, fiebat cur nondū erat, qꝺ tunc fiebat? cū vero in infinitis non ſit aliquid primū, non erit primū: quāobrē neqꝫ conſequēs erit. nec fieri igitur, nec moueri, nec mutari quicq̄ poſſe eſt. Eiusdē præterea motus contrarius atqꝫ quies, generatioqꝫ & corruptio. quare quod fit, cùm factū fuerit, quod fit tūc corrumpit. nec. n. ſtatim, cū fiat, nec poſt. nā eſſe opus eſt qꝺ corrumpitur.

Item

G Item neceſſe materiã ſubeſſe ei, quod fit,& mutatur. q̃ igit̃ erit velut alterabile quiddã, aut corpus,aut aĩa. ita quiddam etiam eius,quod fit,aut motus, aut generatio, & aliquid item ad hoc mouetur.nã op⁹ eſt aliquid huius ex hoc in hoc,qđ motus non eſt,eſſe motum. Quonã igit̃ modo Non erit doctrina doctrinę. quare neq; generatio generationis.Cũ vero neq; ſubſtãtiæ, nec ad aliquid,neq; faciendi, ac patiendi,ſupereſt ſm quale,&quã
H tũ, & vbi motũ duntaxat eſſe. qñquidem in horũ ſingulis contrarietas eſt.Quale aũt dico, nõ quod in ſubſtantia (ſi quidẽ differentia quale eſt) verũ paſſiuũ quale,quo dr̃ res,aut pati,aut ĩpaſſibilis eẽ. Immobile aũt eſt, & quod oĩno impoſſe eſt moueri:& quod in multo tpe vix mouetur,aut quod tarde incipit.et quod natum quidem eſt moueri,non poſſit autem, qñ natum eſt,& vbi,& qũo:quod ſane inter immobilia ſolum voco quie
I ſcere.contraria.n. quies motui. quare priuatio erit ſuſceptiui.

Nonnullorum terminorum aſſignantur definitiones. Cap. 4.

SImul ſm locũ eſſe dr̃, quæ in vno loco primo ſunt. Et ſeparata,quæ in diuerſo.Tãgi autem,quorũ extrema ſunt ſimul.Medium, in quod natũ eſt prius venire quod mutat̃, q̃; ad quod vltimũ mutat̃, ſm naturã continue mutatũ. Contrarium ſm locũ, quod ſm rectitudinẽ K
pſm diſtat.Conſequens eſt,cui⁹ principium ſequentis, aut ſolo ſitu,aut forma, aut aliquo quodam modo definito, atq; illius, cuius eſt conſequens,nihil ẽ medium eorũ,q̃ ĩ eodẽ genere sũt. velut linea lineę,aut vnitas vnitatis,aut domus ipſius domus. aliud vero medium eſſe nihil prohibet.Conſequens nanq; alicuius conſequens, ac quoddã poſterius eſt. non. n. vnum conſequens duorum, neq; nouiluniũ conſequens ſecundę.Attiguum L
vero,quod conſequens tangit. Cæterum cùm oĩs mutatio ĩ oppoſitis ſit, hæc vero contraria, ac contradictio, cõtradictionis vero nihil medium eſt, conſtat q; medium in contrarĩs eſt.Cõtinuum ſane, quoddã attiguũ, aut tangens eſt. dr̃ vero continuum,cùm idem fiũt, atq; vn⁹ vtriuſq; termini,quibus tãgũt, & ſe continuant. quare patet in his eſſe continuum,ex qb⁹ vnũ quiddam natum eſt ſm contactum fieri. Et quod conſequens M
primum ſit,conſtat. conſequẽs nanq; non tangit. hoc vero conſequens ẽ.& ſi continuũ ẽ,tãgit q; ſi tangit, nõdum continuum eſt.in quibus vero non eſt tact⁹ in his non eſt cohærentia. Quare non eſt punctum idẽ vnitati. nam illorum eſt tactio, harũ vero minime,ſed conſequenter.& illorum quidẽ eſt aliquid inter medium,harũ vero minime.

Auerrois

AVERROIS

IN DVODECIMVM METAPHYSICORVM PROOEMIVM,

Paulo Iſraelita, & Iacob Mantino Hebræis interpretibus.

ISRAELITAE

QVoniam nec Alexandri, nec Poſteriorum in aliquā huius ſcientiæ dictionem gloſa, expoſitioúe reperta ẽ, niſi in hanc dictionem, cuius quaſi duæ tertiæ partes gloſæ Alexandri, & completa Themiſtij paraphraſis mihi ablata eſt, ideo in ſingulis articulis Alexandri ſententiam recenſere ratum fore cenſui, & quod Themiſtius, & nos apposuimus, aut dubitauimus, adijcere.

Alexander igitur in hanc dictionem exorſus, inquit, quòd hæc dictio, deſcripta per literam Lamech, ſcilicet duodecima litera alphabeti, cõtinet, & eſt vltimũ huius ſcientiæ & finis. In alijs enim dictionibus dubitationes, & earundem ſolutiones tradidit: quod ipſe in his, quæ deinceps ſunt, duabus dictionibus adimpleuit. In quibuſdam vero tractat de rebus conſequentibus ipſum ens, ſecundum quod ens: in hac autem dictione de fine entium ſecundum q̃ entia: qui quidem principium eſt & prima ſubſtantia, cuius ſecundũ vltimum veritatis exiſtẽtia eſt. oſtẽdit enim talis conditionis dari ſubſtantiam, quidq; hæc ipſa ſubſtantia ſit explanat. Et hoc eſt, quod demum in hac arte deposcitur.

duæ

MANTINI

DIco, q̃ nõ inueni in libris huius ſcięt̃iæ, niſi in hoc Duodecimo libro expoſitionẽ Alexan. neq; aliorũ poſteriorum. & in hoc libro non niſi ſup duas ferè partes triũ partium ipſius libri, idemq; ferè & Themiſt. mihi autem viſum eſt meliuſ eſſe me exponere in ſingulo capite id, quod dixit Alexan. clariori & breuiori oratione quam potero. & ſiquid videbitur in Themiſt. ſuperfluum, vel dubium, de illo mentionem faciemus: idemq; agemus de eo, quod videbitur nobis ſuperfluum, & dubium.

Dicamus ergo, q̃ Alex. primo incipit narrare, q̃ id, qđ Ariſt. inquit in hoc libro Duodecimo, qui eſt finis huius artis, eſt quid neceſſariũ. Nã inter alia, quæ dicta ſunt in hac ſcĩa, quędã habẽt nõnullas dubitationes, quæ debẽt in hac ſcĩa animaduerti: aliqua vero habẽt ſolutiones illarũ dubitationũ, de quibus in duobus libris huic ſubſequentibus ſermonẽ facit. in quibuſdam vero eorum tractauit de rebus, quæ inſunt ipſi enti, vt eſt ens, & de principijs ſubſtantiæ primæ, quæ ẽ maxime vera. & hoc, quia probabit reperiri ſubſtantiam ita ſe habentem, & quid ſit talis ſubſtantia. Et notificatio huius ſubſtantiæ eſt finis intẽtus in hac Arte.

qm̃

G duę nãq; ſequẽtes dictiões nihil primaria inrẽtione nuntiãt, nec quicq̃ ꝓprijs rõnibus demõſtrant: ſed nil aliud q̃ eorũ, qui entiũ prĩcipia formas, numerosq; ſtatuunt, ſnĩam refellere moliunt. licet. n. idem facere aggreſſus ẽ in dictione ſignata p literã Aleph maiorẽ, de hoc tñ in duab⁹ hic dictionib⁹ ſermonẽ cõſumat. Inſup hãc vlumã eſſe dictionũ, qb⁹ huius ſcĩę cõſyderatio fit ei⁹, in principio dictiõis terrię, necnõ & alijs in locis verborum ſeries inſinuat. Hæc ſumma eſt eorũ, quibus Alexander
H præſentem hanc dictionẽ aperuit.

Nec abſonũ eſt huc quoq; afferre ea, q̃ ad ſummariã aliarũ huius ſcĩæ dictionũ intelligentiã Alexã. prępoſuit. Dicamus igit, qñ præſens eruditio ſpeculat de ente ſm q̃ ens: ſpeculari aũt hmõi exigit conſyderationẽ de principijs entis ſm qđ ens, deq; diſpoſitionibus cõſequentibus ipſum: hęc ſiquidẽ duo ſciẽdi genera oĩs ſpeculatiua ars cõplectitur: id circo & hoc, cui inſiſtimus, negotiũ primoĩ duo partiri neceſſe ẽ. At q̃a Priſci de rerũ primordijs falſa q̃dã
I enũtiant, cõdecẽsquoq; erat hęc ipſa illorum dicta obruere. quo fit vt tertia hui⁹ ſcĩę portio emergat. Tres itaq; hui⁹ artis ptes collige, vnã de primis prĩcipijs entis, ſm q̃ ens: aliã de conſeqnentibus entis, ſecundũ q̃ ens: tertiam de falſis ſermonib⁹, qui de eorum principijs traduntur.

Rurſus, ex quo omnis ſpeculatiua facultas in duo abſoluit, quorũ vnũ cõtinet modũ cõſyderandi illius artis, & quas cãs, & vñ ſumẽdũ ſit exordiũ, & quouſq; ꝓcedendũ, q̃ue lege fabricãdę ſint deſiõnes, q̃ oĩa ꝓpriã hui⁹ artis cõſyderationẽ cõcernunt:

Secundũ

quoniam in duob⁹ libris, qui hunc K
ſequuntur, nihil ex primario præſuppoſito exponet, neq; quicquã ex ſua ꝓpria opinione verificabit: ſed in eis continet contradictio dictorũ ponentiũ principia entiũ eſſe ideas, & numeros. Inquit. De his aũt iam locut⁹ eſt in ſecũdo libro huius operis: at nunc perfecit ſermonẽ hac de re in his duobus. Inquit. Ratio aũt, qua probat hunc librũ eſſe finẽ eorum, q̃ in hac ſcĩa tractant, eſt id, qđ dixit in prĩcipio libri Tertij, & alibi. Hæc inquã eſt ſumma eorum, quæ
L prędictus eſt Alexander in hoc libro.

Id vero, qđ dixit, pro intelligentia eorũ, quę in alijs libris poſitis in hac ſcĩa continent, põt aliter exponi, & forte huic loco magis debet expoſitio, q̃ alibi. Dicamus ergo q̃, cũ hęc ars cõſyderet de ente, vt ẽ ens, & hoc cogit hãc artẽ tractare de principijs entis, vt eſt ens, & de reb⁹ inſequẽtibus ipſum: cũ quęlibet ars cõtemplatiua hæc duo genera cognitiõis amplectet: bifariã igit hęc ars primo diuidat. Et, quia antiqui de principijs entis falſas ꝓtulerũt ſentẽtias, quas refellere oportebat, ideo ĩ tertia par M
te huius artis hoc explicari neceſſe fuit. Et ſic partes hui⁹ libri erũt tres: Prima de ente, vt eſt ens: Secunda de conſequentibus ens, vt eſt ens: Tertia de falſis ſentẽtijs, quę de principijs entis proditæ ſunt.

Præterea, cùm oĩs ars cõtemplatiua diuidat in duo genera cõtemplationis, quorũ primũ eſt illud gen⁹, qđ cõtinet modũ cõtẽplationis illi⁹ artis, & quicqd pręſtat de cauſis, & vnde incipiat, & quo deſinat, & qs ſit mod⁹, quo deſiõnes efficiant, & hoc vocat propria tractatio illius artis:

Secũdũ

ISRAELITAE

A Secundum genus depromit & proſequitur quicquid in hac arte comprehenditᵉ: quocirca primo in duo hanc artē proſcindi voluit, quorū vnū exprimit partem logicalē huic atti propriā, alterum ea, quorū hic ſciam petimus. & ſic duæ ampliores ſunt partes, quarū vna turſus in arctiores ſcindiᵉ partes tres, vnde quatuor huius ſcīæ portiones reſultant.

Qūi vero in hoc præſens indago alijs artibus præferᵉ, ꝙ ipſa ſuimet principia porrigit, ideo vbi hoc ipſum peragiᵉ, quaſi quinta huiᵘ ſcīæ
B portio excipiᵉ. Inſuper, ex quo hęc ſcīa partes entis cōſyderat, vna autē partium eſt ipſum ens intelligibile, opportunū erat de huius gñis entiū pricipijs ſpeculari, & falſis circa hęc cogitationibus reſiſtere. Ariſt. igiᵉ in ſingulis his generibus cōſyderando, exactiorē qui fieri potuit doctrinæ ordinē exercuit: ita ꝙ in prima dictione deſignata p literam Aleph minorē cōmemorat quātū difficultatis, facilitatiſq; hęc ſcīa cōtineat, aſſerēs id, quod ſinguli hoīum in hac ſcīa referūt, tametſi puſillū quoddā
C ſit, nihilominus, cū oīa illorū dicta in cumulū redacta fuerint, erit qđ colligitur quantitas haud modica.

Cūq; ad huius ſcīæ opificē ſpectet cōſyderationē cauſarū attingere, ſiquidē harū gratia cętera entia ꝓſequimur, ideo & ipſe in eadē dictiōe ſermonē terminat ad cauſas, poſtq̄ cōmemorauerit formas. deniq; finē facit īenūtiādo potiores cās errorū cōtingēriū in ſpeculabilibᵘ, ꝑſertim circa principia, quales. ſ. errorū cauſæ ſunt falſæ hominum exiſtimationes pullulantes, quas inde in ſpeculabilibus ipſi fide accipiendas ſtatuūt.

Cùmq;

MANTINI

Secundum vero eſt ſcientia rei, quæ D
ab illa arte continetur: diuiditur ergo hæc ſcientia primo bifariā, nempe in eius proprium dicendi modum, & in partem in ſe continentem huius ſcientiæ propoſitū. ſunt ergo duæ magnæ partes, quarum vna in tres diuiditur, & ſic erunt partes huius ſcientiæ quatuor.

Sed, quia hæc ſcientia quoq; ſtudet reſpondere cōtra auferentes ſpeculationem, & negantes eius principia, ideo hæc pars erit, veluti quinta pars eius. Et, quia tractat de partibus entium, quorum vna eius pars E
eſt de entibᵘ rationalibus, ideo oportuit eam tractare etiam de principijs huius generis entium, & deſtruere falſas ſententias, quæ de eo dictæ ſunt. Et, quia Ariſtoteles tractauit de his generibus, in eorum doctrina elegit ordinem cæteris prę ſtantiorem. & incœpit à primo libro, cui titulus eſt A paruum, vbi notificauit quanta ſit difficultas, & facilitas, quæ in hac ſcientia reperiᵗ: & ꝙ id, quod ex ea cognitum eſt, & ſi parum ſit, tamen ſi accumuletur F
totum, erit res alicuius momenti.

Et cum profeſſores huius ſcientiæ cogantur credere contemplationem de cauſis eſſe finitam, cùm de entibus hæc inueſtigentur, ideo in illo libro probauit poſt præfationē prædictam cauſas eſſe finitas. mox in calce eius concludendo notificauit quæ nam ſit potiſſima cauſarū, ob quam accidunt errores in rebus ſpeculabilibus, & præſertim in ipſis cauſis: & eſt videlicet ipſa educatio in falſis opinionibus impoſitis eis, ac ſi eſſent veluti lex rerum ſpeculabilium.

Sed,

ISRAELITAE

D Cùmq; cõſyderatio de cauſis ex poſtulet ꝓnoſcere quot ſint prima illarũ genera, quidue de eis tradunt priores, ideo in dictione, cui aſcribi tur lĩa Aleph maior, cõmemorat quid de cauſis quatuor cognouerit Antiquitas: oſtenditq; harũ genera eſſe quatuor, aſſerens ꝙ, ſi ꝑfecta fuerint aliorũ dicta de cauſis, iu dicabitur eadẽ ipſa quatuor cauſarũ genera innuere. Deinde illorum rõnes de rerũ naturaliũ, diuinarũque cauſis affert, & earũ nonnullas deſtruit, præſertim illorũ, qui tractãt diuina, nõ aũt qui tractãt natu
E ralia, quorũ cõfutatio attinet ad negotiũ de Natura. quos auiẽ ex illis redarguit ſunt qui principia ponũt entia mathematica & numeros. nec ipſos quidẽ tractantes diuina adamuſſim ibi refellit, ſed ex parte. reliquũ aũt redargutiõis cõplet ĩ dictiõibus duab⁹, q̃ hãc ipſam ſequũtur, deſcriptis per literã Lamed, & Mem. Q̃n vero cuiuſq; examinis ſcĩam ꝑfecte aſſeq mur, qñ prĩo ſciuerimus, ꝓbabiles ſermones, q & aſtruunt, & deſtruũt, eò ꝙ niſi ꝑdu bitatũ ſit de re, nequaq̃, q̃tũ de ſcĩa rei poſt eius ignorãtiã attingiẽ, q̃-
F tũ vt de eadẽ ꝑſcitũ fuerit dijudicari poterit, idcirco iuſtũ erat in ordine doctrinæ ſeorſum dictionẽ facere, qua prĩo topicis rõcinij ſingula hui⁹ ſcĩę q̃ſita examinarẽt: reſiduũ vero in alijs hui⁹ libri dictiõib⁹ abſoluere. hoc itaq; agit in Tertia huius libri dictiõe deſcripta p literam Beth. Cõdecẽs aũt erat hãc dictionẽ poſteriorẽ eẽ dictiõe prĩa, & ſcda & priorẽ alijs dictiõib⁹, q̃ eã ſequũtur, qa ĩ duab⁹ dictiõibus primis ẽt topice tractat hic dari cauſas, & nullum

MANTINI

Sed, qa cõſyderatio de cauſis cogit conſyderare quot ſint earũ genera prĩa, & q d de hoc dixerit prio A
res ante Arif. ideo incœpit in 2. lib. cui titulus eſt A magnũ, notificare qd attigerit Antiqui de generibus cãrũ primarũ: & ꝓbat ibi eaſe quatuor, & oñdit ꝙ id, qd dixerunt de cauſis, ſi recte cõſyderet, non tranſgredi quatuor cauſas. Mox affert opiniones de cauſis entiũ: & prę ſertim Diuinorũ Philoſophorũ, non aũt Naturaliũ: nã de his iã in ſcĩa Naturali determinauit. & ij quidẽ ſunt illi, q dicunt principia eſſe mathematicalia, & numeros. contra hoc tñ aliquantiſper arguit contra eos in hoc libro, & diſtulit cõplemẽ tũ ſermonis contra eos ad duos libros, qui ſunt poſt Duodecimũ (cu ius Titulus ẽ lĩa L) & ſunt Tertiuſdecimus (qui eſt M) & Quartuſdecimus (qui eſt N.)

Verũ, quia oẽ quęſitũ ſcibile perfecte acquirit, ſi quis pręnotificaue rit rõnes topicales affirmantes, vel deſtruẽtes: nã ſi qs nõ dubitaret de aliqua re, nõ poſſet ſcire quãtũ fuerit aſſecutus de notitia ei⁹ poſt eius ignotãtiã, neq; quantũ erat ſibi occultũ de notitia rei anteq̃ ſciret eã: ideo putauit nihil ꝑſtantius in mõ doctrinę, q̃ declarare ſpeculatiões q̃ſitorũ huius ſcĩę, & inueſtigare rõnibus topicis & ꝓbabilib⁹ de ſingulis q̃ſitis ei⁹ ſeorſum, & ſeparata tractatiõe. mox incipit poſt hoc in reliquis libris hui⁹ operis ſoluere dubia, q̃ accidũt in hac ſcĩa: & id egit in tertio libro huius operis (cuius titulus eſt litera B. Is aũt tertius debet ſequi primũ, & ſcdm, & ꝑcedere reliquos. ſequitur aũt poſt duos priores,

ISRAELITAE MANTINI

lum cauſarũ genus abire in infinitum, ideo hanc prima & ſcda poſteriorem eé licuit. prioré autem alijs huius libri dictionibus hãc eé oportuit, eò q̃ id, qđ alię dictiones oſtendunt, alteram duarũ diſpoſitionũ continet, ſ. aut ipſas dubitationes, quæ in hac dictione recenſent, aut notitiam earũ rerum, quas dubitationum ſolutio depoſcit.

Qñ vero biformes eiuſcemodi dubitationes ſunt: nã q̃dam de mõ conſyderandi huius ſcię dubitant, & quędã de quęſitis, & hęc ipſa ſcia examinat: ideo q̃ modũ cõſyderãdi in hac ſcia oñdere nititur, primo dubitationũ attinẽtiũ ad modum conſyderandi ſolutionẽ concipiat neceſſe é. ex hoc n. facile modus cõſyderandi huius ſcię eliqueſcit, per quem ſane modum hæc ars, vocata Sapientia, ab alijs artibus ſecernit: quapropter dubitationes de modo conſyderandi huius ſcientię primo ſoluere oportuit.

At, quia conſyderandi modus reuincit ex notitia habita de ꝓpõnibus maximis, operęprecium fuit in primis contendere cũ eo, qui eiuſcemodi propõnes perimit. quò fit vt duo hæc in Quarta huius dictione deſignata per literam Ghimel enodari volnerit: ſ. vnum, quo peculiã rẽ huic ſcię conſyderandi legé explanet: alterũ, quo primũ principiorum, quæ nobis conſtant natura, inſinuat, videlicet quòd affirmatio vel negatio de quacunq; re vna affirmãda eſt. hęc. n. propoſitio cuiuſq; conſyderationis principium extat. & qui hanc renuit, nullũ prorſus, nec aſſerentem, nec deſtruentem ſermonem cõprobare poteſt.

Cùmq; priores, qa in illis duobus continet A
ẽt id, qđ ad arté topicã attinet. nẽpe q̃ dant quatuor cáę, & q̃ nullũ genus earũ ꝓcedit ĩ infinitũ. antepoñt vero reliqs libris ſequẽtib⁹, qa ĩ illis id, qđ cõtinet, alterũ duorũ cõtinet, nẽpe vel ſolutionẽ dubiorũ p̃ dictorũ in hoc lib. vel cognitionẽ rerum, quę ſunt neceſſarię ꝓ ſolutione dubiorũ prędictorũ ĩ hoc lib.

Et, qa dubiorũ, q̃ in hoc lib. narrantur, genera ſunt duo, alterũ qdẽ de modo cõtẽplatiõis huius ſcię, alterũ vero de q̃ſitis, de q bus tractat, iõ neceſſe eſt vt ille, qui incipit cõ- B
tẽplationẽ demõſtratiuã huius ſcię, ꝑſciat ſolutionẽ horũ dubiorũ. qñ ꝑ illorũ notitiã dirigit modus cõtẽplatiõis demõſtratiuę huius ſcię: & hoc mõ cõtẽplatiõis dignoſcet artẽ, q̃ vocat Sapiẽtia. & iõ dignũ pntauit debere prius incipere à ſolutione dubiorum, quæ ſunt in modo contemplationis huius artis.

Sed, quia contẽplatio quoq; debet ſciri ꝑ propõnes principaliſſimas, idcirco iudicauit debere primũ loq cũ his, q has deſtruũt ꝓpõ- C
nes, negãtq; cõtẽplationẽ. q̃ duo in vnico libro, q ſequit librũ a (& eſt liber Quartus, q eſt c) declarare voluit: alterũ, qđ de propria huius ſcię tractatiõe loquit: alterũ vero eſt, qđ repetit illud primũ principiũ, qđ ineſt nobis natura, qđ ſ. cætera præcedit principia, nempe cùm dicimus affirmationem & negationẽ nõ poſſe ſimul coniungi, quia hoc eſt principium contemplationis. & ob id quicunque negat hoc principium, nulla debet ab eo acceptari ratio, neque propoſitio affirmatiua vel deſtructiua.

Et,

ISRAELITAE

D Cùmq; cõſyderatio de cauſis ex poſtulet ꝓnoſcere quot ſint prima illarũ genera, quidue de eis tradunt priores, ideo in dictione, cui aſcribitur lĩa Aleph maior, cõmemorat quid de cauſis quatuor cognouerit Antiquitas: oſtenditq; harũ genera eſſe quatuor, aſſerens ꝙ, ſi ꝓſpecta fuerint aliorũ dicta de cauſis, iudicabitur eadẽ ipſa quatuor cauſarũ genera innuere. Deinde illorum rõnes de rerũ naturaliũ, diuinarũque cauſis affert, & earũ nonnullas deſtruit, præſertim illorũ, qui tractãt diuina, nõ aũt qui tractãt natu-
E ralia, quotũ cõfutatio attinet ad negotiũ de Natura. quos autẽ ex illis redarguit ſunt qui principia ponũt entia mathematica & numeros. nec ipſos quidẽ tractantes diuina adamuſſim ibi refellit, ſed ex parte. reliquũ aũt redargutiõis cõpletĩ dictiõibus duab⁹, q̃ hãc ipſam ſequũtur, deſcriptis per literã Lamed, & Mem. Qm̃ vero cuiuſq; examinis ſcĩam pfecte aſſequmur, qn̄ prĩo ſciuerimus, ꝓbabiles ſermones, q & aſtruunt, & deſtruũt, eò ꝙ niſi ꝓdubitatũ ſit de re, nequaq̃, q̃tũ de ſcĩa rei poſt eius ignorãtiã attingit, q̃-
F tũ vt de eadẽ ꝓſcitũ fuerit dijudicari poterit, idcirco iuſtũ erat in ordine doctrinæ ſeorſum dictionẽ facere, qua prĩo topicis rõcinij ſingula huiꝰ ſcĩę q̃ſita examinarẽt: reſiduũ vero in alijs huiꝰ libri dictiõibꝰ abſoluere. hoc itaq; agit in Tertia huius libri dictiõe deſcripta p literam Beth. Cõdecẽs aũt erat hãc dictionẽ poſteriorẽ eẽ dictiõe prĩa, & ſcda & priorẽ alijs dictiõibꝰ, q̃ eã ſequũtur, qa ĩ duabꝰ dictiõibus primis ẽt topice tractat hic dari cauſas, & nullum

MANTINI

Sed, qa cõſyderatio de cauſis cogit conſyderare quot ſint earũ genera prĩa, & q d de hoc dixerĩt priores ante Ariſ. ideo incœpit in 2. lib. cui titulus eſt A magnũ, notificare qd attigerĩt Antiqui de generibus cãrũ primarũ: & ꝓbat ibi eaſe quatuor, & oñdit ꝙ id, qd dixerunt de cauſis, ſi recte cõſyderet, non tranſgredit quatuor cauſas. Mox affert opiniones de cauſis entiũ: & pręſertim Diuinorũ Philoſophorũ, non aũt Naturaliũ: nã de his iã in ſcĩa Naturali determinauit. & ij quidẽ ſunt illi, q dicunt principia eſſe mathematicalia, & numeros. contra hoc tñ aliquantiſper arguit contra eos in hoc libro, & diſtulit cõplemẽtũ ſermonis contra eos ad duos libros, qui ſunt poſt Duodecimũ (cuius Titulus ẽ lĩa L) & ſunt Tertiuſdecimus (qui eſt M) & Quartuſdecimus (qui eſt N.)

Verũ, quia oẽ quęſitũ ſcibile perfecte acquirit, ſi quis prænotificauerit rõnes topicales affirmantes, vel deſtruẽtes: nã ſi qs nõ dubitaret de aliqua re, nõ poſſet ſcire quãtũ fuerit aſſecutus de notitia eiꝰ poſt eius ignorãtiã, neq; quantũ erat ſibi occultũ de notitia rei anteq̃ ſciret eã: ideo putauit nihil ꝓſtantius in mõ doctrinę, q̃ declarare ſpeculatiões q̃ſitorũ huius ſcĩę, & inueſtigare rõnibus topicis & ꝓbabilibꝰ de ſingulis q̃ſitis eiꝰ ſeorſum, & ſeparata tractatiõe. mox incipit poſt hoc in reliquis libris huiꝰ operis ſoluere dubia, q̃ accidũt in hac ſcĩa: & id egit in tertio libro huius operis (cuius titulus eſt litera B. Is aũt tertius debet ſequi primũ, & ſcdm, & ꝓcedere reliquos. ſequitur aũt poſt duos priores,

ISRAELITAE

lum cauſarũ genus abire in infinitum, ideo hanc prima & ſecda poſteriorem eẽ licuit. prioré autem alijs huius libri dictionibus hác eẽ oportuit, eò q̃ id, qđ alię dictiones oſtendunt, alteram duarũ diſpoſitionũ continet, ſ. aut ipſas dubitationes, quæ in hac dictione recenſent, aut notitiam earũ rerum, quas dubitationum ſolutio deposcit.

Qm̃ vero biformes eiuſcemodi dubitationes ſunt: nã q̃dam de mõ conſyderandi huius ſcĩæ dubitant, & quędã de quęſitis, & hęc ipſa ſcĩa examinat: ideo q̃ modũ cõſyderãdi in hac ſcĩa oñdere nititur, primo dubitationũ attinẽtiũ ad modum conſyderandi ſolutionẽ concipiat neceſſe ẽ. ex hoc n. facile modus cõſyderandi huius ſcĩæ eliqueſcit, per quem ſane modum hæc ars, vocata Sapientia, ab alijs artibus ſecernit: quapropter dubitationes de modo conſyderandi huius ſcientię primo ſoluere oportuit.

At, quia conſyderandi modus reuincit ex notitia habita de ꝓpõnibus maximis, operę precium fuit in primis contendere cũ eo, qui eiuſcemodi propõnes perimit. quò fit vt duo hæc in Quarta huius dictione deſignata per literam Ghimel enodari voluerit: ſ. vnum, quo peculia rẽ huic ſcĩæ conſyderandi legẽ explanet: alterũ, quo primũ principiorum, quæ nobis conſtant natura, inſinuat, videlicet quòd affirmatio vel negatio de quacunq; re vna affirmãda eſt. hęc. n. propoſitio cuiuſq; conſyderationis principium extat. & qui hanc renuit, nullũ prorſus, nec aſſerentem, nec deſtruentem ſermonem cõprobare poteſt.

Cùmq;

MANTINI

priores, qa in illis duobus continet & ẽt id, qđ ad artẽ topicã attinet. nẽpe q̃ dant quatuor cãę, & q̃ nullũ genus earũ ꝓcedit ĩ infinitũ. anteponiť vero reliqs libris ſequẽtib⁹, qa ĩ illis id, qđ cõtinet, alterũ duorũ cõtinet, nẽpe vel ſolutionẽ dubiorũ p̃ dictorũ in hoc lib. vel cognitionẽ rerum, quę ſunt neceſſarię ꝓ ſolutione dubiorũ prędictorũ ĩ hoc lib.

Et, qa dubiorũ, q̃ in hoc lib. narrantur, genera ſunt duo, alterũ qdẽ de modo cõtẽplatiõis huius ſcĩę, alterũ vero de q̃ſitis, de q bus tractat, ıõ neceſſe eſt vt ille, qui incipit cõ- B tẽplationẽ demõſtratiuã huius ſcĩę, ꝓſciat ſolutionẽ horũ dubiorũ. qm̃ ꝓ illorũ notitiã dirigiť modus cõtẽplatiõis demõſtratiuę huius ſcĩę: & hoc mõ cõtẽplatiõis dignoſcet artẽ, q̃ vocať Sapiẽtia. & ıõ dignũ putauit debere prius incipere à ſolutione dubiorum, quæ ſunt in modo contemplationis huius artis.

Sed, quia contẽplatio quoq; debet ſciri ꝓ propõnes principaliſſimas, idcirco iudicauit debere primũ loq cũ his, q has deſtruũt ꝓpõnes, negãtq; cõtẽplationẽ. q̃ duo in C vnico libro, q ſequiť librũ B (& eſt liber Quartus, q eſt C) declarare voluit: alterũ, qđ de propria huius ſcĩę tractatiõe loquiť: alterũ vero eſt, qđ repetit illud primũ principiũ, qđ ineſt nobis natura, qđ ſ. cætera præcedit principia, nempe cùm dicimus affirmationem & negationẽ nõ poſſe ſimul coniungi, quia hoc eſt principium contemplationis. & ob id quicunque negat hoc principium, nulla debet ab eo acceptari ratio, neque propoſitio affirmatiua vel deſtructiua.

Et,

MANTINI

D Cùmq; hanc in illa dictione intentionẽ expleuerit, iuſtum erat varietatem diſpoſitionum, quas in hac ſcientia nomina deſignant, ſtatim ſubnectere. cui negocio Quintã huius libri dictionẽ deſtinauit, eamq; priorem alijs dictionibus collocauit. quia qđ in ea oſtenditur ad ſingulorum quæſitorum demonſtrationem pręconcipi neceſſe eſt, qñquidem cuiuſq; quæſiti nomẽ multiplex ſignificatum porrigit, qđ ad accommodatam huius ſcientię intentionem diſtingui neceſſe eſt.

E Cùmq; & hæc in hac dictione abſoluerit, condecens erat de rebus in hac ſcientia comprehẽſis, videlicet de cauſis entium perquirere. & ꝙa entiũ genera ſunt tria, ſcilicet quæ per accidens, quæ in anima, quę extra animam, opportunum erat eni ei ipſa entium genera præcognoſcere, & quod ex entium generibus potiori intentione perquiritur eſſe ipſum, cui extra animã inuentio eſt. hæc omnia examinat Sexta dictio, quæ continuo quintam dictionem ſequitur. Et quia in hac ipſa dictione intentio eſt ens p accidẽs, & ens in aĩa diſcernere ab eo, qđ vere ens eſt, qđ vtiq; innoteſcere nõ potuit, niſi ei, qui ꝓnouerit hanc artẽ ſpeculari de omni ente, fm ꝙ ens, ideo in eiuſdẽ dictionis capite recolligit ea, q̃ iã in Quarta huius libri dictione ipſe expoſuit, videlicet hãc artẽ ſpeculari de ente fm ꝙ ens, eamq; aliã à Mathematica, Naturaliq; facultate ſcĩam exiſtere. quę quidem non reiterationis, ſed commemorationis cã, & aliter q̃ prius reſumere ſtatuit. & hæc quoq; in ipſa Sexta dictione deſignata per literã He.

Cùmq;

ISRAELITAE

Et, ꝙa cõpleuit hoc negotiũ in hoc libro, iudicauit eſſe cõſentaneũ, vt hũc librũ ſequat̃ diſtinctio rerum, quarũ noĩa veniũt in vſum in hac ſcĩa. iudicauitq; cõueniẽtius eſſe in doctrina, vt ſeorſum ĩ alio libro id tractaret̃, qđ quidẽ fecit in lib. v. ſ. D, q ſequit̃ librũ C, & ꝓcedit alios. nã q eſt aptus de mõſtrare aliqđ q̃ſitũ, debet prĩo incipere declarare illud nomẽ, qđ dr̃ de illo q̃ſito, qñ habet plura ſignificata: ꝑſertim cũ dr̃ p analogiã, vt ſunt q̃ſita, q̃ ſunt propria huic ſcĩę: cſi nomẽ entis dicat̃ analogice, vt ipſemet declarauit in hac ſcĩa. Et poſtq̃ expleuit ſnĩa; ſuã in hoc libro, fuit coactus inq rere de rebus req̃ſitis in hac ſcĩa, q̃ ſunt cãę entiũ. & cũ genera entium ſint tria, nẽpe ens p accidẽs, & ens ĩ aĩa, & ens extra aĩam, iudicauit cõſentaneũ eẽ ꝓnotificare prĩo genera horũ entiũ, & patefacere qđ opus erat primo inueſtigare de eo, qđ ẽ extra aĩam: de quo tractauit in lib. q ſeqt̃ poſt qntũ, q dicebat̃. D. Sed ꝙa in hoc lib. tractauit de diſtinctiõe entis, qđ ẽ p accñs, & de eo, qđ ẽ in aĩa, ab ente vero, qđ nõ ꝓt q̃ſ intelligere, niſi ſciuerit hãc artẽ eẽ cã, q̃ cõſyderat de oĩb⁹ genetib⁹ entiũ, vt ſũt entia, iõ in initio huius libri fecit mẽtionẽ de his, q̃ iã declarata ſũt ĩ lib. Quarto, i. c nẽpe ꝙ hęc ars ẽ illa, q̃ tractat de ente, vt ẽ ens, & ꝙ nõ eſt ſcĩa Nãlis, neq; Mathematica. ñ tñ id egit p modũ repetitiõis, ſed p modũ memorię. ſed id poſtea notificauit modis q buſdã diuerſis à prioribus: qđ totũ in lib. Sexto fecit, i. q ſe qt̃ poſt D, vbi de noĩbus egit, & vocatur liber E, qui ſequit̃ D rõnabiliter, & antecedit ſubſequentem.

Et,

ISRAELITAE

A Cùmq; explanauerit ens per accidens, & ens in anima eē entia imperfecta, & ꝙ ſcrutandi intentio eſt de ente vero extra animam exiſtente, mox ad huiꝰ entis examen accingit. Et, quia huius entis principium eſt ſubſtantia, ideo conatur oſtendere, quæ ſint principia ſubſtantiæ, & primo de principijs ſubſtātiæ, quæ generationē corruptionemq; parit, docendo horū principia eſſe mām, & formā: formam aūt eſſe ſubſtantiam via definitionis patefieri cenſuit, videlicet, quia apparuit ſenſibi
B liū definitiones innuere id, quod ipſorū ſenſibiliū ſubſtātia eſt. cùm igitur ipſæ eędem definitiones formas inſinuent, conuincitur & formas eē ſubſtantiā: quòdq; eiuſcemodi formæ, & id, cuius hę formæ ſunt, vnū & idem exiſtunt, & ꝙ ſecundū hoc non erunt accidentia ſubſtantia, nec opus eſſe ſeparatas formas, quæ ſubſtantiæ ſint ſenſibilium, quęque ſcientiam rerum conferant effingere. Oſtendit inſuper eiuſcemodi generabiles corruptibilesq; ſubſtantias generari à ſubſtātia corruptibili ſi-
C bi ſpecie & genere vniuoca, q̄ & rei generās eſt, atq; corrumpens: ipſum vero generabile & corruptibile cōpactū eſſe ex materia & forma: formas aūt nec generationi, nec corruptioni eſſe obnoxias, niſi fm accidens. quo conuincitur, ꝙ Platonis formæ, tametſi extiterint, ad generationē tñ nullam præſtent opem. Oſtendit præterea vniuerſalia non eſſe ſubſtantias exiſtentes extra animam, licet de ſubſtantijs ſignificēt: formas vero eſſe ſubſtantias, non quòd compactæ ſint ex elemento, ſed tertia ſubſtantia cenſentur. &

inter

MANTINI

Et, quia non latebat eum ens per D
accidens, & ens in mente inter ſeſe opponi, & ꝙ hæc ſcīa intēdit inueſtigare de vero ente, quod ē extra animam, ideo incœpit poſt hoc inquirere de hoc ente. Sed, quia ſubſtātia eſt principiū huius entis, ideo incœpit inueſtigare, quæ nam ſint principia ſubſtātię, & ſic incipit primo tractare de principijs ſubſtātiæ generabilis & corruptibilis, & ꝓbauit ea eē formā & materiā: & tradidit viā ad ſciendū, ꝙ formę ſint ſubſtantiæ ex ipſis definitionibꝰ, hoc eſt ꝙ, cū ipſe ꝓbauerit ꝙ definitiones indicēt ali E
quid ſubſtantiarū ſenſibiliū, quod eſt illarū ſubſtantia, & ꝙ ſignificant formas, cōcludit ex hoc, ꝙ ipſæ formæ ſunt ſubſtantiæ, & ꝙ ipſæ, & id, cuius ſunt formæ, ſunt idē in ſe, & ꝙ ꝓp hoc accidentia nō ſunt ſubſtantia, & ꝙ nō oportet pro cognitione rerū ponere formas ſeparatas, quæ nō ſint formæ ſenſibiles, qm̄ id, qđ ſignificat definitio rerum, ſunt ipſæ res. Oſtendit etiā hanc ſubſtantiam generabilem & corruptibilē gigni ex ſubſtātia generabili & corruptibili ſibi ſimili ſpecie & genere: & ꝙ F
generabile & corruptibile eſt quid aggregatū ex forma & mā: & ꝙ formæ nō ſunt generabiles & corruptibiles, niſi per accidens: & ꝙ ꝓp hoc ideæ Platonis, ſi reperiunt in re, non ſunt neceſſariæ ad generationē. & intelligo per ideas illas formas ſeparatas, quas ponit Plato. Præterea probat Ariſt. ꝙ vłia non ſunt ſubſtātię, extra animā exiſtentes, licet ſignificent ſubſtantias: etiā dicimus, ꝙ formæ ſunt ſubſtantiæ, non quia ſint elementū, neq; quia conſtent ex elemento, ſed qa ſint ſubſtantia tertia.

Metaphy. cū cō. Auer. OO et

ISRAELITAE MANTINT

G inter eiuſcemodi ſubſtãtias dr̃iam aſſignat.primarum qnoq; ſubſtantiarum differẽtiam enuntiat,& partes formales diſtinguit à partib⁹ materiæ. quæ omnia examinãtur in dictione Septima ſignata litera Vau, & Octaua ſignata litera Zain.

Cùmq; in duab⁹ his dictionibus explanata ſint principia ſubſtantiæ ſenſibilis,quæ generationẽ & corruptionẽ ſubire apta nata eſt, exinde vſia entis,ſed ꝙ ens cõcomitãtia,ſpeculari iuſtũ erat.& primo inqrit de potẽtia & actu , eas ĩ primarias ꝑtes H ſcindẽdo, mõſtratq; priorẽ eſſe actũ potẽtia . & hoc in Nona huius libri dictione, ſignata per literam Heth.

Ex inde in decima dictione , cui aſcribit Teth, tractat de vno & multo,de eodem,de ſimili,de contrario & id genus vniuerſaliũ , quæ conſequuntur entia , ſecundum ꝙ entia.

Deinde in Vndecima hui⁹ dictione ſpeculat de motu, de ĩfinito,alia ex parte q̃ de his conſyderat Nãlis. Et,quia intendit poſt hanc vndecimam, dictionẽ deſcriptã litera Iod, cõſyderare de primo principio ſubẽ I ſenſibilis, quod potiſſimũ finaleq; huius ſcĩæ propoſitum erat,ideo in huius dictionis principio coaceruatim repetit dubitatiões cõmemoratas ĩ tertia dictione ſignata lr̃a Beth: ſic &eas ſoſones,q̃s priores dictiõe inſinuãt, mutilatim quoq; enũtiat, & ſermones,q ſequunt ad auferẽtes principia ſciẽdi,hęc oĩa tractant,ab ſoluunturq;in dictionib⁹ ꝑcedẽtib⁹ dictioni deſcriptæ litera Caph,ſupple q̃ numerari deberet dictio duodecima. Dictio aũt ſignata ꝑ literã Iod,ſupple q̃ vndecimæ dictionis locũ tenet, nondum peruenit ad nos.

At

& perfecit adhuc oſtendere dr̃iam, K quæ eſt inter illas duas ſubſtantias, mox declarauit dr̃ias primarũ ſubſtantiarũ,& diſtinxit partes formarũ à partibus materię.& hoc totũ fecit in libro litterę F,& G,i.in Septimo &Octauo. Et,cũ probarit ĩ his duobus libris principia ſubſtantiæ ſenſibilis generabilis & corruptibilis,iudicauit debere poſt hoc ĩueſtigare primo de cõſequentibus vſib⁹ ipſi⁹ entis,vt eſt ens.& primo tractauit de potentia & actu , & ea ad illa principia refert , & ꝓbat ibi actũ eẽ L prioré potẽtia.& hoc in eo libro,cui titulus eſt H,i,Nono,quẽ poſt Octauum locauit. Deinceps tractauit ĩ libro ſequẽti,cui titulus ẽ litera I, i. Decimo,de vno,& multis, & de eodem,& de ſiꝑi, & de oppoſitis,& reliquis cõſequẽtibus vſibus ipſi⁹ entis, vt ẽ ens. Deinde tractauit poſt hoc in libro litterę K,i.Vndecimo de motu,& de infinito, qm̃ ꝓfeſſor huius ſcĩæ tractat de eis alio modo q̃ Phyſicus. Sed,quia erat paratus tractare poſt hũc librũ de principijs ſubſtantiæ ſenſibilis primæ:hoc aũt fuit ei⁹ propoſitũ primũ huius ſcĩæ, cũ hoc M eſſet fius ab ea intẽtus:ideirco fecit mentionẽ in initio huius libri,videlicet vndecimi , omniũ dubiorum, quorum meminit in libro tertio:fecitq; memoriã de his,quorũ ſolutio ꝓceſſerat breui ſermone ĩ libris ꝓcedentibus:in quo adhuc breuiter meminit dubiorũ,q̃ inſurgũt cõtra negantes principia ſcĩæ. Hoc inquam eſt,qđ inuenim⁹ in ordine librorũ, qui peruenerunt ad nos,qui ſunt ante duodecimã,i. literã L. & non inuenimus ſecundum ordinẽ literarum librũ literæ K, neq; ipſum vidimus.

Verũ

ISRAELITEA

A At dictio, cui deputata eſt litera Caph, & cui nunc inſiſtimus, potiſſimum de primo ſenſibilis ſubſtantię principio nitit'. Primum aũt oĩum ſubſtantiarũ principia declarat, initium faciendo de principio ſubſtantiæ generabilis & corruptibilis, & ea, quæ circa hoc ſeptima, & octaua dictio expoſuit, breui ſermone reſumit. exinde oſtendit principiũ ſubſtantiæ primæ, & idipſum ſubſtantiam eſſe, & quot modi principij ei congruant demonſtrat.

Cùmq; de vltĩ principio examen
B abſoluerit, reuertitur ad reluctandũ contra falſa opinantes de principio vniuerſi, & hoc in duab⁹ dictionib⁹ ſignatis litera Lamed, & Mem.

Ex his denique quicquid omnes huius Ariſtotelis ſcientiæ dictiones complectuntur ad nutum intueri licet: quòdq; nihil in eis inordinatum repertum eſt, vt falſo opinatus eſt Nicolaus Damaſcen⁹, qui ſe exactius hanc tradidiſſe ſcientiã, quàm Ariſtoteles in quodam ſuo volumine præſumpſit.

Nos autẽ ſumma indagine, atq;
C amore proſecuti ſumus hanc ſcientiam, & iam ante huius viri in hac ſcientia dictiones compendio perſtrinximus, in eruditionem eorum, qui non ad amuſſim Ariſto. verbis ſtuduerint, & ad epilogi inſtar his, qui eius verba penetrauerint.

Ab ipſo deniq; Altiſſimo, qui ſolus ſcientiam tribuit, & intellectũ, opem depoſcimus, vt nobis virtutẽ elargiatur ad huius dictionis expoſitionem, iuxta verborum ſeriem perficiẽdam: quemadmodum Dei patrocinio in præhabitis dictionibus idipſum adimpleuimus.

MANTINI D

Verum libri literæ L, i. Duodecimi, cuius expoſitionẽ incœpimus, primũ ꝓpoſitũ eſt notificare principia ſubæ ſenſibilis primæ. Sed incœpit in ei⁹ initio notificare principia omniũ entiũ abſolute. & ĩcœpit à principijs ſubæ generabilis & corruptibilis, & meminit quicquid fuit declaratũ de hoc in libro Septimo, & octauo. deĩde declarauit prĩcipia primæ ſubæ, & ꝓbauit id eſſe ſubſtantiã, & quot modis ſit principiũ.

Et poſtq; perfecit ſuã ſententiã de
E principijs vniuerſi, reuertit' ad oppugnandum cõtra id, quod dixerũt de principijs ſubæ prædeceſſoreseius. & id fecit in duob⁹ libris, ſcilicet M, & N, hoc eſt Decimotertio, & Decimoquarto. Ex his igit' dictis patet quidnam cõtineat vnuſquiſq; liber huius ſcĩæ ex libris, qui Ariſtoteli aſcribunt': & ꝙ procedũt ordine per optimo, & ꝙ nihil in eis cõtigit ꝑter ordinẽ, quemadmodũ inuenimus Nicolaum Damaſcenũ eſſe opinatum in libro ſuo, propterea ꝙ ipſe declarauit, vt opinatus eſt, hãc ſcientiã debere doceri ꝑſtantiori ordine.
F

Nos vero, quia hanc ſcĩam diligimus, eiusq; doctrinæ, & diſciplinæ curioſi ſumus, ideo iã expoſuimus librũ huius viri de hac ſcĩa, vt facili⁹ poſſit capere qui nondum perfecit ſuũ ſtudiũ in libris Ariſtotelis. erit enim hoc veluti memoria quędam his, qui libris Ariſtotelis ſtuduerũt.

Et ſic incipiam⁹ ſperãtes in Deo, qui pręſtat intellectũ, & ſcĩam, vt ad votũ deducat id, quod intendimus, expoſitionẽ huius libri iuxta literã: poſtquã Dei gratia in præcedentib⁹ libris pro viri noſtra iã aſſecuti ſumus hoc idem propoſitum.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER XII.

cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima agitur de ſubſtantia Senſibili.
In Secunda de ſubſtantia Immobili.
In Tertia de Vniuerſi bonitate.

SVMMAE PRIMAE.

De ſubſtantia ſpeculationem eſſe oportere, ex Antiquorum etiam opinionibus.

H Cap. 1.

SPeculatio de ſubſtantia eſt. ſiquidem ſubſtãtiarum principia,& cauſæ quæruntur.

Conſyderatio quidẽ de ſubſtantia eſt. quæſita enim ſunt cauſæ & principia ſubſtantiæ.

1 Continuatio.

DIxit Alexãder. Quia ſua intentio in hac arte fuit loqui de ente in eò ꝙ ẽ ens,& de cauſis & principijs eius, cùm prima Philoſophia de iſtis duobus conſyderet, & iã declaratũ eſt, ꝙ ſubſtãtia principaliter eſt ens,& eſt cauſa cęterorum, incœpit in hoc tractatu quærere de principijs entis, quod eſt ſubſtãtia. Et dixit: Et intendit per hoc, quod dixit: conſyderatio eſt de ſubſtantia, i. ꝙ cunſyderatio in hoc tractatu eſt de ſubſtãtia, i. de principijs eius. Et poteſt intelligi, ꝙ conſyderatio in hac ſcientia principaliter eſt de ſubſtantia,& de principijs eiꝰ: ſed melius eſt

I 7. Met. te. com. 4. & t. cõ. 2.

Expoſitio.

dicere, ꝙ incœpit tractatũ iſtum cũ intẽtione eiꝰ. Et ſm hoc intelligendum eſt ſubſtantiã generabilem & corruptibilẽ,& æternã, & ꝙ ſua intẽtio in hoc tractatu principaliter eſt loqui de principijs ſubſtãtiæ æternæ: de principijs aũt ſubſtãtiæ ſenſibilis generabilis & corruptibilis locutus eſt in tractatu Secũdo, & Tertio. & ẽt declaratũ eſt in Naturalibus, ſed alio modo. Conſyderatio enim de principijs eius, in eò ꝙ eſt ſubſtãtia, alia eſt a conſyderatione de eis, inquantũ ſunt cauſæ trãſmutationis. & ideo incœpit primo conſyderare de principijs ſubſtaniæ generabilis & corruptibilis,& facere rememorationẽ de hoc, quod declaratũ eſt in Naturalibus, & in tractatu p̃cedẽti hunc. Et ideo iſte tractatus videꝫ diuidi in duo, ſ. in cõſyderationem de principijs ſubſtantiæ generabilis & corruptibilis,& æternæ.

K Documentum.

Idẽ. 7. Meta. com. 9. & quę ibi.

L

Primꝰ vſq; ad 29. ſecũdus à 29. vſq; ad finem.

Etenim, ſi vt totum aliquid vniuerſum eſt, ſubſtãtia prima pars eſt. & ſi ex cõſequenti, hoc quoꝙ mõ primũ eſt ſubſtantia, deinde quale, poſtea quantum.

Quoniam, ſi hoc totum fuerit quaſi aliquod vniuerſum, ſubſtantia eſt pars primi. & ſi eſt ſecundum quòd aliquid conſequitur aliquid ſucceſſiue, tunc etiam ſubſtantia hoc modo eſt prima, & poſt hoc quale, & quantum.

M

2 Pria expõ Alexan.

Dixit Alexan. Intẽdit per totum ens.& quaſi dicat, diximus. ꝙ conſyderatio eſt de ſubſtantia. quoniam, ſi aliquis fuerit opinatus, ꝙ enseſt quaſi vnũ vniuerſum continuũ, credendũ eſt, ꝙ ſubſtãtia ẽ pars primi.

&, ſi

A &, ſi opinatus fuerit, ꝙ quidd ā prius eſt quodā in eſſe, & ꝙ ex eo hoc eſt primum, hoc autem ſm, digniuseſt credere, ꝙ ſubſtantia principal'r eſt ens. & iſte modus prioritatis eſt, quē intendit Ariſt. & eſt quod prius declarauit. Et cùm de ente quiddam eſt primū, ſ. ſubſtantia, & quiddam ſcd̄m, neceſſe eſt ei, q̄ conſyderauit de principijs entis, in eò ꝙ eſt ens, vt cōſyderet de principijs ſubſtantiæ. hæc igit' eſt intētio Alex. & eſt expoſitio vera. D. & pōt intelligi p hoc, quod dixit, quaſi vniuerſum, gen⁹: & p hoc quod dixit, pars primi, ſpecies, & quaſi dicat, qm̄, ſi ens eſt q̄ſi gen⁹, tūc ſua prima ſpēs eſt ſubſtantia. deinde debilitauit hanc expōnē: quia verū genus nō habet ſpēs priores ſe adinuicē, ſed oēs ſunt ſm vnū ordinē. Dico ergo, ꝙ intendebat Ariſt. dicere apud me, ꝙ ens aut demonſtrat vnū genus & vnā nām, aut genera diuerſa. & qūocunq; ſit, manifeſtū eſt, ꝙ ſubſtātia eſt prior cęteris. multa enim, q̄ ſunt eiuſdē generis, ſunt priora adinuicē, vt ſunt ſubſtātiæ ſe priores adinuicē. Prioritas enim inuenit' in eodē genere, & in diuerſis generibus, q̄ dicunt' in reſpectu eiuſdē rei, vt dr̄ ens de decē prædicam'tis. ſecundū hoc igit' intelligēdū eſt de hoc, quod dixit, vniuerſum, totū collectū, ſ. indiuiduū, & vl̄e collectum ex ſpeciebus, in quibus inuenitur prioritas & poſteriorias. Themiſtius aūt exponit ſic, dicendo: Totum enim, ſiue fuerit adunatū, ſicut eſt coadunatio membrorum in corpore humano, & partium in corpore plantæ: aut fuerit cōpoſitum ex rebus cōtingentib⁹ ſe adinuicem, ſicut dom⁹ & nauis: aut fuerit cōpoſitū ex rebus ſegregatis, ſicut ciuitas & exercitus: neceſſe eſt vt prima ſuarū partiū ſit ſubſtātia, & ꝙ locus eius ſit de toto, ſicut loc⁹ cordis de corpore animalis. Si autē nō fuerit hmōi, ſed ſicut vnū inuenitur in numero, deinde duo, deīde tria: aut ſicut in figuris rectarum linearum primo inuenit' triangulus, deinde quadratū, etiam ſm hoc ſubſtantia inuenit' prima, deinde quāti, tas, & qualitas. ſubſtātia enim prior eſt iſtis, ſicut vnum alio numero, & triāgulus alijs figuris. hoc igit' dixit Themiſtius in ſua abbreuiatione.

Sed ipſe intellexit de vniuerſo tres modos. aut vniuerſum cōpoſitū ex partibus cōſimilibus adunatis adinuicē: aut cōtingentibus ſe, vt corpa artificialia: aut ſegregatis, vt partes ciuitatis & exercitus. & hęc additio eſt ſuperflua. nullus enim exiſtimat, ꝙ partes entis, q̄ ſunt decē p̄dicamenta, ſint cōtingentes ſe, aut ſegregatæ in loco. Sed ſua expō ad hoc, quod dixit de particula ſecūda, ſ. hoc, qđ dixit: & ſi fuerit ſm ꝙ aliquid conſequit' aliquid, vt numerus, & ſuperficies cōſequunt' ſe adinuicē, eſt mala expoſitio. Prioritas enim in numeris & ſupficiebus eſt in eodē genere: ſed prioritas ſubſtātiæ alijs p̄dicamentis nō eſt in eodē genere, ſed ſicut prioritas rei ad res, q̄ attribuuntur ei. Expoſitio igit' Alexan. in hac particula eſt vera. Sed quærendū eſt, & dicēdū, iā declarauit ſuperius modum, quo ſubſtantia p̄cedit alia p̄dicamenta: ſed tn̄ Ariſto. nō intendebat ponēr iſtos duos modos prioritatis niſi ad cōfirmandū ſuum ſermonē contra aduerſarium: cùm aduerſarius non poſſit ponere, ꝙ ſubſtātia antecedit alia p̄dicamēta niſi his duobus modis, in quibus neceſſe

Seđa expō Alexan.

Auer. ſecū dā' Alexā. ſuſtinet.

Prioritas inuenit' in eodē gn̄e, et in diuerſis gn̄ibus, q̄ dn̄r reſpectu eiuſdem rei.

Expoſitio Themiſtij

Impugnatio Them.

Opinio Auer.

G eſt vt ſubſtantia ſit prior. Et, cùm dixerimus, ꝙ intentio Ariſto. eſt iſta, qũo reputat aliqs ꝙ diſpoſitio ſubſtantiæ cum alijs prædicamentis eſt ſicut diſpõ continui ex partibus con ſimilibus? niſi intelligat ꝙ prioritas rerum hmõi ſit prioritas rerũ, quæ ſunt eiuſdẽ generis. membra enim corporis ſunt in eodem genere: ſed cor antecedit ea. & ſm hoc nulla diſ ferentia eſt inter hanc prioritatem, & prioritatem numerorũ, & ſuperficierum: ſed hoc in continuo, & hoc in diſcreto. Et cùm ita ſit, ſubſtãtia non vr̃ antecedere alia prædicamen

H ta, niſi altero iſtorũ duorum modorum: aut ſicut ea, quæ ſunt in eodẽ genere, ꝓcedunt ſe adinuicẽ apud re putãtes ꝙ hoc nomen ens dr̃ de eis, ſicut numerus de duobus & tribus: aut ſicut res antecedit res, quæ attribuunt ei, & non ſunt in eodẽ genere, vt ſanitas antecedit ſanabilia, & Medicina antecedit res attributas Medicinæ. & iſta cõparatio eſt vera cõparatio. Et eſt intelligẽda ꝓ hoc, quod dixit: Qm̃, ſi hoc totum fuerit quaſi aliquod vniuerſum. i. res, quæ antecedũt ſibi inuicẽ, & ſunt in eodẽ

I genere ſm expoſitionẽ, quã debilitauit Alexan. & accepit Ariſto. in hoc loco vniuerſum loco generis, ne accideret ei dubitatio, q̃ accidit Alex. cùm genus dicatur qnq; vniuoce, & qnq; ſecũdum prius & poſterius. & ideo omiſit hoc nomẽ genus, & accepit vniuerſum in ſuo loco. & ideo, ſi huiuſmodi genus fuerit intellm per vniuerſum, erit vera expoſitio. Themiſtius vero nõ intellexit hunc locum, & trãſmutauit expoſitionem. poſuit enim intẽrionem primę particulæ in ſecunda, & expoſuit primã in modum, quẽ non habet ſubſtantia cum alijs prædicamentis, & dimiſit verã comparationem, quã habet ſubſtantia cum alijs prædicamẽtis. Expoſitio igitur Alexan. eſt, quam nõ compleuit. Themiſtij aũt eſt purus error. Et cauſa in hoc eſt diminutio, quæ accidit in expõne Alexã. Themiſtius enim non abbreuiauit niſi expoſitionem Alexan.

K In quo differt à Themiſtio.

At ſimul (vt ita dicã) nec entia ſunt iſta ſimpliciter, verum qualitates, & motus, quẽadmodum non albũ, & non rectũ. dicimus nanq; hæc quoq; eſſe, veluti eſt non albũ. Præterea, cæterorum

L nullũ ſeparabile eſt. At hoc idẽ opere teſtant̃ Antiquiores, quippe qui principia, elemẽta, & cauſas ſubſtantiæ quærebant.

Et cum hoc non ſunt entia ſimpliciter præter illa, ſed qualitas et motus: quia neq; album neq; rectũ dicitur vere, quòd ſunt entia etiã. ſimiliter inuenitur non album. Et etiam nullum aliorum eſt abſtractum. Antiqui etiam teſtãtur per hoc quòd faciunt. illi enim quærũt

M *elementa, & cauſas ſubſtantiæ.*

· Hæc eſt alia cauſa, pp quã conſy 3 derandum eſt de ſubſtãria tantum. Nullum enim inuenit̃ aliorũ ſimpliciter neq; motus, ſed in ſubſtãtia. v.g. quia qualitas non dicit̃ ens ſimpliciter, neq; motus, ſed dr̃ eſſe qualitas, & eſſe motus. Motus enim eſt motus alicuius, & qualitas eſt qualitas alicuius: ſubſtantia vero non eſt ſubſtantia alicuius. ens igitur principaliter & ſimpliciter eſt ſubſtãtia.

Et, qa aliquis poteſt dicere, ꝙ alia prædicamenta diminuuntur à ſubſtantia

Gen⁹ qñq; dicit̃ vniuoce, & qñq; ſecũdũ pri⁹ & poſterius. Idem. 1. de Aia cõ. 7. & 2. d̃ Aia 30. & 3. de Anima. 4. 4. Met. c. 2. & 5. Meta. com. 4.

A ſtantia tantum, & hoc nomẽ ens dicitur de omnibus, dixit reſpondendo: ſiſr inuenitur non albũ. i. & hoc nomen ens, quamuis dicatur de eis, tñ dicitur ꝙ hoc eſt albũ, & hoc eſt mobile. tamen hoc non dat vt perfecte habeant eſſe: qm̃ hoc etiam dicitur ens in negando eſſe, cùm dixit, ꝙ hoc eſt non album, & non rectũ. Et, cùm dixit, ꝙ ſubſtantia dicitur ens ſimpliciter, & alia prædicamẽta ſecundum comparationẽ, dedit cauſam in hoc, & dixit: Et etiam nullũ aliorum eſt abſtractum. i. & cauſa in hoc eſt, ꝙ ſubſtantia eſt conſtans
Idem. 1. Phy. 14.
B & ens p ſe, & alia ſunt in ſubſtantia.

Deinde dedit teſtimoniũ, & dixit: Antiqui ẽt teſtãtur, &c. i. & Antiqui teſtantur noſtræ opinioni per hoc, quod fecerunt, qñ quærebãt de principijs entium. tunc enim quærebãt elementa, & cauſas ſubſtantiæ.

Recentiores vero vniuerſalia magis ponunt eſſe ſubſtantias. genera nanq; vniuerſalia ſunt, quæ aſſerunt magis principia, atq; ſubſtantias eſſe, propterea ꝙ Logice quęrunt. Antiquiores vero ſingularia, vt ignẽ et terrã,
C non autem corpus commune.

Qui vero modo ſunt, ponunt ſubſtantiam eſſe vniuerſalia. vniuerſalia enim, de quibus dicunt eſſe proprie principia ſubſtantiæ, ſunt genera, quia reputatio eorum fuit ſecundum Logicam. Antiqui vero particularia, vt ignem & terram, ſed non corpus vniuerſale.

4 Cùm narrauit, ꝙ Antiqui quęrebant principia ſubſtantiæ & iã prædixit opiniones eorum de hoc, fecit hic rememorationem de eis, & d. Qui vero modo ſunt. i. iuniores. & intẽdebat Platonẽ, qui opinabatur, ꝙ vſia ſunt ſubſtantiæ, & principia ſubſtãtiæ ſenſibilis. opinabat enim, ꝙ genera ſunt naturæ abſtractæ, & non ſunt exiſtentia in particularibus, ita ꝙ in eis coniungantur. Vniuerſalia enim apud Ariſt. ſunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea cõſimilitudinẽ, & facit ea vnam intentionem. Plato vero ponebat vniuerſalia exiſtẽtia extra animam perſe. Et verificabat ſuam opinionem ex hoc, quòd ſcientiæ & definitiones ſunt de vniuerſalibus. vnde videntur eſſe perfectiora particularibus & priora eis. vniuerſalia enim, cùm non fuerint, non erunt particularia: ſed ecõuerſo non. & ideo ponebat vniuerſalia eſſe principia & formas ſubſtantiæ ſenſibilis ſed deſtructum eſt hoc iã in tractatu * Secundo. Et intendit p Logicam hic cõſyderationem, quæ fit ex propoſitionibus non conuenientibus. Propoſitiones enim falſæ quædam ſunt conuenientes, & quędam non. & vſr qui ſemper eſt in diſputatione multotiens accidit ei videre extranea remota à natura rei.

Deinde dicit: Antiqui vero particularia, vt ignem & terram, ſed non corpus vniuerſale. ideſt Antiqui vero opinabantur, ꝙ corpus particulare eſt principium ſubſtantiæ, vt ignis & terra, & non opinabantur, ꝙ principium eſt corp⁹ vniuerſale, vt Moderni. Et cùm narrauit, ꝙ conſyderatio de principijs entis dat vt conſyderatio ſit de ſubſtantia, & ꝙ prnicipia quærẽdæ ſubſtantiæ nõ ſunt res vniuerſales, incœpit diuidere modos ſubſtantiæ.

D Op. Plato.

Idem. 1. de Aia cõ. 8. & quæ ibi Dita inter Ariſto. & Pla. de vniuerſalib⁹. Fundan ẽ tũ opinionis Pla.

E

Infra in. 18 * a. l. ſeptimo Quid p Logicã.

F Alia opĩo Antiquorũ, de qua 1. Ph. c. 48

Continuatio ad ſequen.

G *Diuiditur substantia in sensibilem & immobilem: illaq; in sempiternam, & corruptibilem. Item ostenditur in sensibilibus substantijs materiam necessariam esse: triaq; ipsarum esse principia.* Cap. 2.

VErũ substantiæ tres sunt. Vna sensibilis: cuius quędam sempiterna, quædã corruptibilis, quã omnes concedunt, veluti plãtæ, & animalia. Sempiterna vero, cuius elementa, siue vnũ, siue multa sint, accipere necesse est. Alia immobilis,
H quã aliqui separabilẽ aiunt esse, quidã in duo diuidentes, quidã in vnam ponẽtes naturam tam formas q̃ mathematica, quidã ex his mathematica solum.

Mul. cõ. nõ habẽt hæc ẏba. Sẽpiterna ẏo, Has ẽt duas scripturas vidit Auer. ex Alexã.

Substantiæ aũt sunt tres. Quarum vna est sensibilis. & istius quædam est æterna, & quædam corruptibilis, quam oẽs concedunt, vt plantæ, & animalia. cuius elementa necesse ẽ accipere, aut vnũ, aut plura. Alia autem est immobilis. & ideo dicunt quidam, quòd
I *est abstracta, & quidã eorũ diuidunt eam in duo, & quidam eorũ posuerũt formas mathematicas in eadem natura, & quidam mathematicas tantum ex istis.*

5 Dicit, q̃ substantiæ sunt tres, sensibilis, & insensibilis. sensibilis autẽ diuidit in duo, in substantiã ęternã, quod est corp⁹ quintũ, & in substantiam generabilem & corruptibilẽ, quã oẽs concedunt, vt plantæ & animalia. & dixit: cuius elementa necesse est accipere. Alexã. dixit sup hoc, q̃ non est intelligenda ex hoc substantia generabilis & corruptibilis, sed vtraq; generabilis & non generabilis. Et Alexan. dixit, demõstrare enim prĩcipia entiũ, quæ sint, est primi Philosophi: & q̃ istis vtit Naturalis, est quia non declarat ea, sed quia ponit ea. Substantia enim immobilis est principiũ & causa rerũ naturalium, de quo modo loquitur principaliter: illa aũt alia principia sunt tm̃ Naturalis, i. ad declarandũ quæ sunt. dixit & hoc, quod dixit, positq̃ dixit substantiã sensibilẽ generabilem & corruptibilem, s. cum
L dixit, cuius elementa necesse est accipere. ita inuenit in vna scriptura. & expõ est, sicut diximus. Et in alia scriptura inuenit sic: Et hoc est ętternum, cuius elemẽta necesse est accipere, &c. D. Alexan. & expõ est sm̃ hanc literam, & necesse est accipere principia, & elemẽta substãtię ęternæ. Causa enim prima, de qua ĩ hac arte loquimur, est cã & principium corpis diuini. & dixit. sed prima scrĩptura ẽ melior: qm̃ iã posuit, q̃ suæ intẽtio est loqui de elemẽtis sensibilis substãtię, in qua sunt res generabiles ẽt: & ipse ita faciet. qm̃ pertransibit de cõsideratione in istis rebus ad
M formas abstractas. Hęc sunt verba Alexan. Sed habẽt qõnem. Cùm. n. dixit, q̃ demõstrare principia entiũ est primi Philosophi nõ naturalis: & q̃ Nãlis ponit ea positione, &c. si intẽdebat, q̃ principia entiũ, de quibus Philosophus cõsyderat, & quæ Nãlis concedit esse, sunt principia substantiæ sensibilis æternæ, q̃ sunt subã abstracta, & q̃ prĩcipia, de quibus cõsyderat Natutalis, declarãdo ea esse, sunt principia generabilis & corruptibilis, erit sermo nõ rectus.

K. Alexan. et positio sup illo verbo, cui⁹ elementa est accipere.

Auer. perscrutatio circa Alex. expõnem.

Substãtia

A Subſtantia enim æterna declarata eſt in nālibus in fine Octaui Phyſi. ſicut declarata ſunt principia ſubſtā tiæ generabilis & corruptibilis ī Primo iſtius libri. Quomodo igitur dicit, ꝙ naturalis ponit hāc poſitionē, cū impoſſ ſit vt declaret niſi in naturalibus? & qūo eſt rectū dicere, ꝙ Naturalis nō declarat niſi principia ſubſtantię generabilis & corruptibilis, cū non ſolummodo conſyderet de ſubſtātia generabili & corruptibili, ſed ét de non generabili & non corruptibili? conſyderat.n. de ente mobili ſiue generabili ſiue non. ſm igitur hunc intellectū iſte

B ſermo eſt falſus. Si igitur aliquis dixerit ꝙ dictū eſt in Logica, ꝙ nulla ſcīa habet ꝓbare ſua principia: ſed ſubiectum ſcię Naturalis eſt corpus mobile, & eius principiū eſt ſubſtātia abſtracta. Dicemus, ꝙ hoc verū eſt. ſed illud, qđ dictum eſt in Logica, eſt ꝙ nulla facultas habet probare ſua principia, ſ. ꝓp quid. qm̄ hoc non fit, niſi per principia illorum principiorū, & per principia principiorū generis, cū illa principia habuerint principia. Sūt igit alterius generis neceſſario ſuperioris illo. Ille.n. qui cōſyderat de illis principijs, habet conſyderare de hoc. & iō facultas inferior non habet cōſyderare principia ſui generis ſm ſimplicem demſonē: ſm vero demſones, quæ vocant ſigna, poſſibile eſt. & iō principia ſubiecti Naturalis nō demonſtrant niſi per res poſteriores in ſcīa Naturali. Et ideo impoſſibile eſt declarare aliquid abſtractum eſſe, niſi ex motu. & oēs viæ, q̄ reputant eſſe ducentes ad primū motorē eſſe præter viā motus æqualiter, ſunt inſufficientes. &, ſi eſſent verę, eſſent numeratę in prima Philoſophia. prima.n. principia impoſſibile eſt vt demonſtrent. Iſte.n. ſermo Alexan. non eſt intelligendus ſecundū ſuū intentum. Et tū Auic. reputauit hunc ſermonē eſſe verum, ſ. ꝙ nulla facultas habet probare ſua principia. Et Auic. hoc abſolute dixit, ꝙ primꝰ Philoſophus habet declarare prīa principia ſenſibilis ſubſtantię ſiue æternæ, ſiue nō: & Naturalis ponit poſitione naturā eſſe: & ꝙ primus Philoſophus demonſtrat eā eſſe, et nō diſtīxit inter duas ſubſtātias. Si igit aliquis dixerit, ꝙ

E Philoſophus conſyderat de principijs entis, in eo ꝙ eſt ens: ergo cōſyderat de principijs ſubſtātiæ ſicut dictū fuit in principio iſtius tractatus: & principia ſubſtātię ſunt principia naturalis ſubiecti. Diuinus igitur hēt probare principia naturalis ſubiecti: & Naturalis ponere ea poſitiōe. Et dicemus nos quidē, ꝙ Philoſophus inquirit quę ſunt prīcipia ſubſtantię ſm ꝙ ſubſtantię, & declarat, ꝙ ſubſtātia abſtracta eſt principium ſubſtantiæ naturalis: ſed hoc ponēdo accepit pro conſtanti, hoc qđ declaratū eſt in naturalibus de

F principijs ſubſtantiæ generabilis & corruptibilis, ſ. quod declaratū eſt ī prīo Phyſi. ſ. qđ eſt cōpoſitū ex materia & forma: & qđ declaratum eſt in Octauo, ſ qđ eſt cōpoſitū ex materia & forma: & qđ declaratū eſt ī Octauo. ſ. ꝙ mouēs ęternā ſubſtantiā eſt abſtractū à materia. † D. declarauit, ꝙ principia ſubſtātię generabilis & corruptibilis ſunt ſubſtantię iſtorū, & ꝙ ſubſtantię iſtorū nō ſunt vſia, neq; vnū, & vſr neq; formę, neq; mathematica. * & hoc, qđ declarauit in tractatu 2. & 3. declarat

D

Error Auic. de quo ét Viđ. 1. Ph. c. vlti. & 2 Phy. cō 22. 26. & 8. Ph. cō 3.

Obiectio bona, q. dī quīn ꝓbat principia Naturalia. Nota, qūo Dium ꝓbat principia ſcię nāls. ꝙ quo vide ét. 4. Me. c. 1. & 1. Me. c. 11. & 18. &. ~. Me. 5. 9. &. 39. & 6. M. cō. 1. &. 8. Me. c. 4. & hīc cō. 1. & 1ſtra c. 6. & 2. Ph. 4. & 21. Octauo Ph. 78. & 79. † Prīo Me. de numeris a 19. ad 25. & a 25. vſq; 1 fin. de formis. *Scdo Me. 4. et 5. et 7. Me. 2. 7. &. 15. mouet qōnes.

Obiectio ꝙ Nālis ſi pōt demōſtrare ſubſtātias abſtractas eē. Soluto. Nulla ſcīa hēt ꝓbare ſua prīcipia demōſtrone pp qd. Idē 2. Phy. c. 26. 21. & 1. Ph. c. vlt. & 2. đ Aſa 17.

Impoſſe ē demōſtrare aliqđ abſtractū eē, niſi via motus.

G rat ẽt in hoc tractatu, ꝙ principium primæ ſubſtãtię abſtractę etiam eſt ſubſtãtia, & forma, & finis, & quod mouet vtroq; modo. & hoc intẽdit primo declarare ĩ hoc tractatu. Sed, quia modus conſyderandi in hac ſcĩa eſt de principijs ſubſtantiæ, in eo ꝙ eſt ſubſtantia, ſiue æterna ſiue nõ, incœpit declarare in hoc tractatu de principijs ſubſtãtię nõ ęterne, & fecit rememorationẽ de hoc, quod declaratum eſt ex eis in naturalibus, & in ꝓcedentibus tractatibus. Deinde poſt hoc incœpit declarare principia æternę ſubſtantię, & poſuit ẽt hoc, quod declaratũ eſt
H in naturalibus, & conſyderauit de eis conſyderatione ꝓpria huic ſcĩę. v. g. ꝙ eſt ſubſtantia & prima forma, & ꝙ eſt principium & finis. D. conſyderat de hac ſubſtãtia immobili, vtrum ſit vna, aut plures, & ſi plures vtrum reducãtur ad vnum, & quomodo ordinantur ab eo. Sic igitur intelligenda eſt communica

cõicatio ſcię Nãlis & Diuinę. tio iſtarum duarum ſcientiarũ in conſyderatiõe de principijs ſubſtãtiæ, ſ. ꝙ Naturalis declarat ea eẽ ſm ꝙ ſunt principia ſubſtantiæ mobilis. Philoſophus autem conſyderat
I de eis ſm ꝙ ſunt principia ſubſtãtię in eo qđ eſt ſubſtantia, nõ ſubſtantia mobilis. & etiã Philoſophus declarat abſtractũ eſſe, quod eſt principiũ ſubſtãtię ſenſibilis: ſed poſtq̃

Cloſat verba Alexã. accepit pro conceſſo à Naturali huiuſmodi eſſe ſubſtantiam. Et forte hunc modũ intendebat Alex. dicere, cũ dixit, ꝙ Philoſophus cõſyderat quæ principia ſubſtãtię æternę: ſed hac via conſyderationis nõ indiget Naturalis, neq; neceſſe eſt ei ponere ipſum. & forte etiam intendebat dicere, ꝙ Naturalis conſyderat quæ ſunt principia ſubſtantię ge K
nerabilis & corruptibilis ſm modũ proprium ei, ſ. per principia propin qua. & hæc ſcientia conſyderat de multis principijs, cum declarat, ꝙ ſubſtantia immobilis eſt principiũ ſubſtantiæ mobilis. & hoc eſt intelligendũ de hoc ſermone. & ſic non erit dubitabilis. & hoc fecit Auicẽ. errare. Quod aũt Alexan. dicit, ꝙ ptima ſcriptura eſt melior ſecũda, forte eſt econuerſo. quia hęc eſt ſua prima intentio in hoc tractatu. Et, cũ poſuit tres ſubſtantias eſſe, & ꝙ vna eatum eſt abſtracta, induxit teſtimonium, & dixit: & ideo dicunt L
quidam, ꝙ eſt abſtracta, &c. i. quia opinabantur, ſicut nos. Erquia iſtorum hominum quidam diuidunt hoc abſtractum in duo, & quidã reducunt hæc duo in vnum, & quidã ponunt tantum vnum, d. & quidam eorum diuidũt ipſam in duo, & quidam ponunt formas mathematicas tantum ex iſtis. i. quòd hęc ſubſtantia quidam ponunt eam duplicis naturæ, ſcilicet formas, & mathematica, quæ ponunt inter formas abſtractas & ſubſtãtias ſenſibiles. & quidã ponunt formas & mathematica vnam naturam. & qui- M
dam ponunt ſubſtantiam abſtractã ſola mathematica, & nõ dicunt formas eſſe. Et primus ſermo eſt Platonis. Secundus autem, vt dixit: Alexan. eſt alterius, & ſecundum expoſitionem quorundam diſcipulorum Platonis eſt Platonis. Tertius eſt Pythagorę, & aliorum: quãuis variet de iſtis, qui non dicunt numerum eſſe abſtractum. & in tractatu ſequenti cum iſtis loquitur de hac ſubſtantia.

Illæ

A Illæ itaq; Naturalis. cum motu nanq; ſunt. iſta autem alterius eſt, ſi nullum eis commune principium eſt. Senſibilis vero ſubſtantia mutabilis eſt. Si itaq; ex oppoſitis, aut mediꝭ mutatio ſit, oppoſitis vero nõ oĩbus (non album enim ipſa vox, verum ex contrario) neceſſe eſt aliquid ſubeſſe, quod in contrarietatem mutetur. non.n. cõtraria tranſmutantur. Prꝛterea hoc qdem permanet, contrariũ vero non ꝓmanet. eſt igitur aliq̃d ter
B tiũ ꝓter cõtraria, ipſa materia.

Et ſermo de iſtis modis duobus eſt Naturalis. iſta enim ſunt cum motu. & iſta alterius eſt, cũ non habeant neq; vnum principiũ commune. Subſtantia autem ſenſibilis eſt tranſmutabilis. Si igitur tranſmutatio eſt ex oppoſitis in ſitu, aut ex medio, non eſt ex omnibus oppoſitis in ſitu (vox enim non album, ſed econtrario) neceſſe eſſe vt ſubiectum ſit ei, quod tranſmutatur ad contrarietatem. con-
C *traria enim non tranſmutantur. Amplius hic permanet, contrarium autem non permanet. materia enim tertia eſt à contrarijs.*

6 Dixit Alex. Et, cùm locutus fuit de ſubſtantia mobili, d. ꝙ Naturalis debet loqui de iſtis duabus ſubſtantijs, ſ. ęterna & corruptibili. Conſyderatio enim Naturalis eſt de ſubſtãtijs mobilibus, ſm ꝙ accipit principia iſtorũ à primo Philoſopho: ſubſtantia aũt imobilis eſt propria pri mę Philoſophię. Alexan. autẽ in hoc loco aperte vĩ dicere, ꝙ Naturalis conſyderat de ſubſtantia mobili, quærendo principia eius à Philoſopho, & ꝙ Philoſoph⁹ declarat hęc principia eſſe. ſed iã declarauimus, ꝙ iſte ſermo nõ eſt verus: & ꝙ Naturalis conſyderat de ſubſtãtia mobili, quærendo principia eius, pueniẽdo à poſterioribus ad priora, vt declaratũ eſt illic. D. d. iſta. n. ſunt cũ motu. i. & cõſyderatio de ſubſtãtia mobili eſt alterius ſcĩę, ſ. iſti⁹. et cã in hoc eſt, quia illæ duę ſubſtãtię ſunt mobiles, hæc autem eſt alia ab eis & immobilis, cùm mobile & immobile nõ habeant principium ſibi cõe. D. d. Subſtantia aũt ſenſibilis, &c. Alex. i. cũ dixit, ꝙ ſermo de ſubſtantia ſenſibili ẽ Nãlis, cũ ſit in motu, & iã prędixit, ꝙ neceſſe eſt accipere elementa ſubſtantiæ ſenſibilis, ſi vnũ, & ſi plura. Cõſyderatio. n. ĩ hoc & in inueniẽdo principia naturaliũ eſt primi Philoſophi. & ideo incœpit ſuũ ſermonem in hoc, & declarauit quę ſunt elementa naturali ſubſtantię. & ad hoc accepit propoſitionẽ manifeſtam, ſ. ꝙ omnis ſenſibilis ſubſtantia eſt tranſmutabilis. Omnis enim hmõi ſubſtantia, aut eſt tranſmutabilis in loco tantũ, vt ſubſtantia æterna: aut in qualitate & magnitudine: aut in ſubſtantia, vt in generatione. D. coniungit ei aliã propõnẽ manifeſtã, & eſt, ꝙ illud, quod tranſmutatur, ex contrario, aut ex medio inter contraria tranſmutat: ſed ea, q̃ ſunt inter contraria, non dicunt eſſe contraria: media. n. ex quibus fit tranſmutatio ad extrema, non ſimplr ſunt contraria ex extremis: vnde vĩ nõ ex contrarijs. quomodo autẽ tranſmutatio, quæ

D Mobile, & imobile ſ. hũt principiũ cõe. v. de 10. Met. t. c. vl. & 1. cœ. c. 5.

E

F 5. Ph. 5. & 1. Ph. 4. 43. 1. col. 20. 1. de Gene. 50. 10. Met. 23. & 2. de Aia. 44.

6 Sn̄ia Alex. de cõſyderatiõe Nãlis circa principia nãlium.

G quæ eſt in iſtis, & ex iſtis, ẽt eſt ex cõtrarijs: quia illa, q̃ ſunt inter cõtraria, fiunt ex mixtione contrariorũ: in tractatu decimo declararũ eſt. Et cũ d. ꝙ tranſmutatio, quæ eſt inter cõtraria, d. & accepit in hoc loco oppoſita loco contrariorũ, & ponit, ꝙ oĩs tranſmutatio fit ex cõtrarijs, aut ex medijs, quę ſunt inter contraria. D. d. vox. n. non eſt alba, ſed ecõtrario. Alex. i. q̃is poſſumus dicere, ꝙ vox non eſt alba, tñ non pp hoc fit album ex voce, qa vox nõ eſt albũ. oportet. n. ꝙ illud, qđ tranſmutat, fiat contrarium ei, ex quo tranſmutat. D. Alexan. forte non intendebat hoc. ſed cũ dixit vſr, ꝙ trãſmutatio fit ex oppoſitis & ex medijs: oppoſita aũt multipliciter dicũtur: declarauit, ꝙ trãſmutationes non fiũt ex quibuslibet oppoſitis. Qm̃ bene poſſumus dicere, ꝙ vox oppoſita eſt alba, cum dicendũ ſit, ꝙ vox nõ eſt albũ: ſed tñ non pp hoc eſt dicendũ, ꝙ album fit ex voce, & ꝙ vox tranſmutatur in album. non. n. ex omnibus, de quibus dicitur non albũ, fit album: qm̃ non ex omnibus oppoſitis fit tranſmutatio, ſed ex contrarijs Et, cũm declarauit, ꝙ neceſſe ẽ I in oĩbus naturalibus, vt in principijs ſit aliqua contrarietas, cõiungit hoc, ꝙ neceſſe eſt, vt in oĩbus tranſmutabilibus ſit aliqđ ſubiectum, qđ tranſmutetur ad contrarietatẽ, qua fit tranſmutatio: & ꝙ in aliqua hora ſit in aliqua parte eius, & in alia hora in alia parte. Impoſſibile. n. ẽ, vt contraria recipiant ſua contraria permanentibus illis. & hoc iam declaratũ eſt in primo Phy. & coniungit ẽt hoc, qđ declaratum eſt in illis tractatibus, ꝙ illud, quod tranſmutat, cũ tranſmutatur, permanet: cõtraria aũt, ex quibus tranſmutatio fit, non permanent. & ex hoc apparet, ꝙ neceſſe eſt in omnibus tranſmutationibus vt ſit rerrium permanens aliud à contrarijs. hęc ſunt verba Alex. & eſt pfecta expoſitio. Sed hoc, qđ d. ꝙ cõſyderatio ĩ hoc, & in inueniendo principia naturali ũ eſt Philoſophi, non eſt intelligendum ſm ſuũ modũ, ſ. ꝙ demõſtrare principia naturalis ſubſtãtię eſſe eſt primi Philoſophi. ſed e contrario. Naturalis. n. haber dare cauſas mobilis ſubſtantię materiales & mouentes: formales aurẽ & finales non põt. ſed Philoſophus dat eas demõſtrando, ꝙ primũ mouẽs, qđ iã declaratũ eſt eſſe in ſcĩa Naturali, eſt principium ſubſtantię ſenſibilis ſm formã & finem. Secundũ igitur hunc modum quærit Philoſophus elemẽta ſubſtãtię ſenſibilis, i. elementa entis, in eo ꝙ ẽ ens. Declarat igitur in hac ſcĩa, ꝙ ens non materiale, qđ iam declarum eſt eſſe mouens ſubſtãtiam ſenſibilẽ, eſt ſubſtantia antecedens ſubſtantiã ſenſibilẽ: & ꝙ eſt principiũ eius ſm formã & finẽ. Secundũ hoc igit intelligendũ eſt, ꝙ Philoſophus q̃rit de principijs ſubſtãtiæ naturalis, ſ. de prima forma & fine. de cauſa aũt mouente & materiali eſt Naturalis. Et in hac ſcĩa ponit has duas cauſas eſſe principiũ perſcrutationis de duabus alijs cauſis. Et ideo incœpit ponere has duas cauſas, & primo materialẽ, & declarat illam per propoſitiones illas ealdẽ, quibus vſus fuit ĩ ſcĩa Natutali. Et ideo vſ, ꝙ hæc conſyderatio nõ eſt propria huiꝙ ſcĩæ, ſed eſt pars ſcĩæ Naturalis. ſed, quia vicinę ſunt hę duę conſyderationes, & neceſſe eſt vna earũ vti in altera quaſi principio, fecit reme-

10. Met. c. 23.

H Alia expõ Alex. quare d. ex oppoſitis.

I

1. Ph. 10. et 52. & 53. & 1. Phyſ. 59. Digreſſio ſ qua inqrit quaſr diui

K n⁹ cõſideraret principia ſenſibilis ſubę: & quaſr expõ Alex. verificari pt. Nãlis hẽt dare cás mobilis ſubæ mãles & mouẽtes formales ãt et finales nõ põt. Oppoſitũ. 2. Ph. t. L. c. 70. Vide contra 21.

M

A rememorationem de hoc, qđ declaratũ est in scīa Naturali. Sed tñ hic magis generaliter pscruta℈ q̃ in naturalibus. v. g. ꝙ, cũ declarat ꝙ principia substantię sensibilis est materia & forma, quærit vtrũ principia substantię sint principia aliorũ p̃dicamentorũ aut non. & sicut pscrutatus est in p̃dictis tractatibus de forma, vtrũ sit substantia aut nõ, & de vn̄i & particulari, & ideo fecit rememorationẽ in hoc loco de eo, qđ declaratum est de principijs substãtiæ sensibilis in Scīa Naturali, & in tractatibus prædictis istius scīę. Istę autem duę scīæ vicinæ sunt, s. scīa, quæ cõsyderat de prīcipijs substãtię mobilis in eo ꝙ est mobilis, & quę consyderat de eis in eo ꝙ substantiæ. & iõ pose est vti his propõnibus magis generalibus q̃ in scīa Naturali, non in eo ꝙ est substantia simplici ter. Et sm hoc verificabitur sermo Alex. cũ d. ꝙ consyderatio Naturalis est de substantijs, quę sunt in motu, sm ꝙ accidit principia istorum à primo Philosopho, s. ꝙ intelligenda sunt ex hoc causa formalis & finalis, nõ materialis & mouens, q̃uis sint vna sm subiectũ. Et similiter verificabitur sermo eius prędictus, cũ d. ꝙ demõstrare principia entium est primi Philosophi, & ꝙ Naturalis ponit ea positione, s. ꝙ intelligẽda est cã formalis & finalis, nõ mouens & materialis. Et similiter verificabitur ẽt sermo eius, cùm d. illa aũt alia principia sunt Naturalis tãtum, cũ fuerint ītellecta ex istis hęc duo tñ principia, s. materia prima & primũ mouens. Et cecidit dubitatio in hoc, ꝙ principiũ formale, & finale, & mouens non sunt tria numero, sed vnũ in subiecto & tria in ratione. sm aũt ꝙ est mouens, declaratur esse in Scīa Naturali, & ꝙ nõ est in materia: & sm ꝙ cõcedit hęc scīa ꝙ hoc mouens non est in materia, declarat ꝙ est forma & finis istius sensibilis substantię, non in eò ꝙ est sensibilis, sed in eò ꝙ est ens. sm igitur hoc est intelligẽdũ ꝙ principia vtriusq; scīę sunt diuersa in mõtantum, non in esse. & ideo sermo Ale. est valde dubitabilis, nisi determinetur sic. Ex quo errauit Auic. sicut dixit. & oportebat Alex. si hoc intẽdebat, sicut est famosus in hac scīa, distinguere & determinare hoc. Et ideo videmus Themistium dimittere hanc intentionẽ vniuersaliter. D E

Si itaq; transmutatiões sunt quatuor, aut sm ipsum quid, aut sm quale, aut quantum, aut vbi: ac generatio simplex et corruptio, quę sm qđ quid fit, augmentatio & diminutio, quę sm quantũ, alteratio, quæ sm passionem, latio vero, quæ sm locum: profecto in contrarietates quæ sm singulum mutationes erunt. necesse est igitur mutari materiam, quæ ambo possit. F

Si igitur transmutationes sunt quatuor, aut in quid, aut in quale, aut in quantum, aut in vbi: generatio aũt simpliciter ẽ in hoc, augmentum vero in quantum, alteratio autem in passiones, translatio autẽ in locum: videtur quòd trãsmutationes non inueniantur, nisi in eis, quæ sunt in vnoquoque. & necesse est vt materia transmutetur, quia potest vtrunque.

Cùm

Quo expõ Ale. ꝓt hīc veritatem.

Cã formalis, & finalis, & mouẽs sũt idẽ subto. Idẽ 10. Me. c. 7

G Cùm declarauit, ꝙ tranſmutatio
7 fit ex contrarijs, aut ex his, quæ ſunt inter contraria, quæ ét ſunt contraria, & declarauit, ꝙ contraria habét tertium ſubiectum, & eſt materia coniuncti, vult declarare quot ſunt modi cõtrarietatis, qui ſunt in trãſmutationibus, & d. Si tranſmutationes ſunt quatuor, aut in ſubſtantia, & dicit generatio et corruptio ſimpliciter: aut in qualitate paſſiua, & dr̃ alteratio: aut in quantitate, & dicitur augmẽtum & diminutio: aut in vbi, & dicitur translatio, neceſſe eſt vt omne, qd̃ tranſmutatur, trãſ-
H mutetur ex contrarijs, quæ ſunt in vnoquoq; iſtorum modorum quatuor. Et iam declaratũ eſt in Quin-
5. Phy.10. to Phyſi. qui ſunt modi diuerſitatis inter has tranſmutationes, & diuerſitatem quę eſt inter hæc contraria. Cõtrarietas autem in ſubſtantia eſt forma & priuatio: in qualitate autẽ, vt calor & frigus in tactu, & dulce & amarum in guſtu, & albũ & nigrũ in viſu. & omnia iſta reducuntur ad ſenſum tactus, vt declaratũ ẽ
2.de Gene. 6. &7. in libro Peri Gene. ī quãtitate augmentũ & diminutio. Et, cũ poſuit, ꝙ hæc quatuor ſunt modi tranſmu-
I tationum, d. & neceſſe eſt vt materia tranſmutetur, quia põt vtrunq; .i. &, ſi neceſſe eſt, ſicut declaratum eſt, vnumquodq; iſtorum contra-
2.l.mãm. riorum habere naturam, ſup quã ſuccedunt ſibi contraria, neceſſe eſt vt non ſit materia niſi ſm ꝙ recipit vtrunque contrariorum, non quia habet alterũ contrariorum, in ſubſtantia ſua: & vt non ſit materia, niſi quia tranſmutatur ex econtrario in contrarium illo permanẽte.
Ph.50.& & totum hoc perfecte declaratum eſt in Phyſicis.

Cùm autem duplex ſit ens, K
omne mutatur ex potentia ente in actu ens, vt ex potentia albo in actu albũ. eodẽ aũt modo & de augmentatione & diminutione. Quare non ſolum per accidens ex non ente fieri contingit, ſed etiã ex ente omnia fiunt: verum potentia quidem ente, actu vero ex non ente.

Et, quia ens eſt duobus modis, omne tranſmutabile tranſmutatur ex eo, quod eſt ens in potentia, ad illud, quod eſt ens in actu. v.g. L *ex albo in potentia ad album in actu. & ſimiliter in generatione & corruptione. Ergo non tantum eſt poßibile vt ſit accidentaliter ex non ente, ſed ex ente, ideſt vt ſint omnia ex ente in potentia, & non ente in actu.*

Cùm declarauit, ꝙ principia ſunt 8
ſubſtantiæ contrariorum, vult declarare cuiuſmodi eſſe ſit eſſe materiæ: & præponit huic ꝙ ens diuiditur in potentiã & actũ in oĩbus p̃dicamentis & Alex. dixit ꝙ hoc declaratum eſt in tractatu Nono, in quo M
loquit de potentia, & actu. & intẽdebat p hoc, ꝙ in tractatu demõſtrat potentiã eſſe p̃cedentẽ ad actũ, & d. impoſſibilia cõtingẽtia ad negãtes potẽtiã eẽ, & ponẽtes eã cũ actu. & hoc nõ fecit in illo tractatu, niſi ad confirmandũ. potentiã. n. eſſe nõ indiget demſone. Et, cũ poſuit, ꝙ inueni ens duobus modis, aut potentia, aut in actu: d. ꝙ trãſmutatio eſt ex ente ī potẽtia ad ens in actu in oĩ ſpẽ tranſmutatiõis. v.g. ꝙ trãſmutatio

Potẽtiã eé nõ idiget demſoné.

A tio ad albū eſt ex albo in potẽtia ad albū in actu : & trāſmutatio ad hāc ſubſtantiā eſt ex illa ſubſtātia in potentia: & ſi ſit corruptū eſt ex illo, qđ eſt in potentia corruptū. & hoc intendebat, cùm dixit: & ſimiliter in generatione & corruptione. & intẽdebat, ꝙ oẽ trāſmutabile fit ex illo, qđ eſt in potentia in illo mō prædicamenti. Et, quia hoc ignorauerūt Antiqui errauerunt in generatiõe, & dixerunt, ꝙ nulla generatio eſt oīno, ſed entia fuerunt præcedẽtia in eſſe in actu, ſed reputatur ꝓp ſenſum eſſe generata, & nō ſunt in rei

B veritate, ſed exeũt a binuicẽ. & vnus eorum, qui hoc opinati ſunt, eſt ſicut Anaxa. & mouit eos ad hoc credendū, ꝙ ens non fit ex non ente. non eſſe. n. non transferẽt in eẽ, neq; ẽt ex ente: quia illud, qđ fit, tũc eẽt prius ens, q̃ eſſet. Et, cũ poſuit ꝙ generatio fit ex ente in potentia, vt declaratum eſt in primo Phy. d. Ergo non tm̃ poſſibile eſt, &c. & inuit p hoc modum, quo diſſoluit qõnem dictam in Primo Phy. de generatione. Dictum eſt n. illic ꝙ, ſi generatio eſt, aut eſt ex non eſſe, aut ex eẽ. ſi ex nõ eſſe, ergo non eſſe transferẽt in eſſe. ſi ex eſſe, contingit vt ſit ens,

C antequam ſit, & diſſoluit hanc qõnẽ in illo tractatu, dicendo ꝙ generatio fit ex non ente accidentaliter, quia eſt ex ente potentialiter, ſ. materia, cui accidit priuatio, q̃ eſt non ens ſimpl̃r: & ẽt eſt ex non ente in actu accidentaliter. accidit. n. materiæ, ex qua eſt generatio eſſentialiter, ꝙ fuit nõ ens in actu & ens ī potẽtia. Facit igit̃ hic reniemorationẽ de eo, qđ declaratum eſt illic, ꝙ generabile non generatur ex ente accidentaliter, ſed ẽt eſſẽtialiter, ſ. ex ente in potẽtia. i. ꝙ non ſufficit dicẽ

D ti in ſolutione iſtius qõnis ꝙ generabile impoſſibile eſt ꝙ generẽt ex non eſſe, dicere ꝙ generatur ex nõ eſſe eſſentialiter, ſed accidentaliter: ſed oportet ẽt dicere ei cũ hoc ꝙ generatur ex ente eſſentialiter, ſ. ex ente in potẽtia. Et Alex. dixit, ꝙ non compleuit ſermonẽ in hoc loco de materia, quoniam trāſmiſit nos ad Phyſicam. Et hoc demonſtrat ipſum videre ꝙ ſermo in probando primam materiam eſſe eſt naturalis, econtrario Auicen.

Et hoc eſt Anaxagoræ vnũ. E melius nanq; ꝗ cuncta ſimul, & ꝗ miſtura Empedoclis, ac Anaximandri. &, vt Democritus quoq; ait, ſimul omnia potentia erant, actu vero minime. Quare materiam tetigerunt.

Et hoc eſt vnum, quod Anaxagoras ignorauit. & eſt melius quã quod omnia ſint inſimul. et eſt ẽt miſtio Empedoclis, et hoc Anaximandri. & ſicut dicit Democritus, omnia fuerunt nobis in potentia, in actu aut em non, quouſq; in- F *ueniantur admiſtæ cum materia.*

Vult declarare, ꝙ oẽs Antiqui, cũ 9 voluerunt diſſoluere illam quęſtionem de generatione, ſpeculabantur naturam materiæ debiliter, & non potuerunt ſcire veritatem illius materię: ſed tm̃ oẽs intendebat, quaſi veritas induceret eos ad illam. Et dixit: & hoc eſt vnum, &cę ideſt, & iſtam naturam, quæ declarata eſt eſſe, reputabat Anaxag. eſſe miſturam ſuam. Materia enim aſſimilatur miſtioni: quia res admiſtę propinquæ

1. Phy. 71. mouet qõ ſoluit aũt ibidẽ. t. 74 & 75.

Priuatio ẽ nõ ens ſimpl̃r Vide t. Ph. 78.

Cõtra Aui. Vide ẽt. c. vlt. 1. Ph. & 22. 2. Ph.

Vid. 1. Ph. 33.

G p̃inquæ ſunt vt ſint in potentia, ſed tñ inſimul ſunt in actu. & ideo d. & eſt meliùs q̃ ꝙ oĩa ſint inſimul. i. & ponere, ꝙ materia ẽ in potentia omnia in diſſolutione illius quęſtionis melius eſt q̃ dicere, ꝙ oĩa exiſtunt in actu in miſtione inſimul. Nõ. n. poteſt euadere p poſitionẽ mixtionis ex hoc, ꝙ generatio fit ex ente in actu: & ſic remanet q̃ſtio deſtruẽs generationem. D.d & eſt ẽt miſtio Empe. i. & iſta materia eſt, quã Empe. inſpiciebat, cùm poſuit, ꝙ mundus eſt admiſtus aliqñ per amicitiã: & aliqñ ſegregatus p litem. D.d. &
H hoc Anaximandri. i. & qđ ponebat iſte hõ, habet aliquam ſimilitudinem cũ materia. Ponebat. n. ꝙ elemẽtũ omnium rerũ eſt infinitum, & medium inter aerem & ignẽ, aut inter aquã & aerem, ſicut alius faciebat. iſti. n. inſpiciebant potentiã exiſtentem in materia. & iõ poſuerũt ipſum medium inter ea, quæ ſunt entia in actu. & inſpiciebant etiã naturã materiæ, cùm poſuerũt ipſum infinitum, ne generatio ſecetur. eſſe enim eius in potentia omnia eſt cã, propter quã generatio non abſcinditur. D.d. ſicut dixit Democr. om-
I nia fuerũt nobis in potẽtia, in actu autem non. i & de propinquioribus iſtis in aſpiciendo materiã fuit Democritus, cùm d. partes eſſe indiuiſibiles, quę ſunt apud ipſum elemẽtum omniũ d. n. ꝙ iſtę fuerũt in potentia omnia, antequã conglutinarentur ad inuicẽ, & ꝙ nunquã fuerunt in actu. D. Alex. & forte iſte ſermo, quem d. oĩa fuerũt nobis in potentia, in actu aũt non, eſt totus Democriti: ſed ſermo Democriti eſt, omnia fuerunt nobis in potentia, i. æterna, quia aſſimilantur materię

e ppin-
onbus in
ſpiciẽdo
nãm fuit
Demo. op-
poſitũ. 1.
Ph. c. 79. d
Plat. Vide
3. Zim.

in hac intentiõe, & erit ſermo eius, K
oĩa ſunt in potentia, in actu autem non prius Ariſt. & quia correxit ſermonem Democriti, dicẽdo & Democ. quaſi d ꝙ partes indiuiſibiles ſemper fuerunt æternæ, bene inſpexit naturã materiæ: & maxime eſſe eius in potentia omnia facta ex eis, non in actu. D.d. quouſq; inuenian tur admiſtæ cum materia. i. & natura veritatis ĩduxit omnes antiquos vicinari materię. Et d. hoc, quaſi ꝙ fuit teſtimonium ſuper hoc, quod probauit de materia. Nullus. n. ſciuit materiam in rei veritate ante ip ſum, ſed inſpiciebant ipſam à lõge.

Nullus ſci uit mãm añ Ariſt. ſ; L ĩſpiciebãt eã à longe Idẽ. 1. Phy. cõ. 78.

Cuncta vero quęcunq; mutãtur, materiam habent, ſed diuerſam. nam & ipſorũ ſempiternorum quęcunq; non ſunt generabilia, ſed latione mobilia, attñ nõ generabilem, ſed vnde, quò.

Et omnia, quæ tranſmutantur, habent materiam, ſed diuerſam. Omnia igitur æterna, ſ. omnia, quæ ſunt ingenerabilia, & mouentur ſecundum translationem, habent materiam, ſed non generatam, ſed ex vbi, aut ad vbi. M

Et ſi omnia, quę tranſmutantur, habẽt materiam, ſicut diximus, ſed naturæ materierũ diuerſantur ſm modos naturę tranſmutationis. materia autem generabilium eſt in potentia, tranſlatorũ aũt eſt in actu, cũ translatum ſit aliquid in actu, & ideo qđ ex translatis fuerit non generabile neq; corruptibile, non habebit materiam, quam habet generabile & corruptibile, & eſt quę eſt in potentia. & quaſi dicat, & omnia æterna,

10
Nãę mate
rierũ diuer
ſant ſed m
modos na
turæ trãſ-
mutatiõis.
Idẽ. 5. Ph. t
c. 8. & 1. Ph
63. Vide ẽ
3. de Aĩa. c
5. iuxta pr
cipium d
greſſiõis.

Æterna quæ ſunt non generabilia, ſed mouentur motu ſm translationem, habent materiam, ſed non habent materiam generabiliũ, ſed materiam eorũ, q̃ mouentur de vbi in vbi. Et ex hoc videt corpus cœleſte non habere potentiam diuiſibilem ſm diuiſionẽ corporis, ſ. formã materialẽ. nam ſi ita eſſet, eſſet ī eo materia, q̃ eſt in potentia: & iã declaratũ eſt, ꝙ nullũ æternũ habet potentiam vt corrumpat, & in primo cœli & mundi. Aui. aũt erauit in hoc, cũm d. ꝙ materia, quæ eſt in potentia, exiſtit in ōibus corporibus.

Corp⁹ cœleſte non hẽt mãm. Idẽ infra. 36. 41. 48. & 49. & 1 cœ. c. 5. 20. 22. 95. & in 2. cœ. 3. 15. 31. 32. 36. 38. 61. & 1. phy. 63 & 73. &. 8.

Dubitare vero quiſpiam poſſit ex q̃ non ente generatio fiat. tripliciter enim non ens dr̃. Si igitur quippiam eſt potẽtia. verũtamen non ex quocunq; ſed cũm alterum ex altero. Nec id ſufficit, ꝙ ſimul omnes res erãt, quia differunt materia. cur enī infinita facta fuiſſet & non vnũ, cũm intellectus vnus ſit? quare ſi materia vna, illud actu fuiſſet factũ, cui⁹ materia potẽtia erat.

Met. c. 12. & 9. Met. com. 17.

Et dubitandum eſt in hoc & dicendum ex quo non ente fit generatio, non ens enim tripliciter dicitur. Si igitur fuerit in potẽtia. ſed non ex qualibet potentia, ſed alterum ex altero. Et non ſufficit etiã, vt omnia ſint inſimul, nam ſunt diuerſa ſecundum materiam. & ſi non, qua de cauſa ſunt infinita, nõ vnum intelligentia enim vna eſt? ſi autem materia fuerit vna, & illud erit in actu, cuius materia fuit in potentia.

C

Vult narrare, ꝙ quamuis materia prima ſit vna, tñ multa eſt in potentia, & habilitate, & ꝙ quodlibet ens cum materia cõi habet naturã propriam. & īcœpit ponere quæſtionem, quam diſſoluit, & eſt ꝙ ens nõ fit ex ente, ſed ex non ente, & d. &, ſi aliquis poſuerit, ꝙ generatio ſit ex non ente, habet dubitare & dicere ex quo non ente fit generatio. Non ens enim dr̃ tripl̃r. Et intendit, quorum vnum eſt nõ ens ſimpl̃r, quod non hẽt eſſe, neq; imaginationẽ. Secundum eſt non eſſe, quod eſt ī materia, ſ. priuatio formarum. Tertiũ eſt ens in potentia. Ens enim in potentia dr̃ non ens, ſ. non ens in actu. Et, cũm poſuit hæc tria, incœpit breuiter ponere intentionem, qua diſſoluitur quæſtio, & d. *Si igit̃ fuerit in potentia*, &c. i. & ſi quæſtio diſſoluit̃, ponendo ꝙ ens ſit ex non ente ī actu, & ente in potentia. non. n. qd̃libet ens fit ex qualibet potẽtia; ſed vnumquodq; entium ſit ex eo qd̃ eſt in potẽtia illud, quod ſit, i. ex potentia propria, ita ꝙ numerus potẽtiarum ſit ſicut numerus ſpecierum entium generabilium. Et d. hoc, qa opinatur, ꝙ prima materia eſt vnũ ſecundũ ſubiectum, & multa ſm habilitates. Primo. n. habet habilitates ad recipiendum primas contrarietates, ſ. formas olum quatuor elementorũ. Secundo vero habet potẽtias conſimilium partium mediantib⁹ formis quatuor elementorum. & iſtæ potentiæ diuerſant̃ ſm diuerſitatem mixtionis quatuor elementorum, ita ꝙ ex hoc diuerſant̃ formæ generabilium. Et, quia Antiqui ſm poſitionem ſuã in materia non poſſunt dare cauſam in multitudine entium ex materia, d. Et nõ ſufficit et,

D

Mãt̃ é vna, tñ é multa potẽtia & habilitate. vide. 1. de Gña. cõ. 22. & 1. c. 29. & 4. ph. t. c. 84

E

Numerus potẽtiarũ é ſicut numer⁹ ſpẽrũ entiũ;

F

gñabiliũ. Prima mãt̃ primo hẽt potentiaꝫ ad recipiẽdũ formas elmtorũ: & eis mediantibus adformas mixtoruꝫ. Idẽ. 5. cœ. com. 67.

G ꝙ omnia fuerint inſimul. i. & ideo non ſufficit in dando cauſam multitudinis entium dicere ꝙ ea, ex quibus fit generatio, fuerunt entia inſimul in actu, neq; entia in potentia, cùm potentiæ non fuerint multæ. Et iſta quæſtio conſequit Anaxagoram dicentem mixturã, & oẽs Antiquos. contingit.n. eis vt quodlibet fiat ex quolibet, eo ꝙ non ſint materiæ propinquę propriæ vnicuiq; enti. albũ igit nõ fit ex non albo qđ ẽ nigrũ, ſed ex quolibet nõ albo, v.g. ex linea. non albũ enim dr de linea. Et ſiſt contingit Democrito & Empedocli, cùm elementa diſtinguant
H apud ipſum ex vno, quod fecit amicitiam apud corruptionem mundi. Et cùm d. ꝙ non ſufficit in poſitione eius, ex quo eſt generatio, dicere ꝙ ea, ex quibus fit generatio, fuerũt entia ante generationem, dedit cauſam in hoc, & d. nam ſunt diuerſa ſm materiam, &c. 1. & ſermo Anaxagoræ proprie non ſufficit, quia multitudo entium prouenit ex multitudine materiæ aut formæ agentis. & ſi non, qua de cã diuerſant entia in infinitũ diuerſitate infinita, & non ſunt vnũ, cum agens eſt vnũ apud ipſum, qđ eſt intelligentia. Et intendebat, cùm materia ſit vna & agens ſit vnũ, neceſſe eſt vt non ſit multitudo. multitudo.n. eſt aut ex multitudine materiæ, aut ex multitudine agẽtis, ſi fuerit poſſe, vt formæ diuerſæ habeant eandẽ materiam, aut ex multitudine duarũ cãrũ. D.d. ſi autẽ mã fuerit vna, &c. ſi aũt materia fuerit vna, & generans vnũ, & potẽtia vna: tũc illud qđ fit. erit vnũ. ſubiectũ. n. cùm fuerit vnũ, & potentia exiſtẽs ī eo fuerit vna, & agens vnũ, tunc nulla erit cauſa multitudinis.

Multitudo entiũ prouenit ex multitudine materię aut formæ agẽtis vide. 7. meta. cõ. 28.

Tres itaq; cauſæ, & tria prin- K
cipia. duo quidem ipſa contrarietas, cuius hoc quidem ratio & forma, hoc vero priuatio: tertium vero materia.

Nec materiam, nec formam generari. Item quo pacto formas dari non male dixerit Plato: & cur ẽt non cogamur nos eas ponere. Cap. 3.

POſt hæc ꝙ neq; materia fit, neq; forma. dico autẽ extrema. Omne.n. quod tranſmutatur, aliquid eſt, & ab aliquo in aliquod tranſmutat. L
ab aliquo quidem, primo mouẽte: in quo vero, materia: ī qđ autem, formam. in infinitũ itaque procedet, ſi non ſolum ęs rotundum fit, verum ipſum rotũdũ, aut æs. quare neceſſe ẽ ſtare.

Cauſæ igitur ſunt tres, & principia tria. quorum duo ſunt contraria, quorum vnum eſt forma, & alterum priuatio, & tertium materia. Et poſt iſta neq; materia ſit, neq; forma, ſed illa duo alia, omne enim, quod tranſmutatur, tranſ- M
mutatur ex aliquo ī aliquod. illud autem, à quo tranſmutatur, ẽ motor: tranſmutabile autem eſt materia: illud autem, ad quod tranſmutatur, eſt forma. & proceſſus erit in infinitum, ſi cuprum nõ tãtum fuerit rotundum, ſed rotundum etiam, & cuprum neceſſe eſt vt præcedant.

Cum declarauit in principio iſti' 12
tractatus, ꝙ ipſe non ęrit niſi princi-

pia

A pia & elementa ſubſtantię,& poſuit
q̃ ſubſtantiæ ſunt tres, mobilis & Im-
mobilis,& mobilis diuidit̃ in duo,
in æternã & nõ æternam,& fecit re-
memorationẽ de eo, qđ declaratũ
eſt in ſcientia Naturali, & etiam in
tractatibus præcedentibus, & de-
clarauit quantum comprehenderunt
Antiqui de principio materiali, &
q̃ nullus eorũ dixit in hoc ſermonẽ
conuenientẽ generationi & corru-
ptioni,& hoc qđ dicunt,q̃ principia
ſunt contraria,non ſufficit,& q̃ ne-
ceſſarium eſt dicere ſubiectũ eſſe,
& q̃ nullus eorũ dixit ſermonẽ re-
B ctum,vnde non potuerunt diſſolue
re quæſtionem dictã in diſſolutiõe
generationis,neq; potuerunt redde
re cauſam,pp quã generabilia ſunt
multa,materia aũt ſit vnum,&agẽs
ſi't.&,cum oĩa iſta fuerint declara-
ta ab eo,dixit q̃ cauſæ ſunt tres,&c.
Expoſitio. Nec ſola nec mã generat̃, ſed qđ cõgregat̃ ex eis. Idẽ 7. me. 23. 26. & 27. 31. vide
D.d.q̃ forma nõ generat̃,neq; ma-
teria, ſed illud, quod congregat̃ ex
eis. Omne.n. tranſmutabile ab ali-
quo,& ad aliquid, & ex aliquo trãſ-
mutat̃.illud autem,à quo tranſmu-
tat̃,eſt motor:& illud,ex quo tranſ-
mutat̃,eſt materia:& illud, ad quod
C tranſmutat̃,eſt forma.* Si igit̃ for-
oppo. 1. ph. cõ. 60. de materia. Vide cõt. 21m.
ma generaretur, eſſet compoſita ex
materia & forma,quia tranſmutare
tur ab aliquo,& ex aliquo, & ad ali-
quid:& forma tunc haberet formã:
* Si forma gharet̃ ẽt cõpoſita ex mã & forma. Idẽ 7. Met. cõ. 26. &. 27.
& continget ſic in iſta vt haberet eſ-
ſentiam:& ſic in infinitũ. forma igi
tur,in eo q̃ eſt forma,non generat̃.
Et ſic eſt de materia, ſi eſſet genera-
ta,eſſet compoſita. & ſic inuenirent̃
ex parte materiæ ſpecies infinitæ in
compoſito,aut generatio eſſet ex ni
hilo.& hoc eſt declaratũ in tractati-
bus p̃cedentibus iſtius ſcĩæ. D.d.&
proceſſus erit in infinitum .i. for-
mæ & materiæ.i.q̃,ſi fuerint genera D
biles, continget vt in codẽ ſint for-
mæ & materiæ infinitæ. D.d.ſi eu-
prũ tm̃ non fuerit rotundũ.i.neceſ-
ſe eſt vt formæ & materiæ ſint infi-
nitæ,ſi poſuerimus, q̃ generatũ nõ
eſt eõpoſitũ tm̃,ſed ẽt forma & ma-
teria.v.g. q̃ generatum non eſt cu-
prũ rotundũ,ſed rotunditas & cu-
prũ.qm̃,ſi ita fuerit,continget vt an Documen
te rotunditatẽ ſit rotunditas, & reci tum.
piens rotunditatem, & ſi't cuprum Vide 1. ph.
indiget recipiente & forma. Et hoc, tex. c. 82.
quod dixit,non eſt impoſſe in cõpo-
ſitis materijs,vt in cupro:ſed eſt im-
poſſe in prima materia,& in ſimpli- E
cibus formis,& accepit cuprũ rotũ-
dũ loco eõpoſiti, & euprũ loco ma-
teriæ,& rotundũ loco formæ. D.d.
ſed rotundũ ẽt & cuprũ neceſſe eſt
vt p̃cedãt.i.ſed forma & materia ne
ceſſe eſt vt p̃cedant cõpoſitũ. aut in
tendit,ſed ſi poſuerimus formã eſſe
generabilẽ,& materiã eẽ gñabilem
ſicut eſt compoſitũ ex eis, neceſſe ẽ
vt præcedant eas forma & materia.
ver.gr.q̃,ſi rotundum fuerit gene-
rabile, neceſſe eſt vt ſit compoſitũ
ex rotundo & cupro.

Deinde q̃ quælibet ſubſtan-
tia ab vniuoco fit. Quę enim na F
tura,ſubſtantiæ ſunt,& alia.aut
enim natura,aut arte,aut fortu-
na,aut caſu fiunt. Ars igit̃ prin-
cipium in alio,natura vero prin
cipium in ipſo.homo nanq; ho-
minẽ generat.cæteræ vero cau-
ſæ priuationes horum ſunt.

Et poſt iſta,quia vnaquæq; ſub ſtantiarum ſit ex eo,quod eſt con-ueniens ei in natura. naturalia.n. ſunt ſubſtãtiæ,et illa alia reſidua.

G *quoniã aut ſunt artificialiter, aut naturaliter, aut caſu. Ars igitur principiũ eſt in altero, natura vero eſt principium per ſe. homo enim generat hominẽ. cauſæ aũt reſiduæ ſunt priuationes iſtorũ alterorum.*

13 Cùm declarauit principia ſubſtãtiæ generabilis & corruptibilis exiſtentia in ea. ſ. formam & materiã, vult etiam declarare principia agẽtia ad veniendum ad prima principia. & incœpit facere rememoratio
H nem de eo, qđ declaratum eſt in tractatibus ſubſtantiæ, & dixit, ꝙ vnaquæq; ſubſtantiarũ fit ex eo, qđ cõuenit ei in noĩe: vt homo ex homine, & equus ex equo. Et dixit Alex. ꝙ debet homo coniungere huic, & quærere de aĩalibus gñatis à putrefactione, qſio ſint generata à conue
nientii in noĩe. Iſta. n. videnť generari natura, non voluntarie, aut caſu. neq; ét mulus fit ex cõueniente ei, cùm non generet à mulo. Quod autem coniungit eſt ꝙ ponit maiores dubitationes. qm̃, cùm d. ꝙ ea, quæ
I ſunt ſm naturam, ſunt ex conuenié tibus, addit in ſuo ſermone, ꝙ & illa alia reſidua aut erunt artificialiter, aut naturaliter, aut caſu. Reputatur enim, ꝙ iſte ſermo nõ eſt ꝙ tm̃ ſubſtantiæ ſint ex conuenientibus, ſed & omnia alia, quæ fiunt ex non ſubſtantia ſunt etiam ex cõuenientib⁹. Ea aũt, q̃ fiunt artificialiter, poſſibile eſt vt ſit verũ, cùm ars eſt forma illius, quod fit, quam facit artifex in
7. Met. 25. materia: ſicut d. in ſermone præcedenti, ꝙ ratio cuiuslibet eſt forma. In eis aũt, quę ſunt caſu, quorũ agẽs non eſt terminatum; quomodo eſt intelligendum, ꝙ iſta fiunt ex conuenientibus. Et forte non d. in iſtis, ſ
neq; ꝙ ſunt, neque ꝙ fiunt à ſimili: qm̃ cum d. de rebus, quæ fiunt naturaliter, & quę artificialiter, ſequitur poſt, & d. cauſæ aũt reſiduæ ſunt priuationes iſtorũ: & priuationes non ſunt generationes ſm primam intẽtionem, ſed ſm errorẽ ex accidentibus poſitis: qm̃ neq; in artificijs ét ea, quæ fiunt ſm errorem, fiunt in rei veritate. i. ꝙ eſt credendum, ꝙ Ariſt. opinabat ꝙ ea, quæ fiunt caſu, fiunt ex conuenientibus, cùm nõ ſit rectũ vocare ea generabilia, ſed priuationes generabilium. ſunt. n. L
in natura, ſicut ea, quæ fiunt in artificio errores. & ſicut iſta non eſt rectum vt vocentur generabilia artificialia, ita illa, quæ fiunt caſu in rebus naturalibus. & hoc intendebat cùm d. cauſæ autẽ reſiduæ ſunt priuationes iſtorũ. D. d. Alex. iam locutus fuit de hoc multum in tractatu Septimo, & declarauit, quomodo fit vnaquæq; rerum, quæ fiũt ex conuenientibus: & etiam locut⁹ fuit Ariſt. de rebus, quæ fiunt ex putrefactione in Phyſicis. qm̃ iſta, quamuis non ſint ex conuenientibus ſimpl'r, tm̃ ſunt ex aliqua operatione. calor enim exiſtens in ſubſtantijs eſt cauſa in generatione huiuſmodi. D. ẽt, & quid intelligebant per ſuum ſermonem ex conuenientibus ita eſt, ꝙ ea, q̃ fiunt naturaliter, naturaliter fiũt: & ꝙ nullum eorum, q̃ fiunt naturaliter, fit ab artificio, ſed ex natura. & ſimiliter artificialia ab artificio, ſed ex natura. & fi'r caſualia. nullũ. n. iſtorũ fit ex natura, aut artificio. & ꝙ oĩa iſta declarata ſunt hic. D. d. Ars igit̃ principiũ eſt in altero. i. ꝙ ars eſt principiũ mouẽs in alterum, in eo quod eſt alterum: nx

Alexã. qõnes de genitis ex putredine, & de mulo qũo fiant a ſibi ſimili.

2. ph. 83. & 84. M

Alia expõ Alexan.

tura

A tura aũt eſt mouens aliquid p ſe, i. quia exiſtit in re p ſe, non accidẽtaliter. & hoc declaratũ eſt in Secũdo Phy. Et cùm nõ dixit in hoc ſermone ea, q̃ fiunt volũtarie, dixit Alex. ꝙ poſſe eſt ordinare ea, q̃ fiunt voluntarie, etiam cũ eis, q̃ generant ſecundũ artem. Voluntas. n. eſt etiam principium in alterum. D. Alexã. & & cùm dixit hoc, d. poſt, homo. n. generat hoĩem. & iſte ſermo ſignificat, ꝙ non intendebat p hoc, quod d. de eis, q̃ generantur quæ fiunt ex conuenientibus, niſi primam intentionem intentionum conueniẽtiũ.

B Oĩa. n. quæ ſunt naturaliter, aut artificialiter, non habent diſpoſitionẽ talem. inueniunt. n. p ſe, aut p casũ, cùm vocat ea, q̃ ſunt huiuſmodi priuata, non generata. Et intendit Alexan. per hunc ſermonẽ, ꝙ ea, de quibus d. Ariſt. ꝙ ea, quę ſunt ex conuenientibus, & ex arte ſunt ſm primã intentionem. Oĩa. n. q̃ fiunt à natura & artificio, ſunt talia, cùm iam p ſcrutatus eſt de caſu in alio loco: & ipſe dat rationem ex hoc, ꝙ Ariſto. non vocat iſta generata. D. Alex. & forte fiunt caſu, & non p ſe aĩalia, q̃ genetantur ex putrefactione. quo-

C niam autem ea, q̃ fiunt ex artificio, fiunt ex conuenientibus, iam declaratum eſt in primis tractatib⁹. quoniam vero mulus fit ex conuenien-te, declaratum eſt in primis tractatibus. fit. n. ex aſino & equa: & ſunt ea q̃ ſunt vna intentio, & habẽt vnum nomen poſitum. i. ꝙ intentio conueniens, ex qua fit mulus, eſt natura vna cõis aſino & equæ. Et hoc, quod dicit Alex. ĩ expoſitione iſti⁹ loci eſt totũ bonum, ſed non vſ ex verbis Ariſt. ꝙ ponit ꝓter ſubſtãtias aliqua generari ex cõuenientibus, ſicut ipſe dicit, ꝙ apparet ex ſermone eius. qm̃, cùm dicit, & illa alia reſidua, non reſpõdent ad illud, quod dicit, ꝙ fiunt ex conuenientib⁹, ſed eſt principium ſermonis, & ſuũ appoſitum eſt aut artificialiter, aut naturaliter, aut caſu. Et in alia translatione ab ea, quam expoſuit Alex. cecidit, aut artificialiter. & ſm hoc, q̃ ſi dicat, ꝙ gñabilia, q̃ ſunt ſubſtantiæ, ſunt ea, q̃ fiunt ex conuenientib⁹: illa aũt alia fiunt naturaliter, aut caſu. & ſm hoc non accidit dubitatio in hoc ſermone. & hoc idem declara uit in tractatu ſeptimo. Et inuenimus hunc ſermonẽ copulari in alia 7. Met. 32
translatione cum eo, qđ dictum eſt E
prius hic ſic. D. d. neceſſe eſt vt hoc ſit poſt hoc. oĩs. n. ſubſtantia fit ex conuenientẽ in noĩe & definitione: ea autem, q̃ fiunt natura, ſunt ſubſtantiæ, alia aũt aut ſunt naturaliter aut per ſe. Et reputo, ꝙ hoc, qđ cecidit in translatione Alexã. & illa alia reſidua, qm̃ ſunt aut caſu, aut p ſe, ſ. hoc, ꝙ addidit hanc particulã, qm̃ quia ſm hoc quod dicit, & illa alia reſidua, reſpondendum ad hoc, qđ dicit ex conuenientibus. Et hoc in-

F uenimus ex translatione Ioannis, ſi cut dicit, & cũ proceſſus fuerit in infinitum, ſi cuprum nõ fuerit tm̃ rotundum, ſed rotundũ, aut cuprũ, neceſſe eſt vt ſtet. deinde poſt hoc, qm̃ vnaquæq; ſubſtantiarũ fit ex cõuenientẽ in noĩe, & ea, q̃ in natura ſubſtantiæ, & illa alia reſidua, qm̃ fiunt aut artificialiter, aut naturaliter, aut caſu, aut per ſe. & hoc facit exiſtimare, ꝙ oĩa fiunt ex conuenientib⁹, ſm qđ dicit Alex. & ꝙ plus ponit dubitationẽ in hoc eſt, quia ponit in eis ea, q̃ fiunt artificialiter. iam. n. dicit Ariſt. ꝙ ea, quæ fiunt artificialiter,

Expõ Auer. cõtra primã expoſitionẽ Alexãdri.

G ſunt ex cõuenientibus. ſed vt mihi
ꝙ intẽdebat per alia reſidua, alia ac-
cidentia præter ſubſtãtiã. & ideo po
ſuit inter ea, q̃ fiunt accidentaliter.
Prima rõ. Ea, q̃ fiũt caſu, non hñt ordinẽ, neq; ſũt ſpẽs intentæ a nã. vide idẽ ifra cõ. 18. & 7. met. cõ. 31. Scda rõ. Vide. 2. phy. 83. Et ſm hoc ſubſtantiæ, q̃ fiunt ex pu
trefactione, collocant in eis, q̃ fiunt
ex conuenientibus, non in eis, quæ
fiunt ex caſu. Ea. n. q̃ fiunt ex caſu,
non habent ordinem, neq; ſunt ſpe
cies intentæ à natura. iſtæ aũt viden
tur eẽ ſpecies à natura, ſed tm̃ dimi-
nuuntur à ſpẽbus gñatis à patre &
matre. Et plura eorũ fiunt in tẽpori
bus determinatis. nihil eſt igit̃ iſtis
dicere ꝙ fiunt caſu. Hoc aũt, quod
H dicit ꝙ Ariſto. dicit iſta in Phyſicis,
errauit p obliuionem. & forte dicit
ea in tractatu ſecundo. & iſte tracta
tus eſt diminutus in quibuſdam lo-
cis, ſm quod peruenit ad nos. Et, cũ
dixim⁹ ꝙ illud, qđ gñatur ex putre
factione, generat ex cõueniente, nõ
volumus dicere ꝙ gñatur ex calore
innato tm̃, ſicut dicit Alex. ſm alte-
ram ſuarũ expoſitionũ: ſed eſt dice
re, ꝙ putrefactio, ex qua generatur,
eſt ſicut ſemẽ in aĩalibus gñantib⁹,
ſ. quia ſicut in ſeminibus eſt virt⁹ ge
neratiua ſpẽi habentis illud ſemẽ, q̃
Ariſt. aſſimilauit artificio: ita virt⁹,
I q̃ eſt in putrefactione propria alicu
ius aĩalis, eſt ſimilis artificio, qđ eſt
in ſemine. & cùm ea, q̃ fiunt ex arti-
ficio, fiunt ex conueniente, neceſſe
eſt vt ea, quæ fiunt ex virtute, q̃ eſt
in putrefactione propria alicui⁹ aĩa
lis, fiant à conueniente. Et nulla dif
ferentia eſt inter virtutem, q̃ eſt in
putrefactione, quæ aſſimilat artifi-
cio, & eam, quę eſt in ſemine. ſed ea,
quæ eſt in ſemine, fuit ex habente ſe
men & Solẽ: illa aũt, q̃ eſt ex putre-
factione, à Sole tm̃. & ideo dicit Ari
ſtot. ꝙ homo generatur ab homine
& Sole. Et ideo nullo modo indige- K
mus ponere formas, quas exiſtimauit Themiſtius ponere ex neceſſita
te in aĩalibus, q̃ fiũt ex putrefactiõe.

Dria inter virtutẽ putredinalẽ, & ſeminis

2. phyſ. 26.

Subſtantiæ vero tres. quędã
materia, quæ quõd quid eſt, eo 'hocaliq̃d
ipſo ꝙ apparet. quæcunq; n. ta-
ctu non coadhærentia ſunt, ma-
teria & ſubiectum ſunt. Quędã
vero natura, & ꝙ quid, & qui-
dam habitus ad quẽ. Tertia itẽ,
quæ ex his, quę ſingularis eſt, vt
Socrates, aut Callias. In quibus
igit̃ quod quid nõ eſt p̃ter com L
poſitam ſubſtantiam (vt dom⁹
forma non niſi ab ipſa arte) nec
eſt generatio aut corruptio eo-
rum: verum alio modo ſunt, &
non ſunt, tum dom⁹, quæ abſq;
materia, tum ſanitas, & omne,
quod ſm artem eſt. ſed ſi quidẽ
ſunt, ĩ his ſunt, q̃ natura fiunt.

Subſtantiæ autem ſunt tres. Vna autem eſt materia, & ẽ hoc, ſecundum quod videtur. quoniam quod eſt ſecundum contactum, non ſecundum ordinem, eſt materia et M *ſubiectum. Et quædam natura eſt hoc, ad quod eſt aliquis habitus in eſſe. Et etiam eſt Tertia, quæ eſt vniuſcuiuſq;, vt Socratis, & Calliæ. Quoniam in qualibet re intentio huius rei non eſt aliud à ſubſtãtia compoſita: vt forma domus, niſi ars eſſet. non eſſet etiam generatio & corruptio iſtorum, niſi alio modo ſint entia, & non entia, domus ſine materia, & ſanitas. &*

omne,

A *omne, quod eſt ſecundum artē, aut alio modo, aut non, niſi quæ ſunt ſecundum naturam.*

14 Cùm dixit principia ſubſtantiæ ſenſibilis, quorū principia ſunt ſubſtantiæ, intendit dicere in hoc capitulo quot ſunt ſubſtantiæ. & ipſe facit rememorationē de eo, quod declaratum eſt in tractatibus ſubſtantiæ, & in ſcientia Naturali, & declarat, ꝙ ſunt tres, materia, & forma, & illud, quod ex eis congregat: vt veniat ex hoc ad cognoſcendū ptimā formam, & primum finem. D. Alexan. & primo Ariſt. dicit de materia hunc ſermonem. Vna aūt eſt materia, & eſt hoc, ſm quod vī. Etiam in hoc ſermone eſt difficultas. & intentio eſt, ꝙ ſubſtantiæ ſunt tres. Vna igit earum eſt materia. & hoc eſt, qñ recipit formam, & adunat, quia tunc eſt cum forma. forma. n. eſt in actu, & vī illic: illa aūt per ſe non videt. D. aut erit intentio ſic, & eſt quia materia eſt hoc ſm ꝙ videtur. qñ materia p ſe & in rei veritate nō eſt hoc, ſed reputat eſſe hoc: qñ ī quolibet inuenitur materia. & hæc ſunt quæ ſunt ſubiecti. Intentio autē primæ expoſitionis Alex. eſt, quia materia eſt illa, q̄ videtur, aut ſentitur pp formam, & deberet dicere, ꝙ materia eſt illa, quæ vī, ſm quod ē hoc, loco eius quod dicit, ꝙ eſt hoc, ſm quod vī. Intentio vero ſecundæ expoſitionis eſt, ꝙ materia eſt hoc in ſenſu. i. ꝙ ſenſus non cōprehendit differentiam inter ipſam, & hoc ſm intellectum. & ideo Antiqui reputauerunt ſubſtantias rerum eſſe materias earum, & ꝙ formæ non ſunt ſubſtantiæ. formæ enim ſunt inſenſibiles, ſed intelligibiles. & habet tertiam & quartam expoſitionē, quas nos poſt dicemus. D. Alex. & hoc, quod dicit poſt, quoniam illud, qđ eſt ſm contactum, & non eſt ſm ordinem, eſt materia & ſubiectum, ad didit ipſum ei, quod dicit: & eſt ſm quod videtur, inquantum demonſtrat, ꝙ materia videtur hoc ī reb⁹, in quibus exiſtit, cùm fuerint contingentes ſe adinuicem, & adhuc nō ordinatæ, aut cōpoſitæ, ſicut eſt res generata, & eſt illud, quod componitur ex eis. iſta enim reputatur eſſe materia ei⁹, quod fit ex ea, ſm quod eſt hoc. non enim contingerent ſe adinuicem, niſi eſſent hoc in actu. & ſm hunc modum lapides & lateres ſunt materia domus, & ligna & tabulæ ſunt materia nauis. Sed forte intendebat, cum dicit: & eſt hoc, ſecundum ꝙ videtur, demōſtrare, ꝙ materia, quæ videtur eſt hoc. materia aūt, quæ videtur, eſt materia propinqua, hæc autem eſt in re. Et forte dicit ſm ꝙ videtur, ad declarā dum materiæ naturam. Quod. n. dicit de ea in alio loco, ꝙ ipſa materia eſt cognita ſm ſimilitudinem, conuenit huic, quod dicit modo, ſm ꝙ videtur. ibimus enim ad intelligendum naturam eius ex rebus, quę videntur. & forte hoc eſt illud, qđ declarauit per exemplum, cum dicit: quoniam illud, quod eſt ſm contactum, non ſm ordinem, eſt materia & ſubiectum. quoniam, ſi in rebus, quæ videntur, ſ. compoſitis, fuerit aliquid non ſecundum ordinem, vt in domo materia videtur vicina rebus, ex quibus fit domus: lapides enim & lateres habent talem diſpoſitionem & proportionē, ſicut materia habet in alijs rebus. & forte dicit hoc in loco eius, quod diceret,

Prīa expō Alexan.

B

Secunda expō eiuſdem.

Sūma prię expōnis.

C

Sūma ſecundæ expoſitionis.

D

E

Tertia expoſitio.

4. expō.

F

G Expō priç expōnis Alexan.

φ eſt aliqua ſubſtantia. hæc igit' ſūt verba Alex. Intentio aūt primi ſermonis eſt, quia, cum dicit, φ materia reputat' eē hoc ſm ſenſum, declarauit qñ exiſtimatur hoc, & dicit, & hoc erit, cùm materiæ rei, ex quib⁹ componit', fuerint contingentes ſe adinuicem, ſicut diſpoſitio lapidum & laterū in domo. domus.n. non reputat' eſſe niſi lapides & lateres. cùm enim materiæ rei fuerint admixtę, tunc non reputant' eſſe illa res. & ſm hoc intendebat, cùm dicit p ordinē mixtionem. & confirmat hanc expoſitionem illud, qđ inuenit' in alia translatione. Intentio aūt tertiæ expoſitionis, quā dicit ſup hoc, φ materia eſt hoc, ſm φ vī, quia intendebat materiā propinquā. & quaſi dicit, & materia propinqua rei eſt materia hui⁹ rei viſibilis & ſm hoc erit intētio ſermonis eius, qñ qđ eſt ſm contactum nō ſm ordinem eſt materia & ſubiectum: quia materiæ p pinquæ ſunt illæ, q̄ tangunt ſe adinuicem. Quæ.n. admiſcent' & adunātur ſunt materia propinqua. v.g. qa caro & os & manus, ex quibus manus cōponit' eſt materia propinqua manus, & ſunt contingentia ſe adinuicem, quatuor aūt elementa, q̄ ſūt admixta adinuicē, ſunt materię remotæ. Intentio aūt quartæ expoſitionis eſt, quod dicit in primo phy. i. φ prima materia non intelligitur niſi ſm comparationē, ſ. illa, cui⁹ cō paratio ad oīa entia in actu, eſt ſicut comparatio materiæ ſenſibilis ad illud, cui⁹ eſt materia, vt comparatio ligni ad nauem. & ſm hoc erit intētio eius, quod dicit, φ materia ē hoc ſm φ videt'. i. φ prima materia non intelligitur eſſe materia hui⁹ rei, niſi ſm materias, quæ vident' materię

H Expoſitio tertiæ:

I Expoſitio quartę.

enim contingentes non adunatæ ſa K
ciunt intelligere hanc intētionem.
Et oīa iſta, q̄ iſte dixit, nihil faciūt Expoſitio Auerroꝛ.
nos acquirere, quæ ante non ſciuimus de materia. Si igitur potuerimus exponere hunc ſermonem tali modo, quo potuerimus ſcire rē nouam de materia, & conuenientē literæ, erit aliquid. Et videt' mihi φ intendebat dare differentiam inter naturam materiæ in eſſe, & naturā formæ vniuerſalis, & maxime illi⁹, quod eſt genus. Reputatur.n. φ prima materia, quia eſt cōis, habet naturam rei vniuerſalis, prædicabilis de pluribus. Vnde quidā exiſtimāt L
primam materiam eſſe corpus. Et, Intellꝰ ꝓpoſitionis, q̄liter mā ē vna nūero & pluribus cōis.
ſi ita eſſet, haberet formam, & nō eſſet vna ſm numerū, ſed ſm formā. ſed iam dictum eſt in alijs locis ipſam eſſe vnam ſm numerū. Demōſtrandum eſt igitur, qūo vnum numero poteſt inueniri ī plurib⁹. Hoc quidem nō intelligitur in eo, qđ eſt in actu: in eo autem, quod eſt in potentia dicere eſt φ eſt vnum in numero, & commune pluribus, & nō habet differentias, quibus differunt in ſingulis indiuiduis adinuicem. &, quia differētiæ indiuiſibiles abſunt, & carent formis, quib⁹ inuenit' plu M
ralitas in numero, dicunt' eſſe vnū. Inde colligit' per formā ē eſſe vnā nūero videcōſiſte 2. de Aīa. cō. 7. &, 8, &. 7. Met. c. 49. &8, 6. phy.
& quia carent forma, qua res dē eſſe vna numero, dicuntur eſſe cōes rebus pluribus in numero: non quia habent formā cōem, ſicut eſt ī igne. Secundum igitur, φ carent differentijs formarum indiuidualiū eſt vna numero, non quia habeat formam indiuidualē, q̄ ſit vna numero. & ſecundum hoc etiam φ caret forma in actu indiuiduali, eſt cōis plurib⁹ rebus. Formæ enim communes, in quibus inueniūtur vniuerſalia, ſunt

entia

A entia in potentia cõiicatione: & ſcire ideo aliquid ſm q̃ eſt vſe eſt ſcire in potentia:* cõitas igit̃, q̃ intelligitur in formis cõibus, hẽt eẽ extra animam in potentia. Iſta aũt communitas, q̃ intelligit̃ in materia, eſt pura priuatio, cũm non intelligat̃ niſi ſm ablationem formarũ indiuidualiſi ab ea. Materia igit̃ non hẽt eſſe extra aĩam ſm hunc intellectũ, ſ. quia eſt cõis oĩbus generabilibus & corruptibilibus, cũm non intelligat̃ ſic niſi ſm priuationẽ. Et, cũ ita ſit, illud igit̃, quo differt à non eſſe, & eſt aliquod ens extra animã, eſt, B quia eſt ſubiectum indiuidui ſenſibilis, quod vr̃, non illud, quod intelligit̃ ex ea. & hoc eſt perfecta imaginatio materiæ. & hoc nunquam dicit Ariſt. in aliquo loco, ſed inuenit̃ ex eius verbis. Si igit̃ iſte ſermo eſt conueniens huic expoſitioni, tunc iſte ſermo facit intelligere, q̃ eẽ eſt eſſe materiæ, & eſt propri⁹ huic ſcientiæ, & non de ſcientia Naturali. & nullus poteſt intelligere eſſe materiæ in rei veritate niſi ſic. &, cum inſpexeris verba Ariſt. videbis, q̃ hæc expoſitio non remota eſt ab eis pl⁹ illis quatuor expoſitionibus, & eſt C multo melior eis. Et ſm hoc erit intentio eius, quod dixit, eſt hoc, ſm q̃ vr̃. i. & eſt illa, cuius eſſe non eſt niſi ſm q̃ ſentitur. i. propter illud, quo fit ſenſibilis: & hæc eſt forma. Materia. n. non eſt ſenſibilis per ſe, ſed p aliud, i. per formam. & non habet eſſe, niſi quia ſentit̃ per aliud, non per ſe. eſt. n. ens per illud, quod ſentitur. Et, quia eſſe materiæ eſt eſſe in cõpatatione ad hoc eſſe, quo ſentitur, & eſt forma, dicit: qñ quod eſt ſm contactum, &c. i. & cauſa, quod ſuũ eſſe eſt per illud, quod ſentit̃, eſt, qa oẽ cuius natura eſt in contactu & cõ D tinuatione cum alio, vt perficiat̃ p ipſum (non cuius natura eſt in ordine intellecto ab eo, & eſt forma intelligibilis) eſt materia & ſubiectũ. Iſta enim natura, quia nõ habet formam, non habet eſſe in intentione intellecta ab ea, & fuit ſuum eſſe in comparatione ad formã. Et quaſi intendebat demonſtrare, q̃ ſua natura eſt in comparatione, & q̃ non hẽt naturam propriã. & accepit contactum loco cõparationis. Oẽ. n. cuius eſſe eſt p contactum & per continuationem cum alio, non p naturã intellectam ab ea, qua fit ens per ſe, E eſt materia. Et forte intendit intentionem manifeſtiorem oĩbus prædictis ſm verba, & eſt q̃ materia eſt illud, ad quod innuitur ſm ſenſum. Forma. n. non cõprehẽdit̃ ſm ſenſum, ſed ſm ſuam actionem. & ideo non comprehenditur niſi ab intellectu. Et dicit, qñ quod eſt ſm contactum, non ſm ordinem, eſt ſubiectum & materia. i. & ideo elementa ſunt ea, q̃ tangunt ſe, non ſm ordinem, qui fit à rebus tangibilibus. & intendebat p ordinem formam. & iſte ſermo ſm intellectum hunc eſt F propri⁹ materijs propinquis. Et dicit ſm contactũ, non mixtionẽ, qa hoc eſt cõmune elementis admixtis & non admixtis, ſ. quia admixta primo tangunt ſe, deinde admiſcẽtur. Et, cum dicit hoc, ĩcœpit dicere formam, & dicit: Et quædam natura eſt hoc, ad quod eſt aliquis habitus in eſſe, i. & ſecunda ſubſtantia eſt natura, ad quam tranſmutatur ſubſtãtia. quæ eſt in materia, & eſt habit⁹, ſ. forma. D d. Et etiam eſt tertia, &c. i. & tertia ſubſtantia compoſita ex iſtis, quæ eſt vnũquodq; indiuiduorum.

*Cõitas, q̃ intelligit̃ in formis cõibus hẽt eẽ extra aĩa; ſ potentia Idẽ. 1. met. 45. & 7. me. 57. vide hic c. 4 & ĩt. cõ. 18.

Idẽ. 1. phy. 69. & 1. ea. d ſubſta oĩbus. &. 4. pia. cõ. 16.

Alia expõ Cõmẽta. Fora non cõprehendit̃ idm ſẽ ſum; ſ ſecũdũ ſuã actionem. Oppo. 2. d aĩa. cõ. 63. Vide con. Zim.

Auer. applicat ſuã expoſitionẽ textui.

Forma artis in aīa ē alia ab ea, q̄ eſt extra aīam. vide infra eōmen. 23

Idē. 2. phyſ. cōm. 13

Forma ſanitatis aut ē ī aīa medici, aut ī humorib⁹ Idē 7. met. c. 23. & hic infra cō. 36

G rum. D. Qm̄ in qualibet rē intentio huius rei non eſt aliud à ſubſtantia compoſita: vt forma dom⁹, niſi ars, i. manifeſtum eſt, q̄ intentio rei, q̄ exiſtit in ea in actu, & eſt forma ei⁹, non eſt ſeparata a materia, q̄ eſt in eo, niſi in artificijs. forma. n. eius qđ fit, eſt in aīa, & eſt aliud ab eo, quod eſt extra aīam. Et hoc ē manifeſti⁹ in alia trāslatione. dicit. n. loco iſti⁹ ſermonis. qm̄ intentio iſtius eſt, q̄ non eſt extra ſubſtantiam compoſitam. Et, cum induxit hūc ſermonē, quaſi proponēdo ipſum ad perſcrutandū, vtrum forma abſtracta inueniat̄, aut non, dicit: non eſſet ēt generatio aut corruptio. i. ſed formæ artificiales non hm̄t generationem, neq; corruptionē, cum ſint accidentia. Et hoc ē inueni manifeſti⁹ in alia translatione. D. d neq; etiam inueni ī iſtis generatio & corruptio. & dicit hoc, ne aliquis dicat, q̄ ſicut formæ artificialiū inueniunt̄ ī alio a materia eorum, forte ſic eſt de formis naturalibus: ſed qūocunq; ſint, formæ artificiales non ſunt abſtractæ, quia aut ſunt in aīa, aut in materia. D. d. niſi alio modo ſint entia, & non entia, domus ſine materia, & ſanitas, &c. i. ſed forte aliquis q̄ret vtrum ſit poſſibile vt aliqua forma rū ſit abſtracta. Sed manifeſtū eſt, q̄ non de artificialibus: de naturalib⁹ aūt dubium eſt, de artificialibus autem nō eſt dubium, quia forma domus, aut eſt in lateribus, aut in aīa Ædificatoris. & ſil'r forma ſanitatis, aut eſt in anima Medici, aut in humoribus. Et inueni in alia translatione poſt hoc, quod dicit, neq; inuenitur in iſtis generatio & corruptio ſic, ſed domus, quæ eſt ſine materia, & ſanitas. Et intendit, ſed domus, q̄ eſt ſine materia, & ſanitas, q̄ eſt in aliquo ſine materia, eſt in aliqua materia, ſ. aīa. & forte intendit, ſed domus, & aliæ artificialium formarum ſunt ea, quæ ſunt poſſibilia inueniri in materia alia à materia, ī qua exiſtūt in rei veritate. D. d. Ari. in hac translatione: & oē, quod eſt fm artem, & alio modo, aut nō niſi quæ ſunt fm naturam. i. & ideo q̄rendum eſt, vtrum ſit poſſibile inuenire aliquod abſtractū in formis artificialibus, aut non, niſi in formis naturalibus.

Propter quod non male Plato dixit, q̄ formæ eorum ſunt, q̄ natura ſunt, ſiquidē formæ ſunt alię ab his: vt ſunt ignis, caro, caput. cuncta nanq; materia ſunt: & maxime eius ſubſtantiæ, quę eſt vltima.

Et ideo non fecerunt male illi, qui poſuerunt formas. quia formæ, ſi fuerint aliquo modo, ſunt omnia, quæ exiſtunt ſecundum naturam. ſed ex iſtis ignis, caro, os, caput, omnia ſunt materia. & hæc ſubſtantia eſt illud, quod eſt maius valde & illud poſtremū & indiuiſibile.

Dicit Alex. Innuit in hoc ſermōe Platonē, et nō dixit, bñ fecerūt, ſed dicit nō male. & iſte ſermo erit manifeſtior, ſi legat̄ ita. & ideo non male fecerūt ponētes formas, ſi habent eē aliquo modo, affirmando oē, qđ ex eis ſit p naturā. D. & pōt intelligi ſic: et iō nō male fecerūt ponētes formas iſtorū oīa, q̄ ſūt fm nām, ſi forma hēt eē aliquo mō. Dicit: & erit māifeſtior iſte ſmo, ſi mutauerīt in hāc pticulā iſta, hāc pticulā formę, &

I K L M

15 j. expoſit. Alexandri 2. exp. eiuſ.

A & fuerit posita cũ hac ptícula sunt: ita ꝙ sic legatur, & ideo non male fecerunt ponentes formas, quia ista sunt omnia, quæ sunt fm naturam, si formæ habẽt esse. Et omnes istæ expositiones reducunt in duas. Quarum vna est, ꝙ intendebat ꝙ nõ male fecerunt ponentes formas abstractas formarum rerum naturalium, quia non posuerunt istas formas rerum artificialium, si aliquo modo esse habent formæ abstractæ. Aut intendit, ꝙ ideo non male fecerunt, dicentes ꝙ formæ rerũ naturalium

B sunt abstractæ, cũ non dixerũt hoc in formis artificialibus. Duo enim hi sermones propinqui sunt, s. dicere, ꝙ formæ naturales sensibiles habent formas abstractas, quod dicit Plato, aut dicere ꝙ formæ naturales sunt formæ abstractæ. Et perscrutatio de hoc, i. vtrum est aliqua forma abstracta, est perscrutatio naturalis, sicut ipse post facit. pscrutatio vero de hoc, vtrum formæ abstractæ sint aliæ à formis sensibilibus, q̃ sunt formæ rerũ sensibiliũ, non est naturalis, cum nã sit desyderat: sed est perscrutatio necessaria, fm ꝙ aliquis dicit. & hoc fm aliquã rationẽ. D.d.

C sed ex his ignis, caro, os, caput, oĩa sunt mã. Sunt intelligenda ex hoc fm Alexan. duo, quorũ vnum est, ꝙ hoc nõ apparet in omnibus formis naturalibus, sed quædã formæ materiales videntur non separari à materia, vt forma ignis, & ossis, & capitis, & carnis. Et quasi dicat fm hãc expõnẽ, sed quod fuerit ex istis formis, sicut ignis, & caro, & os, habent communem materiam, & impossibile est vt sit abstractum ab eis. Et potest intelligi etiam, ꝙ impossibile est credere in omnibus formis hoc.

Súma ista nũ expositionum.

Prĩa expõ Alexan.

Scda expõ eiusdem.

quia formarũ rerum naturaliũ quę D
dam sunt formæ rerũ, quæ sunt materia aliorum, vt ignis & aliorũ elementorum. quæ sunt materiæ aliorum: & sic carnis et ossis, quæ sunt materiæ capitis. et hoc manifestius est fm hoc, quod dicit, oĩa sunt mã.

D.d. de substantia est illud, quod est maius valde, et illud postremũ et indiuisibile. Intelligenda ẽt sunt fm Alex. duo. intendit enim p illud, quod est magis substantia, compositum ex materia et forma, et p postremum et indiuisibile materiam. et quasi dicat: et substantia congregata dignior est vt sit substantia, q̃ E
postrema substãtia, quæ est cõis omnibus, et est corpus. Aut intẽdebat per substantiã, quæ est maioris substantialitatis, substantiam compositam ex elemẽtis, et per postremum elementa. et fm hoc erũt omnia ista scilicet formę et materia eorum materia postremæ substantiæ. D. Alex. et hoc inuenitur manifestius in alia scriptura sic: et ideo non male fecerunt ponẽtes formas, quia sunt oĩa, quæ sunt fm naturã, si formæ sunt aliquo modo, sed istorum. Ignis. n. et caro, et os, et caput omnia sunt materia postrema eius, quod est di- F
gnius vt sit ens. Dicit Alexander. et non intendebat substantiam postremam hic materiam. Dico ego. et dicit hoc, vt reputo: quia Aristoteles non fecit hic comparationem, nisi inter substantias, quæ sunt in actu.

Ibi vĩ secũdũ Alexã. cõpositũ est nobilio rẽ substãtiam q̃ formã.

Causæ itaq; mouentes, tanquam antea ortæ, existunt. quæ vero vt ratio, simul sunt. cùm enim sanus sit homo, tũc etiam sanitas est. & forma æneæ sphæræ simul atq; ænea sphæra.

Et

G *Et cauſæ mouentes ſunt, quia præcedũt tantum. ea aũt, quæ ſunt vniuerſaliter, ſunt inſimul. ſi enim hõ eſt ſanus, tunc ſanitas, & homo ſunt inſimul. & figura ſphæræ cupreæ, et ſphæra cupri ſunt inſimul.*

16 Cùm declarauit cauſas eſſe duas, materiam, ſ. & formam, vult diſtinguere inter eas, & cauſam mouentẽ & agentẽ, dicendo, ꝙ cauſa agens differt à forma, quia agens & mouens ꝓcedit illud, quod agit & mouetur ab eo. formalis aũt & materialis eſt H cũ generatione. Et hoc intendebat cùm dicit: ea aũt, quæ ſunt vſt, ſunt inſimul. cauſæ autẽ, per quas res fit ens, & vnũ, ſunt cum eo, quod ꝑ ipſas fit totũ inſimul, cùm talẽ diſpoſitionem habeant in congregato, ſicut partes in toto. D. dedit exemplum, & dicit: ſi enim homo eſt ſanus, &c. i. ꝙ ſanitas nõ præcedit hominem ſanum, cùm ſanitas in ſano eſt quaſi forma. ſanus aũt neceſſe ẽ vt præcedat ſanitatem, & ſiſt figura ſphæræ, quæ eſt quaſi forma ſphęrę, non præcedat ſphæram.

Hic vt dicere mãm præcedere formã: cuius oppoſitũ vide. 9. Meta. 15. Vide cõtr. Zimaræ.

I Si autẽ aliquid poſterius permanet, conſyderandum eſt. in quibuſdã enim nihil prohibet, veluti ſi anima tale ſit, non omnis, ſed intellectus. omnẽ nanq; fortaſſis impoſſibile eſt.

Si autẽ aliquid remanet in poſtremo, quærendum eſt de hoc. in quibuſda enim non eſt impoßibile. Verbi gratia, ſi anima eſt talis diſpoſitionis, non tota, ſed intellectus. tota enim forte impoßibile.

Dicit Alex. quærendum eſt, ſi aliqua iſtarũ formarũ remanet, poſtq̃ compoſitũ corrumpit, deinde narrauit vnde veniat ad hanc quęſtionem. qm̃, quia aĩa hominis eſt forma eius, & intellectus eſt aliqua forma, & virtus aĩæ remanet poſtquã homo corrumpit, poſſibile eſt vt aliqua fora materialis remaneat, poſtq̃ compoſitũ corrumpit, ſed non tota anima remanet. Quædã enim virtutes aĩæ non habent eſſe niſi cũ mãt vt cibabilis, & ſenſibilis, & imaginatiua, & deſyderatiua. Neq; ẽt iſte intellectus, qui eſt virtus aĩæ, & exiſtimatur, ꝙ eſt pars eius, poſſe eſt vt re L maneat. Intellectus enim quẽ dicit in lib. de Aĩa, ſ. ꝙ remanet, ſ. intellectus adeptus, non eſt intellectus iſte, neq; ẽt eſt pars animæ, neq; eſt etiã forma materialis, vt declaratum eſt illic. Et d. forte, quia demõ ſuper hoc non eſt iſtius artis, ſed libri de Anima. Et hoc, quod dicit Alex. eſt ſua opinio de intellectu, ſ. ꝙ nullus intellectus remanet niſi adeptus intellect'. Intellectus aũt in habitu, & materialis corrũpit apud ipſum. & hunc intellectum intẽdebat, cùm M dicit: neq; ẽt iſte intellectus, qui eſt virtus aĩæ, & reputatur ẽt eſſe pars eius. poſſe eſt vt remaneat. & ideo ẽ, ꝙ intellectus, quẽ dicit in lib. de Aĩa remanere, ſ. adeptus, non eſt iſte, ſ. qui eſt habitus animę, nq; pars eius.

Sed nõ eſt talis ſentẽtia Theophraſti, neq; aliorũ Peripateticorũ, neq; Themiſtij: ſed reputabãt pluresẽorum, ꝙ intells materialis remanet, & ꝙ intelligẽtia agens abſtracta, eſt quaſi forma in intellectu materiali, vt compoſitum ex mã & forma: & ꝙ ipſa creat intellecta vno modo, & recipit ea alio modo. agit enim eas

17 K

inquantũ

A inquantum eſt forma, & recipit eas ſm intellectum materialem. Nos autem iã perſeruatiſum⁹ de iſtis duabus opinionibus in lib. de Anima, & diximus, ꝙ intelligentia agẽs eſt quaſi forma in intellectu materiali, & ꝙ ipſa agit intellecta, & recipit ea ſm intell'm materialem: & ꝙ intellectus materialis nõ eſt generabilis & corruptibilis. & declaranimus illic, ꝙ hæc eſt ſententia Ariſt. & ꝙ intellectus in habitu habet partẽ generabilem & partẽ corruptibilem. Illud aũt, quod corrumpit', eſt actio eius in ſe, aut non corrumpit', & ꝙ ex extrinſeco intrat nos. Si enim eẽt ge-

B nerabilis, conſequeret' trãſmutationem, vt declaratũ eſt ſupra in tractatibus ſubſtãtiæ, ſ. cùm declarauit ꝙ, ſi aliquid fieret ſine trãſmutatione, tunc aliquid fieret ex nihilo. & ideo intellꝰ, qui eſt in potentia, eſt quaſi locus iſtius intellꝰ, non quaſi mã. Et ſi actio iſtius intellect⁹, ſm ꝙ copulatur cũ intellectu materiali, eſſet nõ generabilis, tunc actio eius eſſet ſubſtantia eius, & nõ haberet neceſſitatẽ in hac actione, vt copularetur cũ intellectu materiali. Sed, cũ fuerit copulat⁹ cũ intellectu materiali,

C erit actio eius, ſm ꝙ copulatur cum eo actio alia à ſubſtãtia eius: & fuit aliud, quod agit ſubſtãtia, & eſt alij non ſibi. & ideo poſſe eſt vt aliquod æternũ intelligat aliquod generabile & corruptibile. Si igit' iſte intellectus denudetur apud perfectionem humanam à potentia, neceſſe eſt vt deſtruat' ab eo hęc actio, quę eſt alia ab eo. & tunc aut non intelligemus omnino p hunc intellectũ, aut intelligemus ſm ꝙ actio ei⁹ eſt ſubſtantia ei⁹, & impoſſibile eſt vt in aliqua hora non intelligamus per ipſum.

Cõ. 5. tertij d Anima. & com. 10

Relinquit'igitur, cũ iſte intellꝰ fuerit denudatus à potẽtia, vt intelligamus per ipſum, ſm ꝙ actio eſt ſubſtantia eius, & eſt vltima ꝓſperitas. D

Manifeſtũ itaq; eſt, q; pp hæc non oportet ideas eſſe. hõ naq; hominem generat, ſingularis aliquẽ. Similiter ẽt in artibus. Medendi enim ars rõ ſanitatis eſt.

Manifeſtũ eſt igitur, quòd nullo modo indigemus propter hoc vt formæ ſint. homo enim generat hominem, quod eſt vnũ: vnde homo ex hominibus. Et ſecundum hoc in artificijs. ars enim Medicinæ eſt ratio ſanitatis. E

Cùm declarauit, ꝙ cauſat ũ quædam ſunt agentes, & ſunt præcedentes ad eſſe, & quædã ſunt partes rei, & ſunt cum ea, dicit, ꝙ manifeſtum eſt ꝙ nihil cogit nos dicere formas Platonis. quoniam, cùm illud, quod fiet, fiat ex conuenienti in nomine, nulla eſt indigentia vt formæ ſint. homo enim generatur ex homine, & equus ex equo, & vnum ex vno, & particulare ex particulari, nõ particulare ex vniuerſali, ſicut dicit dicens formas eſſe. ita enim eſt de na- F

18

tura, ſicut de arte. Ars enim agens ſanitatem eſt forma ſanitatis exiſtens in anima Medici. & ſicut artifex, cũ agit, nõ indiget exemplari, ad quod reſpiciat cùm agit, cùm illud, quod habet de forma illius quod fit, ſufficiat ei in actione, ita eſt de nã agente, ſ. ꝙ non agit, niſi ſm ꝙ habet formam illius, ꝙ fit. & ideo neceſſe eſt vt cõueniens fiat ex conuenienti. Themiſtius aũt dicit hunc ſermonẽ eſſe ſufficiẽtẽ, ſed dicit ipſum oblitũ fuiſſe aĩalia, quę fiunt ex non ſimilibus.

Digreſſio ſua pri- inducunt verba Themiſtij, contra Ariſto- negantem ideas.

Veſpę

G Veſpæ n. videntur fieri ex corporibus equorum mortuorũ, & apes ex corporibus vaccatũ mortuarum, & ranę ex putrefactiõe aquæ, & muſciliones ex vino corrupto. natura .n. non facit iſta ex ſimilibus in forma. & nos bene ſcimus, ꝙ in ſpermate cuiuslibet animalis & plantæ ſunt proportiones proprię, & rõnes quibus, ea quæ generant ex eis ſunt animalia propria, aut plãtę proptię: ita ꝙ ex ſpmate hoīs non fit equus, neq; equi homo: neq; ex ſemine alicuius plantę alia planta, neq; ſunt reſpondentia iſtis proportionibus in
H eis, ex quibus generant iſta aīalia, niſi in natura fuerint poſitæ prius ꝓportiones habiles ad faciendũ quãcunq; ſpeciẽ poſſibilẽ in ſpeciebus animalis, cùm inuenerint naturam conuenientẽ, vt aliqd animal fiat ex ea. D. & non decipiat te vilitas animaliũ taliũ. & cogita ꝙ maius mirũ eſt de ſcientia operantis aliqd de luto, q̃ de ſcīa eius in faciẽdo aliquid ex auro. &, ſi tu bene conſyderaueris de aīalibus maioribus iſtis, inuenies, ꝙ proceſſus naturæ in eis eſt talis proceſſus. Neceſſe .n. eſt vt proportiones & formæ eius ſint in
I nã, ſm quas facit id, qd facit. Hõ. n. quamuis generet ab homine, tñ pater nihil facit in compoſitione eius, quia eſt īpoſſibile vt ſit melior: ſed oportet vt ſit talis diſpõnis per illud qd poſitum eſt in natura cuiuslibet ſubſtantiatũ ex proportionibus & formis. Ars aũt nihil facit in corpore, niſi in extremitatibus tñ, natura vero in ipſo corpore toto. & nõ eſt mirum, quamuis natura nõ intelligat aliquid de hmõi, & tñ facit hoc inducendo aliquam intentionem. & hoc demonſtrat ꝙ aliquid rememorat ipſam de cauſis nobilioribus, vt anima, quæ eſt in terra: de quo Plato dicit, ꝙ fit ex Dijs ſecũdis, & Ariſt. ex Sole & orbe decliui. & ideo facit illud, qd facit, inducendo ſe paulatim ad intẽtionem, quæ agitur, & ipſa non intelligit intentionem: ſicut videmus homines loquentes futura, & nihil intelligunt de eo, quod dicunt. & vtr neceſſe eſt vt in natura ſint proportiones, & formæ, cùm in generatione rei indigeatur ſuo ſimili. ſed oīa, q̃ generantur, non habent ſimile, ex quo generant: ſed cũ indiguerimus aliqua forma, tunc aliqua actio eſt, & L
ſciemus, ꝙ non fit per ipſam ſolã: & ſic fiet ipſa forma, quaſi eſſet latens in aliqua re. & in rei veritate latet in natura generante hæc igit ſunt verba Themiſtij. Et apparet, ꝙ iſte nõ intelligit qũo fit generatio, & quid eſt dicere, ꝙ generatum fit à conuenienti in definitione & ſubſtantia. Cùm .n. intellexit, ꝙ generatum fit de nouo à cõuenienti, i ꝙ creat formã eius, & ponit eã in materia, qua ſi eſſet aliud in materia, fuit neceſſe apud ipſum, vt in rebus nãlibus ſint formę creantes animalia, & plantas,
& generata ex putrefactione, ſ. M
formæ dantes animato creationẽ, & lineationem, & animã. Et contingit in iſtis formis, ſi agens fuerit cõueniẽs, vt ſint animę, aut abſtractę, aut nõ abſtractę. ſed, ſi animę fuerint nõ abſtractæ, & fuerint in inſtrumẽtis propriis (& in iſtis formis generantibus formas animaliũ generatorũ ex putrefactione non apparet) neq; ſubiecta propria ſunt abſtracta. aut aliqs dicet, ꝙ ſint nõ abſtractę, & nõ habent de inſtrumentis, niſi principiũ, ſ. calorem animalem. & ſi iſtæ fuerint

Nota de Prophetia.

Reprobatio Themiſtij.

A fuerint hmõi, erunt factæ. A quo igitur fiunt tales formę? & omne factum à conueniente fit. & ideo putatur, ꝙ iſte ſermo coget formas dicere eſſe. Et hoc non tantũ contingit in animalibus, q̃ fiunt ex putrefactione, ſed in ſeminibus. Cùm.n. dixerimus, ꝙ neceſſe eſt in ſeminibus vt ſint virtutes, & formę ſimiles rebus artificialibus, quę agũt ea, q̃ habent ſemina, & poſuerimus eas factas, continget vt habeãt alias formas, à quibus fiant. quapropter neceſſe eſt formas abſtractas eſſe. Vnde quidam dicunt, ꝙ omnes formę ſubſtantiales fiunt à forma abſtracta exrinſeca, quę dicitur à q̃buſdam dator formarũ. & dicũt, ꝙ hæc eſt intelligentia agens. & rõcinãtur ſup hoc, ꝙ virtutes actiuę ſunt quatuor qualitates, calor, frigus, humidum, ſiccũ: & ꝙ nihil eſt in materia agens, niſi iſta, quę agunt ſua ſimilia. formę autem ſubſtãtiales nõ agunt in quibuſdã. ignis.n. cùm fecerit alium ignem ſimilem ſibi ex corpore graui, tunc forma ſubſtantialis, quæ eſt in eo, v.g. leuitas, non agit in illo corpore graui, qđ fecit ignem, aliã leuitatẽ ſimilẽ ſibi, cùm
C aperte fuerit dictum in lib. peri Geneſeos, ꝙ nulla é in igne virtus agẽs, niſi calor. Et, cùm ita ſit, cũ forma ignis ſit in corpore cõbuſto ab alio igne, neceſſe eſt, ꝙ hæc fiat altero duorum modorum: aut vt forma ignis fiat in corpore cõbuſto conſequens factionẽ caloris ignei in eo, ſicut actiua conſequunt formas, & hoc eſt inconueniens. & contingit ſm hoc vt fiat forma ex non forma. & hoc nõ dicunt in anima & in omnibus formis ſubſtantialibus. & dicũt, ꝙ nõ videmus aïam fieri ex aïa, ſed ex non aïa Si igitur factio ſit ex D conuenienti, neceſſe eſt animã abſtractam eſſe, ex qua fiunt iſtę animę. Et hoc iam aperte dicit Them. in ſuo lib. de Anima, cũ locutus fuit de intellectu, ſicut dicit, cũ dicit ꝙ iſta anima eſt illa, quam Plato dicit fieri à Dijs ſecũdis, & Ariſt. à Sole, & orbe decliui. Et iſta quidẽ quæſtio eſt valde difficilis. Et nos dicemus in hoc ſm noſtrũ poſſe, & ſm propõnes, quas habemus de ſnĩa ipſius Ariſt. quę eſt vt dicit Alex. minoris dubitationis oĩum ſnĩarũ, & magis conueniens vt ſit vera. Dicamus igitur, ꝙ omnes dicentes agẽs aliq̃d eſſe & generationem eſſe vĩr, ſunt bipartiti & valde cõtrarij, & habent medios, & quidã eorũ ſunt dicentes latitationẽ, & contrarij eorũ ſunt dicentes creationẽ. Dicentes.n. latitationem dicunt, ꝙ qđlibet eſt in quolibet: & ꝙ generatio eſt exitus rerum abinuicẽ: & ꝙ agens nõ eſt, niſi extrahens & diſtinguẽs eas abinuicem. ꝙ autẽ agens apud iſtos non eſt niſi mouens, manifeſtũ eſt. Dicentes autẽ creationem, dicunt, ꝙ agẽs creat totum ens de nouo ex nihilo, quod non habet neceſſe ad hoc vt ſit materia, in quam agat, ſed creat totum. & hæc eſt opinio Loquentium in noſtra lege, & lege Chriſtianorum: de qua Ioannes Chriſtianus opinabatur, ꝙ poſſibilitas non eſt niſi in agente, vt Alpharabius narrauit in libro de entibus tranſmutatis. Opiniões aũt mediæ inter iſtas duas videntur reduci in duas: quarum vna diuidit in duas, & ſunt tres. Iſtæ quidem tres conueniunt in hoc, ꝙ ponunt generationem eſſe tranſmutationem in ſubſtantia, & ꝙ nihil generat ex nihilo,

Opĩo Auicẽnæ ſcolastici, ſeu datorẽ formarum.

Snĩa Ariſtotelis minoris dubitationis oĩum ſnĩarũ, & magis cõueniens vt E ſit vera. idẽ. 2. cœl. cõ. 1.

F Opĩo Chriſtianorũ, & Saracenorũ, & Iudeorum.

G ſ. ꝙ neceſſariũ eſt in generatiõe ſubiectum eſſe, & ꝙ generatum nõ fit niſi ab eo, qđ eſt ſui generis in forma. Vna autem iſtarum opinionũ eſt, ꝙ agens creat formam, & ponit eam in materia. Et iſtorum quidã dicunt, ꝙ illud agens non eſt in materia omnino, & vocant ipſum datorem formarum: & Auic. eſt de illis. Quidam dicunt, ꝙ illud agens inuenitur duobus modis, aut abſtractum à materia, aut non. illud autẽ, quod eſt nõ abſtractum apud eos, eſt ſicut ignis, qui facit ignem, & homo generat hominẽ. Abſtractum H vero eſt illud, quod generat animalia & plantas, quæ ſunt non à ſimili. Et hęc eſt ſententia Themiſtij, & forte Alpharabij, ſm ꝙ apparet ex ſuis verbis in duabus philoſophijs: quamuis dubitet in ponendo hoc agens in animalibus generatis à patre & matre. Tertia autẽ eſt opinio Ariſt. & eſt, ꝙ agens non facit niſi compoſitum ex materia & forma. & hoc fit mouendo materiã, & traſmutando eam, donec exeat de ea illud, quod eſt de potentia in ea, ad illam formam in actu. Et in iſta opinione eſt quędam ſimilitudo dicen I tis, ꝙ agens non agit niſi ordinãdo ſegregata, & eſt ſententia Empedocles. & nos dimiſimus hanc ſnĩam de agente, cùm dicimus ſententias hominum. ſed agens apud Ariſto. non eſt congregans inter duo in rei veritate, ſed extrahens illud, qđ eſt in potentia ad actum, & quaſi congregat inter potentiam & actũ, ſ. inter materiã & formam, ſm ꝙ extrahit potentiã ad actum, nõ deſtruendo ſubiectum recipiens potentiã: & tunc efficiunt in compoſito duo, ſ. materia & forma. Et euã aſſimilatur creationi, inquantum illud, qđ K eſt in potentia, fit in actu: ſed differt à creatione, quia non conuenit per formam ex nõ forma. & ſimiliter aſſimilatur latitationi aliquãtulum. & oẽs dicentes creationẽ, aut latentiam, aut congregationem & ſegregationẽ, hoc intendebãt, & nõ potuerunt pertingere ad illud. Intentio igitur ſermonis Ariſt. ꝙ conueniens fit à cõueniente, aut prope conuenientẽ, non eſt ꝙ conueniens agit per ſe & per ſuam formã, formã ſibi conuenientis: ſed eſt dicere, ꝙ extrahit formam ſibi conuenientis ex potentia in actum, & non eſt L agens, quia adducit in illam materiã aliquid extrinſecũ. Et ſic eſt in hoc de ſubſtantia, ſicut in alijs accidentibus. calidum. n. non inducit in corpus calidũ calorem extrinſecũ, ſed facit calidum in potentia eſſe calidum in actu. Et ſic eſt de magnitudine conſequente generationẽ, ſ. ꝙ magnitudo, cũ fuerit tranſmutata apud generationem ex quantitate in quantitatẽ aliam non tranſmutabitur ex quantitate aduenente ex extrinſeco. Et ſimiliter motus localis non eſt veniens ab extrinſeco à motore. & ideo non eſt neceſ- M ſe, vt agens omnino ſit conueniens ſm omnes modos. Generans igitur animam nõ eſt dicere, ꝙ ponit animã in materia, ſed ꝙ extrahit illud, quod eſt anima potẽtia, ad eſſe animã in actu. Vnde ignis generatur à motu, ſicut ab igne. Et intentio proportionũ & formarum exiſtẽtium in generantibus animalia eſt, quia extrahunt proportiones & formas, quæ ſunt in materia ex potentia in actum: & omne extrahens aliqd ex potentia in actum, neceſſe eſt vt in eo

Opio Aui. de qua ḡre ipſum ſ. 9. Meta. ſuę. cap. 4.

Opio The.

Opio Ariſ.

Ages apud Ariſt. nõ ẽ cõgregãs ſ ter duo in rei veritate ſed extrahẽ illd, qđ ẽ in potentia ad actũ. Vide com. 15. 8. Metaphy.

Vide 2. cor li. cõ. 42.

A eo ſit aliquo modo illud, qđ extrahit, non ꝙ ſit ipſum ſm oēs modos. Virtutes igitur, quæ ſunt in ſeminibus, quę faciunt animata, non ſunt animatę in actu, ſed in potentia: ſicut domus, quę eſt in anima Ædificatoris, eſt domus in potentia nō in actu. Et ideo Ariſt. fecit aſſimilationem de iſtis virtutibus ad virtutes artificiales, & dicit in lib. de Animalibus, ꝙ iſtę virtutes diuinæ ſunt, cū habeant potentiā dandi vitā, & ſunt ſimiles virtutibus, quę dicuntur intelligentię, quia adducunt ad finē.

Virtutes, q̄ ſunt ī ſeminibus, ſi ſunt actu animatæ. Vide Idē. 7, Me. c. 31.

B Et, quia iſta ſemina nō faciūt hoc, niſi per calorem, qui eſt in eis, & calor ignis non facit niſi calefactionē aut deſiccationem, non figurā, neq; formam animatā, dicit Ariſt. in lib. de Animalibus, ꝙ iſte calor nō eſt ignis, neq; igneus. Ignis. n corrūpit animalia, non generat, iſte autē calor generat. & ideo vī ſimilis calori artificiali, quē ars menſurat ad aliquam operationē. & iſte calor habet formā, qua conſeruat' in ſua mē ſura, & iſta forma non eſt anima in actu, ſed in potentia: & eſt quam Ariſt. aſſimilat arti & intellectui. & ideo vocat calorem iſtum calorem animæ nō animatū. & iſte calor eſt in ſeminibus, & fit ab habente ſemē & à Sole. Vnde Ariſto. dicit, ꝙ hō generatur ex hoīe & Sole: & factus eſt ille calor ex terra, & aqua ex calore Solis admixto cum calore aliarū ſtellarū. Et ideo Sol & alię ſtellæ ſunt principium vitæ cuiuslibet viui in natura. Calor igitur Solis & ſtellarum diffuſus in aqua & terra, genetat animalia ex putrefactione nata, & vī r omnia, quæ fiunt ex nō ſemine: nō ꝙ illic ſit anima in actu * inuēta in orbe decliui & à Sole, ſicut narrat Themiſtius. & oīa iſta declarata ſunt in lib. de Animalibus. ergo calores generati ex caloribus ſtellarum generātes quamlibet ſpeciem ſpecierum animalium, habēt menſuras proprias illius caloris ex quantitatibus motuum ſtellarū, & diſpoſitionibus earum adinuicē in propinquitate & remotiōe. Et iſta meſura prouenit ab arte diuina intellectuali, qnæ eſt ſimilis vni formæ vnius artis principalis, ſub qua ſunt artes plures. Secundum hoc igitur eſt intelligendum, ꝙ natura facit aliquid perfecte, & ordinate, quā uis non intelligat, quaſi eſſet rememorata ex virtutibus agentibus nobilioribus ea, quæ dicuntur intelligentię. Iſtæ aūt proportiones, & virtutes quæ fiunt in elementis à motibus Solis & aliarum ſtellarum, ſunt hæ, quas reputat Plato eſſe formas, & eas intendit: ſed lōge reſpiciebat eas, quapropter dicit formas eſſe. Ariſt. aūt ſuſtētat' ſup hoc, ſ. ꝙ agēs nō inuenit formam, creando eam. qñ, ſi creaſſet eam, tunc aliquid fieret ex nihilo. & ideo forma apud ipſum non habet generationē, neq; corruptionē, niſi accidentaliter, ſ. p generationem & corruptionem cō poſitū. &, cū hō conſeruauerit hoc fundamētū, nullus error accidet ei. Imaginatio ergo ſuper creationes formarum induxit homines dicere formas eſſe & datorem eſſe formarum: & induxit Loquentes triū legum, quæ hodie quidē ſunt, dicere aliquid fieri ex nihilo. & cū Loquentes noſtræ legis opinabātur ꝙ agens agit creando formā ex nihilo, & nullum hmōi agens viderunt hic, dixerunt vnum agens omnia entia ſine medio, & ꝙ actio iſtius

Dſia inter caloré elemētalé & cœleſtē. ꝙ quo vide. 2. de Gene. aſſaliū. ca. 3 & 2. ca. de ſubſtātia orbis. & 4. Cœ. c. 32. Sed vid' op poſitū l. 1. Phyſicorū c. 15. Vide contra. Zi.

C

* a. Liniun & a ex.

D

E

Rō & fundamētum F opinionis Ariſto.

Contra leges.

Vide cōſimile. 9. Me. c. 7

G agẽtis trãſit in vno inſtãti in actiones contrarias & conuenientes & infinitas: ita ꝙ negant ignẽ comburere & aquam humectare, & dicunt oĩa iſta indigere creatione. Sed corpus non creat corpus, neq; facit venire in corpore aliquã diſpoſitionẽ adeo ꝙ dicunt ꝙ homo, cũ mouet lapidem expellendo, nõ eſt mouẽs, ſed illud agens creat motũ. & negauerunt pp hoc potentiã eſſe. & error iſtorum eſt manifeſtus. Iſtis et hominibus accidit mirabile. Dicũt enim ꝙ agens non põt priuare aliquid: actio. n. agentis nõ eſt niſi in
H inueniendo, non in priuando. Conſydera igitur, qũo reputant eſſe impoſſibile, ꝙ agens trãſmutet ens ex eſſe in non eſſe, & nõ reputant eſſe impoſſibile ex non eſſe aliquid eſſe. Si igitur aliquis dixerit qũo agens facit ptiuationes? Dicemus ſicut facit inueuire, & eſt extrahere illud, qđ eſt in potentia in actum. Generatum enim in actu eſt corruptũ in potentia. & oĩs potentia non exit in actum, niſi pp extrahens, qđ eſt in actu. Si igitur potentia nõ eſſet ens, non eſſet agens omnino. & ſi agens non eſſet, nihil eſſet hic omnino in
I actu. Et ideo dr, ꝙ omnes proportiones, & formæ ſunt in potentia in prima materia, & in actu in primo motore: & aſſimilatur aliquo modo eſſe eius, quod fit in anima artificis. Reuertamur igitur ad noſtrum locum.

Quot, quibuſcunq; modis ſenſibilium rerum principia eadẽ dici poſſint, & quibus minime. Cap. 4.

CAuſæ vero, atq; principia quodam quidem mõ alia aliorũ ſunt, quodam vero mõ non, ſiquis vlr dicat, & ſm K
proportionem omnium eædẽ. dubitare nãq; quiſpiam poſſit, vtrum alia, an eadẽ principia et elementa ſubſtantiarum ſint, & eorũ, q̃ ad aliquid ſunt. & eodẽ modo in quolibet prædicamento. At abſurdũ eſt, ſi omniũ eadẽ ſunt. ex eiſdẽ. n. erit ad aliqd et ſubſtãtia. Quid igiť hoc erit ℓ præter. n. ſubſtantiam, & alia, q̃ prędicantur, nihil cõe eſt. prius aũt elementum eſt, q̃ ea, quorũ eſt elementum. At vero nec ſubſtantia eorum, quæ ad aliquid L
ſunt, elementũ eſt, nec aliquid horum ſubſtantiæ.

Et principia ſunt rerum diuerſarum, & cauſæ, & ſunt ſicut hõ debet dicere vniuerſaliter omnia eadem proportionaliter. Et debet homo dubitare, vtrum materia & elementa ſubſtantiarum, & relationũ, et omnium prædicamentorum ſint ſimiliter eadẽ. Sed eſt inconueniens, ſi principia ſint eadem, ſubſtantia autem & re- M
latio erunt ex eiſdem, ex eo quòd hoc non erit ens, quoniam inuenitur extra ſubſtantiam, et illa alia aliquod vniuerſale, & elementum quàm illud, quod eſt elementum eis. Et ſubſtantia non eſt elementum rerum relatiuarum, neque iſtæ etiam ſubſtantiæ.

Iſta q̃ſtio iam inducta eſt in prin 19
cipio iſtius artis, & modo iterat eã ad diſſoluendũ eã. & eſt qõ, vtrum prin-

A principia & elemẽta decẽ ꝓdicamẽtorũ ſint eadẽ, aut diuerſa. Et primo ponit ſm quẽ modũ ſunt eadẽ, & dicit, ꝙ cauſæ, & principia prędicamentorũ, quãnis ſint rerũ diuerſarũ, bene põt hõ ponere ea eadem ſm proportionalitatẽ. Et quia hoc non apparet, niſi cũ fuerit declaratum, ꝙ non ſunt eadẽ ſimplr, neq; diuerſa ſimplr, incœpit declarare hoc, & dicit: Et debet hõ dubitare, &c. i. & ſunt eadẽ ſm ꝓportionalitatẽ, non ſm definitionẽ: quia hõ debet dubitare, vtrũ elementa ſubſtãtię ſint elementa relationis & alio-

B rũ, aut non. Sed eſt inconueniens, vt ſint eadem, tunc enim ſubſtantia & relatio erunt ſub eodem genere. Et dicit ꝓprie relationem: quia eſt debilioris eſſe alijs prædicamentis: ita ꝙ quidã repntauerũt ipſam eſſe ex ſecundis intellectis. D. incœpit dicere impoſſibile conſequens hanc poſitionẽ, & dicit: ex eo ꝙ hoc non erit ens, qm̃ inuenit extra ſubſtantiam &c. i. & ſequit ex poſitione eorũ, vt ſub vno genere eſt natura vlis alia à quolibet decẽ ꝓdicamentorũ, & eſt nã cõis. Et quia aliquis põt dicere, ꝙ & ſi iſta natura nõ fuerit de-

C cẽ prędicamenta, poſſibile eſt vt ſit vnũ eorũ, ſ. ſubſtantia, cũ exiſtimatũ eſt, ꝙ ſubſtãtia eſt principium, & elementũ aliorũ: &, cũ oĩa exiſtant in ſubſtantia, & ſubſtantia antecedat ea in definitione & alijs modis, dicit: Et ẽt ſubſtantia nõ eſt elemẽtũ rerũ relatiuarũ, neq; iſtæ ẽt ſubſtãtię. i. & impoſſe eſt ponere, ꝙ ſubſtantia ſit elemẽtũ relatiõis & aliorũ, & tacnit impoſſibile, qm̃ manifeſtũ eſt. Manifeſtũ eſt. n. ꝙ elemẽta ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ, & elemẽta relationis relatio. Et, ſi ſubſtantia eſſet elementũ relationis & aliorũ, D cõtingeret vt oĩa eſſent ſubſtantia. omne. n. cuius elementũ eſt ſubſtãtia, eſt ſubſtãtia. Et ſimiliter eſt impoſſe ponere vnum aliorũ eſſe elementũ oĩum, v. g. relationẽ. contingeret. n. omnia eſſe relatiua: & contingeret, vt in aliqua hora diſſolueretur ſubſtantia in relationẽ, aut relatio in ſubſtantiã. & hoc contingit in genere, quod eſt in materia, non in eo, quod eſt in forma. Idem. 1. de Aĩa. cõ. 2.

Item, quo modo continget oĩum eadem eſſe elementa? nullum enim elementorum idem poteſt eſſe ei, quod ex elementis E componitur. veluti ipſi BA, ipſum B, aut ipſum A.

Et etiam, quomodo eſt poſſibile vt omnia elementa ſint eadem? nullum enim elementorum poſſibile eſt vt ſit illud, quod eſt compoſitum ex elementis, vnum. Verbi gratia, vt A ſit B quoddam.

Manifeſtatio iſtius ſermonis eſt, 20 ꝙ elementa decem prędicamentorum impoſſe eſt vt ſint eadẽ. contingit. n. vt elemẽta & compoſitum ex elemento ſint idẽ. Et Alex. dicit, ꝙ F iſta ratio eſt probabilis. non. n. contingit ex nã illius, cuius eſt elementũ vt ſit cũ eo idẽ. elemẽtũ. n. cũ eo, cuius eſt elementũ, eſt eiuſdẽ naturæ: ſed tamen elementum in illa natura eſt ſimplex, & elementatum compoſitum. hoc igitur non contingit, niſi ponendo elementum eſſe vnum illorum, & eſſe elemẽtum omnium tunc. enim contingit vt elementum, & elementatum ſint idem. & hoc non videtur ex ſuis verbis. Et ideo dicit Alex. forte intenExpõ Alc.

G debat ꝙ, ſi elementū omnium prę-
dicamentorum fuerit aliquod ens
aliud à prędicamētis, neceſſe eſt vt
habeat etiā elementum. Omne n.
habet elementum. aut igitur illud
elementū habebit elementum, aut
elementum & elementatum erunt
idē. Et hoc, qđ dicit Alex. eſt ét pro-
babile. non. n. contingit, vt quidli-
bet ſit ex elemento, cū oē ens aut ſit
elemētum, aut ex elemento: niſi po
natur, ꝙ oē ens ī actu neceſſe eſt vt
ſit ex elementis. Si igitur omnia ele
menta ſunt in actu, continget, vt oē
elementatum habeat elementū. &
H hoc aut procedat in infinitum, aut
elementum & elementatum erunt
idē. Et hoc diſſoluetur ponēdo, ꝙ
eorum, quæ ſunt in actu, quędā ha
bent elementa in actu, & quędam in
potentia. & hæc diſpoſitio eſt corpo
rū ſimplicium, quę ſunt elemēta cō
Themiſtij expoſitio. poſitorum. Themiſtius autem ali-
ter expoſuit, dicendo ꝙ, ſi decē prę-
dicamenta habeant elementū vnū
aliud ab eis, neceſſe eſt aut vt ſit ex-
trinſecum ab eis, i. ptędicatū de eis,
aut intrinſecum in eis, i. ꝙ oīa præ-
dicantur de ea. Si extrinſecum, con-
tingit vt aliquid præcedat ſubſtan-
I tiam & alia prædicamenta. Si autē
intrinſecum, continget, vt compo-
ſitum prędicetur de ſimplici, ex quo
componitur: & tunc res prædica-
tur de ſuo elemento. Quapropter
erunt idem hoc modo: ita ꝙ vere
prædicabitur ſyllaba de conſonan-
te & non conſonante, quæ ſunt ele-
mēta ſyllabæ. & vtrunq; eorum eſt
vna pars ſyllabæ. & hoc intendebat,
cùm dicit: vt A ſit quoddam B. i. v.
g. ꝙ A non eſt conſonans. & ſimili-
ter eſt de dictionibus cū ſyllabis. Et
inuenimus Alexan. poſt exponen-
tē hunc ſermonē hac expoſitiōe. Et K
in quadā ſcriptura inuenimus ſic:
Et ét, qūo eſt poſſibile dicere eadē
eſſe elementa oīum? i. cùm hoc no
men ens demonſtret eis elemētum
cōe, i. cùm hoc nomen ens demon-
ſtret eis elementū in aliqua nā cōi:
& demonſtrat vnumqđque eorū:
ergo ipſa ſunt vera elementa.

Neq; ſanè vllum intelligibiliū
vt vnum vel ens, elementū eſt.
hæc enim vnicuiq; compoſitō-
rum inſunt. nullum igitur eorū
neq; ſubſtantia, nec ad aliquid
erit. at neceſſarium eſt. L

Neq; ēt ex elementis intellectus,
vt de vno, aut de ente. hæc. n. duo
exiſtūt in omni compoſito. nullum
enim eorum eſt ſubſtantia, aut re
latio. ſed neceſſarium.

Cùm declarauit, ꝙ impoſſibile 2 r
eſt vt decem prædicamenta habeāt
vnum elementum ſenſibile, vult de
clarare, ꝙ neq; etiam erit ex intelle-
ctis vl'ibus vnum & ens. i. ꝙ nō po-
teſt aliquis dicere, ꝙ vnum & ens
ſunt genera & elementa iſtorū, & ꝙ
ſunt extrinſeca ab eis. & hoc inten-
debat, cùm dicit: Neq; ēt ex elemē M
tis, &c. D. d. hæc. n. duo exiſtuntin Pria expo-
omni compoſito. Et Alex. expoſuit ſitio Alex.
hunc ſermonem duobus modis ſic.
Ens. n. & vnum demonſtrat ſimpli
cia ſicut compoſita. ſi igitur elemē-
tum eſt vnum & ens, tunc ſimplex
non eſt magis elementū compoſiti
q̄ compoſitum ſimplicis: vtrunq;
.n. eſt vnum & ens. Aut ſic: Con- Scđa expō.
tingit enim vt compoſitum & ſim- eiuſdem.
plex ſit idem, cùm hoc nomen vnū Pria expō
eodem modo dicatur de eis. D. d. & ſup vno &
nullum eorum eſt ſubſtantia aut nullum.
relatio,

A relatio, ſed neceſſarium, & Alex. dicit, ꝙ oportet coniungere iſtũ ſermonem ad illud, qđ dixit prius, ſ. & et quomodo eſt poſſibile dicere eadem eſſe elementa omniũ: nullum .n. elemẽtorum, &c. i. dicit, qm̃ hoc, quod dicit, nullum .n. eorũ eſt ſubſtantia aut relatio, cõſequitur hunc ſermonẽ: qm̃ ſermo eius eſt de elementis. Et dicit, & intendit per hoc quod dixit, nullum .n. eorũ eſt ſubſtantia aut relatio. ſed neceſſarium, ꝙ, ſi vnum & ens fuerint elementũ ſubſtantiæ & relationis: elementũ autem non eſt idem cũ ſuo elemen

B tato: tunc ſubſtantia & relatio, & alia prædicamenta non erunt vnũ, neq; ens, & ſi nullũ eorũ fuerit aut vnum aut ens, nullum eorum erit neq; ſubſtantia, neq; relatio, neque alia. qđ n. eſt non ens, non eſt. ſed neceſſarium eſt, vt hoc nomen vnum dicatur de omnibus. Dixit: Et poſſi

Secũda expõ ſup idem. bile eſt vt hoc, ꝙ dicit, nullum enim eorum eſt ſubſtantia aut relatio, ſi de vno & de ente, ſi aliquis dixerit, ꝙ aliqđ iſtorum duorũ eſt elementum compoſitorum. hæc .n. dno indigent ad hoc vt non ſint eadem cũ eis, quæ fiunt ex eis, vt non ſint in

C aliquo iſtorum generum. ſed vnũquodq; iſtorum generum eſt vnũ & ens. & ideo neq; vnum erit talis diſpoſitionis ſicut vnum, qđ eſt in iſtis, neq; ens. ſed eſt impoſſibile, vt vnum & ens ſint extrinſeca à decẽ generibus: ſed neceſſe eſt ꝙ, ſi aliqđ fuerit ens & vnũ, vt ſit in iſtis. qm̃, ſi elementata ſunt ſubſtãtia & quãtitas & qualitas aut aliud aliorũ: elementa autem ſunt animalia: tunc nullum iſtorum erit ens, neq; ſubſtantia, neq; quantitas, neq; qualitas, neq; aliquod aliorum. ſed hoc eſt neceſſarium. neceſſe eſt .n. vt ele D menta ſint ex entibus. Si igitur aliqđ iſtorum fuerit ens, & vnum, neceſſe eſt vt intret ſub vno prædicamentorum. hęc ſunt verba Alexã. Et abbreuiatio eius, qđ dicit in hoc capitulo, & in prędicto eſt, ꝙ, ſi decẽ prædicamenta communicent in aliquo, qđ eſt elementum eorum, v.g. in vno & in ente: vnum autẽ & ens non dicuntur niſi de decem prædicamentis: neceſſe eſt, vt elementa ſint hic prædicamenta. & hoc eſt in conueniens. continget .n. vt elemen tum & compoſitum ſint idem. Et etiã vnum & ens ſunt ex rebus vni- E uerſalibus, & quæ non habent eſſe extra animã. & vniuerſaliter vnũ, & ens non demonſtrat quodlibet compoſitorum, ſed decem prædicamentorum. Quodlibet igitur p̃dicamentorum eſt non ens. de quo enim ens dicitur non ens dicitur & ſic nulla erit ſubſtantia, aut quantitas, aut qualitas. ſed neceſſe eſt vt ſint: ergo vnum, & ens non ſunt vna natura communis alia ab eis.

Idẽ 10. Meta. c. 6. Ens, & vnũ nõ ſunt vna nã cõis alia à decẽ p̃dicamentis. Idẽ ſupra. c. 19. & 20. & 10. Me. cõ. 8.

Non ſunt ergo omnium eadem elementa. An (vt diximus) quodam modo quidẽ ſunt, quo F dam modo vero non. veluti ſortasſis corporum ſenſibilium calidum, tanquam forma, & alio modo frigidũ, vt priuatio. materia vero, qđ primo per ſe potentia hęc erat. ſubſtantię vero, tum hæc, tum ea ex his, quorũ hæc principia ſunt: aut ſi quid ex frigido, & calido fit vnũ, vt caro, aut os, neceſſe profectò eſt aliud ab his eſſe illud, qđ factũ eſt, horum itaq; eadem elemen-

G ta, atque principia ſunt, alia vero aliorum. Omnium vero ita quidem dicere non eſt, ſed analogice. quēadmodū ſi qs dicat, ꝙ prīcipia ſunt tria. forma, priuatio, & materia. verum vnūquodꝙ horum circa vnumqd̄que genus aliud eſt. vt in coloribus album, nigrū, ſuperficies, lumen, tenebræ. aer: ex his vero dies, & nox.

Elementa igitur omnium non ſunt eadem. Et ſunt, ſicut diximus, eadem vno modo, & alio modo non ſunt, vt elementa corporū. quod autem eſt ſicut forma calidum, alio autem modo frigidum priuatio. materia autē illud, quod eſt in potentia hæc duo, primum per ſe. Subſtantia vero eſt illa, et quæ ſunt ex iſtis, quorum ſunt hæc principia: & ſi aliquid ſit vnum ex calido & frigido, vt caro & os. quod enim fit, neceſſe eſt vt ſit aliud ab eis. iſtorum autem hæc H I *ſunt elementa, & principia, aliorum autem alia. Quòd autem ſic dicatur de omnibus, non eſt eis, ſed oportet æquare comparationē. vt ſi aliquis dixerit, quòd principia ſunt tria, ſcilicet forma, priuatio, & materia. ſed quodlibet iſtorum eſt diuerſum in vnoquoq; generum, in colore album, nigrum, ſuperficies, planities, obſcuritas, lumen, aer: & ex iſtis dies, & nox.*

Cùm induxit impoſſibilia cōtingentia, ſi principia decem prædicamentorum fuerint eadē natura, dicit: Elementa igitur oīum nō ſunt eadem, i. iam igitur declaratum eſt, ꝙ elementa decem prædicamentorum non ſunt eadē, ita ꝙ hoc nomē ens dicatur de eis vniuoce. Et, cùm declarauit, ꝙ impoſſibile eſt ꝙ elementa eorum ſint eadem ſimpliciter: & etiā fuit manifeſtum per ſe, ꝙ principia eorum non ſunt diuerſa ſimplr, ſed quia prędicamēta accidentiū cōſtituunt per ſubſtātiā, & quoddā eorū antecedit quoddam, K 22 dedit tertium modum verū, & eſt L quia principia eorum ſunt eadem proportionaliter. & dicit: Et ſunt, ſicut diximus, eadē vno mō, & alio modo nō ſunt. i. & cū non ſunt eadem ſimpliciter neq; diuerſa ſimpliciter, neceſſe ē vt ſint eadē vno mō, & diuerſa alio. D. dedit exēplum ad declarandū q̄ elementa ſunt ſubſtātiarū. quæ dicunt proportionaliter in oībus prędicamētis, & d. vt elemēta corporū &c. i. v. g. ꝙ principia in ſubſtātia declaratū eſt ꝙ ſunt tria, duo cōtraria, & ſubiectū: vt vnum contrariorū eſt quaſi forma & habitus, & aliud quaſi priuatio. q̄ autē M eſt quaſi forma, eſt ſicut calor, qui eſt forma quorundā elementorū, ſ. ignis & aeris. illud vero, qd̄ eſt quaſi priuatio eſt ſicut frigidum, qd̄ eſt forma terræ & aquę. ſubiectū autē eſt illud, qd̄ eſt in potentia hæc duo contraria, primo & per ſe. Et Alex. dicit, ꝙ hic poſuit priuationē, alioquo modo ſub ſubſtātia, cum frigidum eſt illud, qd̄ caret calore, & frigiditas in corporibus frigidis facit ſubſtantiam eorum. quapropter ſunt in eis ſubſtantiæ econtrario rebus,

Frigiditas ſecūdum Alex. facit ſubſtātiā I corpibus frigidis. Idē. 1. Phy. 52. & 5. Ph. c. 10. & 8. Me. c6. 5.

A rebus, in quibus ſunt accidentia, ſ. ꝙ frigiditas & caliditas nõ ſunt ſubſtantię in rebus, quarum ſpecies nõ faciũt caliditas & frigiditas, ſed alię virtutes, vt anima in animatis. D.d. ſubſtantia vero eſt illa, & quæ ſunt ex iſtis, quorũ iſta ſunt principia. i. &, cuni iſta ſint principia ſubſtantiæ: & principia ſubſtantiæ ſunt ſubſtantię: neceſſe eſt vt ſubſtantia dicatur de iſtis rebus, ſ. de contrarijs, & materia, & de compoſitis ex eis, quorũ iſta tria ſunt principia. D.d. & ſi aliquid ſit vnũ ex calido & frigido, vt caro, & os. i. & ſi alię ſubſtan-
B tię fiunt ex iſtis corporibus ſimplicibus, neceſſe eſt vt formę earũ ſint alię à formis iſtorum. Generatũ. n. alind debet eſſe ab eo, ex quo generatur, quia habet aliam formã. Et intendebat demonſtrare, ꝙ principia propinqua in omnibus ſubſtantijs non ſunt eadẽ, ſed formę * ſimplicium aliæ ſunt à formis compoſitorum, & materię eorũ ꝓpinquæ alię à materijs iſtorum, ſed tñ eædẽ ſunt proportionaliter. In ſimplicibus autẽ ſunt prima materia & formæ contrarię ſubſtantiales, & in cõpoſito ex ſimplicibus virtus, quę eſt in ſimplicibus ad recipiẽdũ formas
C compoſitas ex formis finalibus, & iſtis formis. ſm igitur hunc modũ poſſibile eſt dicere, ꝙ principia ſubſtantiarũ ſenſibilium ſunt eadem. Et, quia etiam inuenitur in alijs prę dicamentis qđ aſſimilatur iſtis principijs, quæ ſunt in ſubſtantia, ſed nõ ſunt eadem. d. iſtorũ autem hæc ſunt elementa & principia, aliorũ aũt alia. i deſt ſubſtantiarum autẽ iſta, quæ diximus, ſunt elementa & principia, alia autem præter ſubſtantias habent alia elementa ſibi ſimilia. D.d. Quòd autem ſic dica- D
tur de omnibus, &c. i. ꝙ autem dicatur de omnibus, ſ. ꝙ hæc tria, quæ ſunt in ſubſtantia, ſunt principia aliorum prædicamentorum, ſ. propinqua, non eſt ſic: ſed habent iſta principia ſm comparationẽ & proportionem. i. ꝙ in vnoquoq; prædicamentorum accidẽtium inueniuntur principia, quorum proportio ad illa eſt, ſicut proportio principiorum ſubſtantiæ ad ſubſtantiam, nõ ꝙ habeant illam eandem materiã. D.d. exemplum, quomodo eſt iſta cõparatio vniuerſalis in omnibus, & dicit: vt ſi aliquis dixerit, ꝙ prin- E
cipia ſunt tria, &c. i. & dicere eſt ꝙ principia ſunt eadem proportionaliter, vt dicimus, ꝙ forma, & materia, & priuatio ſunt principia decẽ prædicamentorum, ſed quæ in ſubſtantia differunt ab eis, quę ſunt cuiuslibet prædicamenti. & ſimiliter ea, quæ ſunt vniuſcuiuſq; prædicamenti, differũt ab alijs. Deinde dedit exemplum iſtorum principiorum in qualitate, & dicit: in colore album, nigrum, &c. i. v. g. ꝙ principia colorum ſm formam & priuationem ſunt album & nigrum, ſe-
F cundum autem materiam recipientem eſt ſuperficies, quæ eſt in potentia omnes colores. & principia noctis & diei ſm formam & priuationem ſunt, lux & obſcuritas, ſecundum autem materiam recipientem eſt aer, qui eſt in potentia luminoſus & obſcurus. Et intelligendum eſt hoc in principijs propinquis: in remotis vero poſſibile eſt vt principia ſubſtantiæ ſint principia omnium.

* Formæ ſimpliciũ ſunt aliæ à formis cõpoſitorũ. Vidẽ idẽ 7. Me. c. 60 & 1. Me. c. 12. & 1. de Gener. 84. & 3. cœ. 67.

G Cùm vero illæ non ſolum, q̃ inſunt, cauſæ ſint, verum ẽt ex his, q̃ extrinſeca ſunt, illud qđ mouet, patet ꝙ aliud eſt principium, aliud elementũ. ambo vero cauſæ ſunt, & principium in hæc diuiditur. quod aũt vt mouens, vel ſiſtens eſt, principium quoddã, & ſubſtantia eſt. Quare elementa q̃dẽ analogice tria: cauſæ vero, atq; principia quatuor. aliud vero in alio: & prima cã, vt mouens, in alio alia. ſanitas, morbus, corpus: mouẽs,
H ars Medendi. forma, inordinatio talis, lateres: mouens AEdificatiua. & nimirum in hæc diuiditur principium.

Et quia cauſæ non tantum ſunt in eis, quæ fiunt, ſed ea, quæ ſunt extrinſecus, manifeſtum eſt quòd principiũ, et elementum diuerſa ſunt. quod aũt mouet, aut ſiſtit, eſt quaſi aliquod principium. Elementa vero ſecundum æqualitatem, quæ eſt ſecundũ conuenientiã, ſunt
I *tria, cauſæ autẽ & principia ſunt quatuor. et aliud aly eſt cauſa: prima etiam ſecundum quòd eſt mouens aliud. ſanitas, infirmitas, corpus: quod mouet, Medicina. forma .n. non ordinatur, ſicut illud, quod mouet artem ædificationis.*

23 Cùm locutus fuerit de prĩcipijs, quę ſunt partes rei, ſcilicet forma & materia, vult loqui de extrinſeco, ſcilicet motore, & dicit: Et quia cauſæ non ſunt, &c. 1. & quia cauſæ non omnes ſunt partes rei cõpoſitæ, ſed etiam ſunt aliæ cauſæ extrinſecæ, quarum vna eſt mouẽs: & hoc nomen principium dignius eſt conuenire motori, & elementũ conuenire intrinſecis: manifeſtũ eſt, ꝙ elementum & principium differũt inter ſe. Et d. hoc, quia cauſa dr̃ de oĩbus: principium aũt de extrinſecis: elementũ vero de intrinſecis. Et iõ d. in Phyſicis, ꝙ diſpoſitio ſcientiæ in omnibus artibus habẽtibus principia & cauſas & elementa: quia intendebat per prĩcipia cauſas mouẽtes: & per cauſas, illud, quod eſt cõmune illis quatuor: & per elementa, ea quæ ſunt in re. Et quia agens proprium eſt motori: agens. n. eſt mouens & faciens paſſiones, vt declaratum eſt in lib. peri Geneſeos: mouens autẽ proprie nullam facit paſſionem: quapropter omne agẽs eſt mouens, ſed non omne mouẽs eſt agens. D. quod aũt mouet, &c. i. ꝙ ſi de mouente & elemento dicatur principium, cum principiũ proprie dicatur de motore, Et in alia translatiõe inuenimus loco huius. manifeſtũ eſt, ꝙ principiũ & elemẽtũ ſunt alia, & cãę vtriuſq;. i manifeſtũ eſt, ꝙ principiũ differt ab elemẽto, & ꝙ hoc nomen cã dr̃ de vtroq;. Et inuenit̃ loco eius, qđ d. qđ autẽ mouet, &c. ſic. & principiũ diuidit̃ in duo, ſicut illud qđ mouet & conſtituit, cũ ſit quaſi aliqđ principiũ. Et in tertia translatione. & dicitur principium in iſtis. qđ autem mouet eſt principiũ. & manifeſtũ eſt, ꝙ intendebat demonſtrare per hunc ſermonẽ, ꝙ hoc nomen principiũ cõe eſt eis. D. d. elementa vero ſm æqualitatem, &c. & in alia translatione: Cauſę autẽ et principia ſunt quatuor, ſed aliud alij: & prĩa cã eſt quaſi

K Prĩcipiũ dignio dr̃ de motore, & elemẽtũ đ cauſis intrinſecis. Idẽ 5. Met. c. 4. & 1. Ph. c. 1 Expõ dicti 1 cõ. & 1. 1. primi. Ph. Cõtradicit ſibi de cã hic. & 1. Phy. cõ. 1. Vid cõtra dicto. Zi. 2. de Gene. te. c 45. & 3. Ph. cõ. 3.

L

M

A quaſi motor alius alij, ſicut ſanitas, & infirmitas, & corpus: & Medicina quod mouet, quãuis ſit ſine ordine, ſicut iſta ſanitas, illud quod mouet ædificationem. i. Et iã declaratũ eſt, ꝙ principia & cauſæ ſunt quatuor: & illud, quod eſt principiũ & finis, eſt aliud ab eo, cuius eſt principiũ, & ꝙ mouens eſt aliud ab eo, quod mouet ab eo. D.d. exemplũ cauſæ extrinſecæ, & d. ſanitas, infirmitas, corpus: quod mouet, Medicina. i. & exemplũ cauſæ, quæ eſt alia à cauſato, eſt Medicina, quæ mouet ad ſanitatem, aut ad infirmitatẽ. Medicina
B enim alia eſt à ſanitate, & ab infirmitate. & quia forma ſanitatis non eſt in aĩa Medici ĩ materia, ſicut eſt forma ſanitatis, ideo forma ſanitatis, quæ eſt in aĩa Medici, non facit ſanitatis actionẽ. qm̃, ſi ita eſſet, tunc Medicus eſſet ſanus. D. & ſi ſine ordine iſta ſanitas mouens ædificationem. i. ꝙ, ſi ſanitas mouens non habet ordinationẽ ſanitatis, quæ eſt in corpore, neq; forma ædificationis habet ordinẽ formę domus. i. ꝙ forma ſanitatis, quæ eſt in aĩa, non hẽt actionẽ ſanitatis, ſicut habet formã ſanitatis, quæ eſt in corpore. Et hoc
C intendebat, cũ dicit in alia trãslatione: forma enim nõ ordinatur, ſicut illud, qđ mouet artẽ ędificationis, i. ꝙ forma, quæ ẽ in aĩa ſine ordine, i. ſine actione eius, quod eſt extra animam, vt forma ædificationis, q̃ mouet ad formam ædificati, quia non habet actionem formæ domus.

Cùm aũt mouens, in naturalibus quidẽ homo, in his vero, quæ à mẽte fiunt ipſa forma, vel contrarium ſit, modo quodam tres profecto cauſæ erũt, alio vero modo quatuor: ſanitas nanq; D quodammodo eſt ars Medendi, & Aedificatiua forma domus, & homo hominem generat. præter hæc item cuncta mouẽs, tanquam omnium primum.

Mouens autem in rebus naturalibus homo hominis, in eis autẽ, quæ ſunt ex cognitione forma, & ſuum contrarium. quapropter cauſæ aliquo modo ſunt tres, ſicut & quatuor. Medicina enim eſt aliquo modo ſanitas, & ars ædificãdi forma domus, & hõ generat hominẽ. E *& ẽt illud, quod eſt extrinſecũ ab iſtis, quod eſt principium omnium.*

Cùm declarauit cauſas eſſe quatuor, vult declarare, ꝙ aliquo modo reducunt in tres. & dicit ꝙ, cùm quidlibet non fit, niſi à ſibi conuenienti: vt homo generat hominẽ in rebus naturalibus, & forma artificialis facit aliã formã ſibi ſimilem, aut contrariã in rebus artificialibus: manifeſtum eſt, ꝙ cauſæ reducuntur in tres, cùm agens & finis idem ſint forma. Medicina enim aliquo modo ẽ ſanitas, & forma domus aliquo mõ F eſt domus, & ſemen hõis homo. &, quia diſpõ vltimi mouentis omnia aliquo modo eſt ſicut diſpõ mouentis propinqui, & primũ mouẽs mouet ad oẽs formas: manifeſtum eſt, ꝙ forma primi mouẽtis aliquo modo eſt oẽs formæ. & hoc intendebat, cùm dicit: & ẽt illud, quod ẽ extrinſecum ab iſtis, quod eſt primũ. Alexander aũt dicit, ꝙ addidit hoc ad demonſtrandũ aliud principiũ eſſe extrinſecum à motis, & cõe omnib⁹ mouẽtibus. hoc enim principium,

Forma primi mouẽtis aliquo mõ eſt oẽs formę. vide idẽ ſupra c. 18. i fine.

fm

G ſecundum q̃ eſt commune & remotum, non eſt neceſſarium vt ſit conueniens. & quia etiam primus motor, ſicut declaratum eſt, nõ mouet niſi ad perfectionẽ. & quod eſt ſic, non eſt neceſſe vt ſit conueniens.

Et veritas eſt, q̃ primum principium non debet eſſe conueniens ſecundum modũ, quo eſt principiũ proprium: & debet eſſe conueniens aliquo modo vniuerſali. Et Themiſtius dicit, q̃ dicit primum motorem, ad inueniendum q̃ eſt aliud ab iſtis mouentibus propinquis, & q̃ illud eſt quæſitum in hoc ſermo-

H ne. & ita videtur mihi. Et Alexander dicit, q̃ dicere conueniens non verificatur, niſi in cauſis agentibus propinquis & eſſentialiter, non cafu, ſcilicet in eis, quæ ſunt ex cauſis agentibus, quæ fuerint propter aliquid. & iam prædixit, q̃ animalia, q̃ fiunt ex putrefactione, ſunt apud ipſum iſtius generis. & in ſermone eius eſt quæſtio, quæ per ſe eſt perſcrutanda. Deinde & dubitandum eſt in hac propoſitione dicente, q̃ conueniens fit eſſentialiter ex conueniente: quia in corrigia nihil eſt tale quale illud, quod relinquitur

I ab ea in dorſo. & eſt ſimile ſermoni quòd in ſerra non eſt ſignum abſciſſionis, quæ eſt in ligno. talia autem ſunt inſtrumenta, non cauſæ agentes. & ſermo eius non eſt niſi in cauſis agentibus. & ideo dicit q̃ abſciſſio, quã facit ſerra, eſt in anima ſerrantis: & dolor, quẽ facit corrigia, eſt in anima percutientis. Dicit igitur q̃ iſta propoſitio verificatur tribus conditionibus, ſ. vt ſit in agente non in inſtrumento, & in propinquo non in remoto, & in agente eſſentialiter non accidentaliter.

Documentum. Quot conditiões requirunt vt verificetur propõ famoſa q̃ cõueniens fit à cõueniẽti. vide 2. Cœli cõ. 42. & 7. Meta. com. 28.

Cùm aũt quædam ſeparabilia, quædam inſeparabilia ſint, illa ſunt ſubſtantiæ, propter qđ hęc omniũ cauſę ſunt: ſiquidem abſq̃ ſubſtãtiis paſſiones, & motus non ſunt. deinde hæc erunt, anima fortaſſis, & corp⁹: aut intellectus, appetitus, & corpus. K

Et quia quædã res ſunt abſtractæ, & quædam nõ abſtractæ, illæ ſunt ſubſtantiæ, & propter hoc inueniuntur iſtæ cauſæ: quia extra ſubſtantias non inueniuntur paſſiones eorum, neq; motus. & poſt hoc erunt iſta, anima ſorte, & corpus, aut intellectus, aut deſyderium in corpore. L

Cùm declarauit, q̃ poſſibile eſt dicere cauſas prædicamẽtorum eſſe eaſdem proportionaliter, vult declarare, q̃ ſubſtantia aliquo modo eſt cauſa omnium. Materia enim, quæ eſt in ſubſtantia, eſt materia omniũ prædicamẽtorum, & cauſa eorum. contraria enim ſimiliter, quæ ſunt in ſubſtantia, ſunt cauſæ contrariorum aliorum prædicamẽtorum. & hoc iam declaratum eſt in tractati- M bus ſubſtantiæ. & hic facit rememorationem. Et intendit per abſtracta ſubſtantias, quæ ſunt ſubiecta nouẽ prædicamentorum: & per non abſtracta nouem prædicamenta. quaſi diceret, quia prædicamentorũ quædam ſunt abſtracta, & quædam nõ, abſtracta ſunt ſubſtantiæ, & non abſtracta accidentia ſubſtantiæ. & hoc declaratũ eſt. declaratum eſt enim, quòd ſubſtantia accipitur in definitione eorũ, & non econuerſo. vnde ſubſtantia videtur cauſa eorum. 25

Deinde

A Deinde dedit cauſam, & d. & propter hoc, &c. i. & quia accidentia nõ ſeparantur à ſubſtantia, videnť ſubſtantiæ cauſæ eorum. nullum enim accidens exiſtit extra ſubſtantiam. ſunt enim in rei veritate paſſiones, & motus ſubſtantiarũ. & hoc intendebat, cùm dicit: quia extra ſubſtantias non inueniunť paſſiones, & motus earum. i. quia iſta non ſunt niſi diſpõnes ſubſtantiæ, non ſui ipſorũ.

Et hoc intendebat in ſecunda trãſlatione, cùm dicit: & pp hanc cãm cauſæ omniũ ſunt iſta: quia paſſiones & motus nõ ſunt extra ſubſtan-
B tias. i. & pp hoc, quod diximus, cauſæ omniũ ſunt ſubſtantiæ, quia paſſiones & motꝰ impoſſe eſt extra ſubſtantias. Et ſciendum eſt, ꝙ ſubſtantiæ ſunt duobus modis: modus vnꝰ, in quo poſſibile ẽ fugere accidẽtia: & alius ſine aliquo accidente. primꝰ autem eſt ſenſibile: ſecundus autem intelligibile. D. d. & poſt hoc erũt iſta anima, &c. & dicit hoc, quia ſubſtantiarũ quædam ſunt naturales & quædam animatæ. animatæ aũt videntur eſſe principia ſubſtantiarũ naturaliũ & quaſi dicat. & poſt hũc ſermonẽ dicamus, ꝙ ptincipia om-
C nium ſubſtantiarũ forte eſt anima, & corpus: aut intellectus ex anima, & deſyderium tm̃. & innuit corpora cœleſtia. quia enim ſunt prĩcipia animatorũ & non animatorũ, fuit neceſſe vt eſſent animata, & vt ptincipia eorum ſint corpus & anima.

Et dicit forte, quia adhuc non eſt perfecte declaratũ. Alexander aũt dicit ꝙ, cùm narrauit cauſas ſubſtantiæ, quæ eſt cauſa omniũ, coniungit huic corpus & animã: aut quia iſta ſunt cauſæ animaliũ, aut quia opinatur, ꝙ hæc duo propriæ ſunt ſubſtantiæ abſtractæ. & ideo non dicit D
materiã, neq; naturã, quia iſtæ ſunt ſubſtantiæ non abſtractæ. & ideo dicit forte, quia quidã exiſtimauerũt animã eſſe abſtractam, quæ anima apud ipſum nõ eſt abſtracta, ſed prima forma eſt abſtracta. & intẽdit p omnia iſta, corpora cœleſtia. D. & ſimiliter intendit per intellectũ primum mouens corpora cęleſtia, & p deſyderium animam, quę eſt in corporibus cœleſtibus. & vtrunq; iſtorum eſt alteri propinquũ. Et vniuerſaliter apparet ex hoc ſermone ꝙ, cùm dicit, ꝙ ſubſtantia eſt principium aliorum entium, dicit ꝙ prin E
cipium ſubſtantiæ eſt anima, & corpus: aut intellectus & deſyderium & corpus. & dimiſit formas naturales & primam materiam, cùm videnť eſſe cauſatæ à ſubſtantijs animatis: quia ſubſtantiæ animatæ ſunt priores eis in eſſe: aut quia non ſunt ſubſtantiæ in actu, ſicut aĩa & corpus.

Prima forma tm̃ eſt abſtracta apud Alex.

Itẽ alio modo analogice principia ſunt eadẽ, vt actus, & potentia. verum hæc etiam in alĩs alia, et alio modo ſunt. In quibuſdam enim idem qñq; actu, qñq; potẽtia eſt: vt vinum, aut caro, F
aut homo. Cadunt autem hæc in prædictas cauſas. actus nanq; eſt forma, ſi ſeparabilis ſit, & qđ ex ambobus. priuatio etiam, vt tenebræ, aut ægrotans. potentia autem materia. hoc nanq; eſt, quod ambo fieri poteſt. Aliter autem actu, potentiaq; differũt, quorum nõ eadem materia eſt, quorum non eadem forma: ſed diuerſa eſt. veluti hoſs cauſa, elemẽta, ignis, & terra, & materia:

et

& propria forma, & ſi qd aliud extrinſecus eſt, vt pater, & p̃ter hæc Sol, & obliquus circulus, quæ nec materia, nec forma, nec priuatio, nec eiuſd̃ ſpeciei ſunt, verum mouentia.

Et etiã alio modo principia proportionaliter ſunt eadem, vt potentia, & actus. ſed hæc ſunt rerũ diuerſarũ diuerſa, & modis diuerſis. in quolibet enim inuenitur idem quandoq; in actu, quandoq; in potẽ
H *tia: vt vinum, aut caro, aut homo. Et cadunt iſta ẽt in cauſis prædictus. forma enim eſt in actu, cũ fuerit abſtracta, & quod ẽ ex vtroq; eſt priuatio, vt obſcuritas, aut infirmue. & in potentia materia. & hoc eſt poßibile vt ſit vtrunq;. Et alio modo eſt diuerſum in actu & in potentia, in qua non eſt materia vna, & cuius forma non eſt eadẽ, ſed diuerſa. vt ſunt elementa cauſæ hominis, ſcilicet ignis, & terra,*
I *ſicut materia: & forma propria: & aliud ex extrinſeco, vt pater, & extra iſta Sol, & orbis declinis, cùm non ſunt materia, neq; forma, neq; priuatio, neq; æquale in ſpecie etiã, ſed motor. In alia tranſlatione loco iſtius capituli dicitur etiam idem.*

26 Cùm declarauit, ꝙ poſſibile ẽ dicere ꝙ oĩa prædicamenta habẽt eaſdem cauſas ſm proportionalitatẽ, & ſunt cauſæ, quas habent de forma, & mã, & priuatione, vult ẽt declarare, ꝙ hoc ẽt habent de actu & potẽtia, K ita ꝙ principia omniũ ſunt actus, & potentia, & ꝙ hæc ẽt reducuntur ad formã & ad mãm. Et dicit: Et etiã alio modo, &c. i. & ẽt poſſumus dicere, ꝙ principia omniũ prædicamentorũ ſunt eadem proportionaliter, alio modo à p̃dicto, ſicut dicim⁹ de materia, & forma, & priuatione.

D.d. ſed hæc duo ſunt rerũ diuerſarũ diuerſa, & modis diuerſis. i. ſed potentia & actus, ſm ꝙ inueniũtur in rebus diuerſis, ſunt diuerſa, & habent reſpectũ ad entia modis diuerſis. i. quia potentia & actus, quæ ſunt principiũ ſubſtantiæ, ſunt alia à po- L
tentia & actu, q̃ ſunt principia qualitatis. & ſic de alijs. hæc autem ſunt principia omniũ, quia quidlibet eſt aliqñ in potentia, & aliqñ in actu. & hoc intendebat cùm dicit: In quolibet enim inuenit̃ idem, &c. i. & hæc duo ſunt vĩa omnibus: quia quodlibet ens aliqñ eſt in potentia, aliqñ in actu, v. g. vinum qñ eſt in actu, qñq; in potentia: & ſiſt caro, & hõ.

Nota qũ o actꝰ & potẽtia ſunt principia oĩum p̃dicamẽtorũ.

D.d. Et cadunt iſta ẽt in cauſis p̃dictis, &c. i. actus enim reducit̃ ad formam, q̃ eſt abſtracta, aut ad illud, quod congregat̃ ex mã & forma, & M
priuatione. vt obſcuritas, quæ eſt in aere, ex prinatione lucis, & infirmitas, quæ eſt in corpore, ex priuatiõe ſanitatis. D.d. & in potentia mã. & hoc poſſe eſt, vt ſit vtrunq;. i. potẽtia aũt reducit̃ ad materiam, de qua eſt poſſibile vt fiat congregatum ex ea & ex forma, ſ. compoſitum. potẽtia enim, quæ eſt in materia, eſt ſuper indiuiduum compoſitũ ex ea & ex forma. D.d. Et alio modo eſt diuerſum in actũ, &c. i. & etiam accidentia diuerſant̃ abinuicem ſm potentiam & actum pp ſuam diuerſi-

tatem

A tactm in materia & forma, alio modo ab eo, ſm quem diuerſantur paſſiua. D.d. vt elementa, &c. i. verbi gratia, ꝙ mã hominis ſunt quatuor elementa, & motor propinquus pater, & remotus Sol & orbis decliuis. mã aũt hominis & patris, & formæ eorum ſunt eadem: Sol aũt & orbis decliuis non. Et intendebat quaſi per hoc declarare, ꝙ ſicut actiua diuerſantur in potẽtia & actu per diuerſitatem formarum & materierum eorum, ita ẽt actiua differunt à paſſiuis in potentia & actu p diuerſitatem materierum & formarũ eorũ.

B Et, quia cauſæ actiuarũ differunt à cauſis ẽt paſſiuarum, ſ. quæ ſunt partes rei, & dicit: & Sol & orbis decliuis, cùm nõ ſunt, &c. i. cùm nõ ſunt forma hominis neq; materia eius. & dicit: neq; æquale in ſpecie: quia motor propinquus ẽ æqualis in ſpecie, ſcilicet pater.

Præterea videre oportet, ꝙ quædam eſt vſr dicere, quædã minime. Omnium itaq; prima principia, quod actu primũ, & aliud, quod potẽtia. At illa, quæ vſia dicimus, nõ ſunt. ſingulare

C nanq; principium eorũ eſt, quæ ſingularia ſunt. homo enim hominis vſis. ſed nullus eſt. verum Pelleus Achillis, tui autẽ pater. & hoc B ipſius B A, ipſum vero B omnino ipſi⁹ B A ſimpliciter. Deinde formæ hæ, quæ ſubſtantiarũ ſunt. verũ aliorũ alię cauſæ, ac elemẽta, vt dictum eſt, eorum, quæ non in eodem genere ſunt colorũ, ſonorũ, ſubſtantiarum, quantitatis, niſi proportionaliter. Eorũ quoq;, quę in eadẽ ſpecie ſunt diuerſa, non ſpecie, D ſed qm̃ quæ ſingularium aliud, & tua materia, & forma, & qđ mouit, & forma, ac mea materia. vniuerſali vero rõne eadẽ.

Et etiã conſyderãdum eſt, quòd quædam ſunt, quæ poſſumus dicere vniuerſaliter, & quædam, quæ poſſumus dicere particulariter. Et prima principia habẽt naturam, quæ eſt in actu. & hoc ẽ prius. & aliud in potentia. Et illa vniuerſalia non ſunt, quoniam quod eſt indiuiduũ, eſt iſtius indiuidui. homo enim eſt E *hominis vniuerſaliter. ſed nullus. Sed Achilles Pelleum, & te pater tuus. & hoc B ad hoc B, vniuerſaliter aũt B ad B ſimpliciter. Formæ enim ſubſtantiarum aliæ ſunt cauſæ aliorum, & elementa, ſicut dictum eſt ea, quæ nõ ſunt in eodem genere, ex coloribus, & contrarijs, & ſubſtantijs, & quantitate. Præterea quæ cõueniunt, & ea, quæ ſunt in eadẽ forma, & diſ* F *ferunt ſecundũ formas, ſed quodlibet ſinguläre ẽ aliud, & materia, & forma, & quod mouet, quamuis non ſunt idem vniuerſaliter.*

Cùm determinauit, ꝙ principia ſunt eadem proportionaliter in omnibus p̃dicamentis vult declarare, ꝙ principia duobus modis habent reſpectũ ad res, vſr, & particulariter. & demonſtrat, ꝙ verus reſpectus ẽ particularis, cùm vſia non habeant eſſe extra animã. Et dicit: Et ẽt conſyderandum, &c. i. & ſciendum eſt in

27 Vſia non hñt eẽ extra aiam. Idẽ ſupra cõ. 4. et 21. & 14. Idẽ 3. Meta. cõ. 10. & 2. Met. c. 6. 16. & 17.

hac

G hac cõſyderatione, ꝙ iſtę cauſæ dan
Idem. 2. de Aia c. 60. & 1. de Aia cõ. 8. & 3. de Aia cõ. 18. Idẽ. 10. Met. cõ. 6. Et idẽ hic 1 cõ. ſeqn. Idẽ. 7. Me ta. cõ. 46.
dæ ſunt in ſuis cauſatis vſr, & particulariter. v.g. ꝙ ſanguis menſtruus eſt materia hominis, & ꝙ homo generat homiuem. & poſſumus etiam dicere, ꝙ Socrates generat Platonẽ, & ꝙ ſanguis iſtius mulieris eſt materia iſtius indiuidui. Deinde demonſtrauit, ꝙ verus modus eſt particularis, & dicit: Et prima principia habent nãm, &c. i. & principia principalia ſunt ea, quorũ ſubſtantia eſt aliquod ens in actu extra animam, alia aũt ſunt ea, quę ſunt in potentia particularia. & primum ꝓcedit hoc.

H Et iſte proceſſus eſt, ſicut dicit Alexander in eſſe, * non in intellectu. Vſia autẽ ſunt priora in intellectu
* Singularia in eé ꝓcedũt vſia ſed vſia ꝓcedũt ſingularia in intellectu. vide. 1. de Aia t. c. 8.
particularibus, quę, cùm auferũtur, auferunt particularia. vnde exiſtimantur vſia eſſe ſubſtantiæ. D. d. poſt: Et illa vſia non ſunt, &c. ideſt & principia vniuerſalia non exiſtũt extra animam, ſed indiuiduale hoc. hoc enim indiuiduum ab alio indiuiduo generat. homo enim vſe non generatur ab hoíe vniuerſali. D. d. homo enim eſt hominis vſr, &c. id eſt, dicitur enim vſr, ꝙ homo generat hnminem, ſed nullum vſe generat aut generatur, ſed Socratem Pla
I to, & te tuus pater. & hoc B ad hoc B, quamuis dicatur, ꝙ B ſimpliciter generat B ſimpliciter. Et ꝙ reſidnũ eſt de hoc capitulo inueni diminutium in expoſitione Alexan. & eſt: Formæ enim ſubſtantiarũ aliæ, &c. ideſt, & cùm conſyderandæ fuerint cauſæ & cauſata, vſr inuenientur formæ ſubſtantiarũ diuerſæ in genere eſſe cauſæ rerum diuerſarum in genere: & elementa diuerſa in genere rerum diuerſarũ in genere, vt cauſæ rerum, quæ ſunt in diuerſis generibus, vt cauſæ elementorũ contrariorum, & aliarum ſubſtantiarum, quæ ſunt diuerſæ in genere. Et dicit hoc, quia cauſæ aut erunt conueniẽtes in ſpecie, & diuerſæ in numero, vt cauſa Socratis & Platonis: aut cõuenientes in genere & diuerſæ in ſpecie, vt cauſa hominis & equi: aut cõueniẽtes in genere, quod eſt vnũ proportionaliter, & diuerſæ in vero genere, ſicut cauſæ ſubſtantiarũ differunt à cauſis quãtitatis & qualitatis. Et in alia translatione: & poſt hoc, quia actiones ſubſtantiarũ ſunt aliæ cauſæ aliorũ, & elementa aliorum: ſicut dictũ eſt de eis, quæ non L
nõ ſunt in eodem genere colorũ cõtrariarũ ſubſtantiarum quantitatis.

Et hoc, quod dicit. Præterea ꝙ conueniũt, & ea quæ ſunt in eadem forma, & differunt ſm formas, dicit ipſum ad extrahendũ ex ſubſtantijs ſubſtãtias, quarũ cauſæ ſunt diuerſę in ſpecie: & ſunt ea, quorũ cauſæ ſũt diuerſæ in ſpecie, & ſunt in eodẽ genere. cauſæ enim iſtorũ ſunt eędẽ in forma generali, & diuerſæ in forma ſpeciali. Et intẽdit ꝓ hoc, quod dicit in eadẽ forma, formam generalẽ. Intendit ꝓ hoc, quod, dicit: & differunt ſm formas, formas ſpecia- M
liſſimas. & intendebat, ꝙ cauſæ ſubſtantiarũ, & ſubſtãtię, quæ differũt, quędã differũt ſm genus modo propinquo diuerſitati cauſarũ decem prædicamentorũ, & non dicunt eſſe eędẽ, niſi proportionaliter, & nõ vt ea, quę ſunt conuenientia in eodem genere & in eadẽ forma. iſtę. n. ſunt conuenientes in forma generali, & diuerſæ in forma ſpeciali. D. d. ſed quod hbet ſingulare eſt aliud. i. ſed ea, quorũ cauſæ eędẽ ſunt in ſpecie, ſunt etiã diuerſa in numero. & ſunt

ſingu-

A singularia indiuidua. quodlibet enī istorū aliud est à suo compari in numero. & ex hoc intelligitur aliqua esse cōuenientia in suis causis in spē.

D.d. & materia, & forma, & quod mouet, &c. i. &, cùm dicamus, ꝙ materia, & forma, & motor sunt principia omnium rerum, non sunt eadē, eadem sunt sermone vīi. Et in alia translatione est: materia enim tua, & sanitas, & quod mouet hoc in sermone vniuersali sunt principia omnium entium. qm̄ quamuis cùm dicantur esse principia non eisdē modis, sed diuersis, tm̄ eadem sunt om-

B nibus rebus vīt & proportionaliter. & quasi dicat: qm̄ quamuis nō sint eadem fm naturam, tamen sunt eadem sermone vniuersali, per quem describitur principium & causa.

Quærere aūt quænā principia, siue elementa substantiarū, ad aliquid, & qualitatum sint, vtrū eadem an diuersa, patet ꝙ, cùm multipliciter dicant̄, vnius cuiusꝙ sunt. at si diuidant̄, non eadē, sed diuersa, nisi ꝙ aliquo modo eadem. analogice namꝙ eadē: quia materia, forma, priua-

C tio, mouēs. ac illo modo substantiarū causæ, quasi omniū causæ sunt: quia peremptis, perimunt̄. Præterea quod primū actu est. illo vero modo alia prima, quæcunqꝫ contraria, quæ nec vt genera, neqꝫ multipliciter dicunt̄, item & materiæ.

Quoniam autē quæstio nostra, quæ sunt principia, & elementa substantiæ, relationis, & quantitatis, vtrum sint eadem aut diuersa, manifestum est, quòd sunt quæ dicuntur multis modis in quolibet. et cùm diuidatur, nō sunt eadem, sed diuersa, præter hoc quòd sunt omnium etiam. sic autem sunt eadem secundum æqualitatem comparationis forma mouens. & sic etiam causæ substantiarum, sicut similia eorum omnium, quæ auferūtur cū illa auferuntur. Et etiam primum in perfectione. & sic aliud, & prima omnia, quæ sunt contraria, quoniam ista non sicut genera dicuntur, neq; multis modis, & etiam materia eorum.

D

E

Cùm quæsiuit principia prædicamentorū an sint eadē, aut diuersa, & declarauit modū, quo sunt eadē, & quo sunt diuersa: amplius, & ꝙ principia substantiæ sunt aliqualia, sicut principia aliorū prædicamentorum, vult colligere hęc dicendo: Quæstio aūt nostra, vtrum principia substantiæ sint eadē aut diuersa, manifestū est, ꝙ sunt diuersa, cum multipliciter dicat hoc nomen principium de vnoquoq; istorū. sed tm̄ non est intelligendum ex hoc, ꝙ secundum æquiuocationē puram dicatur, & hoc intendebat, cùm dicit multis modis. Et in secunda trāslatione dicit: manifestū est, ꝙ dicitur multis modis vniuersalibus. & addidit vīibus, cùm sit talis dispositio significationum nominum, si ꝙ significent intentiones vīes in quæstis. De particulari enim non fit demonstratio: quamuis ipsum tm̄ sit ens in rei veritate. Deinde confirmauit hoc, & dicit: & cùm diuidatur, &c.

12

F De particulari nō est demstatio. Idē. 7. Meta. 53. Solū pticulare ē ens in rei veritate. Idē supra cō. præcedenti. Idē 2. de Gen. com. 59.

Idest

G ideſt et apparet ꝙ, cùm hoc nomen principium diuidatur, ſ. in formã, et priuationẽ, et materiã, et mouẽs, non videbit̃ ſignificare idẽ in quolibet eorũ ſed diuerſum. Forma enĩ in ſubſtantia differt à ſe in alijs ꝑdicamẽtis. et ſiſt priuatio, et materia, et mouens. Et, quia non perfecte differunt, ſ. quia non pura æquiuocatione dicunt̃ hæc principia de eis, dicit ꝓter hoc, ꝙ ſunt omnium, etc. i. ꝓter hoc ꝙ videnṫ eadem ſm cõparationem et reſpectum. v. g. ꝙ reſpectus formę ſubſtãtiæ ad ſubſtantiam eſt ſicut reſpectus formæ qua-
H litatis ad qualitatẽ, et quantitatis ad quantitatem: quãuis non idẽ ſignificet forma in vnoquoq; eorũ. et ſiſt de priuatione, et mã, et motore. iſta igit̃ principia de eis dicunt̃ in reſpectu. Et puto, ꝙ ſermo eius fuit diminutus, cùm dicit: forma mouens. debebat igit̃ dicere forma, priuatio, mã; mouens. D. d. et ſic etiã cauſæ ſubſtantiarum etc. i. et etiam cauſæ ſubſtãtiarum videnṫ eſſe cauſæ cauſarum aliorũ prædicamentorũ, ſimilium cauſis ſubſtantiarũ. et ſignum eius eſt ꝙ, cùm cauſæ ſubſtãtiarum auferent̃, auferentur cauſæ aliorum
I prædicamentorum. mã igit̃ eſt cauſa materiæ cæterorũ prædicamentorum. et ſiſt de forma, et priuatione, quæ eſt in ſubſtantia, et in mouẽte. Et hoc intendebat, cùm dicit in ſecunda translatione: et iſte modus, qui eſt in ſubſtantijs, eſt quaſi cauſę omniũ, quia corrumpunt̃, cum illa deſtruuntur. i. et ſm iſtum modum poſſumus dicere, ꝙ cauſæ ſubſtãtiæ ſunt cauſæ omnium prædicamentorum. Et hoc eſt, quod intendebat declarare de prima mã. cùm enim declaratum fuerit, ꝙ cauſæ ſubſtantię ſunt cauſæ omniũ entium, et fuerit K declaratũ quę ſunt cauſæ generum ſubſtantiæ corruptibiliũ et incorruptibiliũ, tunc declarabunt̃ cauſę vltimæ entiũ, in eo ꝙ ſunt entia. et hoc intẽdebat declarare in hoc tractatu. et ideo ſcrutatus eſt primo de principijs ſubſtantiæ. D. d. Et ét primũ in perfectione. et intendit ꝓ primũ in pfectione cauſam propinquam, qua res perficitur in eſſe: et eſt cauſa agens cauſæ, quæ eſt ei ꝓpinqua. et intendit, ꝙ ét iſta cauſa dr̃ de omnibus ꝓportionalr̃. D. d. et ſic aliud, et prima oĩa, quæ ſunt contraria i. et alio modo dr̃ de eis, ꝙ contraria L præcedũr omnia, i. ꝙ ſunt principia omnium alio modo ab eo, ſecundũ quem dicunt̃ genera, quorum nõa ſunt vniuoca, et ab eo, ſm quem dicuntur nomina æquiuoca. ideſt ꝙ, cùm dicimus, ꝙ principia omnium ſunt contraria duo, et mã, non eſt dictum æquiuoce nec vniuoce, ſed ſm aſſimilationem. Et hoc, quaſi manifeſtius eſt in ſecunda translatione, quæ talis eſt: et ét primum in perfectione, et alio modo prima oĩa contraria, quæ non dicunt̃ ſicut genera, neq; multis modis, ſed eadem.

Et Alexander dixit, ꝙ forte intelle M xit ꝙ hoc, quod dixit, et iſta nõ ſicut genera dicunt̃, neq; multis modis, cauſas indiuiduales, quæ ſunt veræ cauſæ cauſatorũ indiuidualiũ, quæ ſunt vere cauſata. i. ꝙ iſta differunt in numero, et nõ in genere, neq; in ſpecie. Cauſæ enim eorũ, quæ differunt in genere, differunt in genere, et quæ in ſpecie in ſpecie, et q̃ in numero in numero. Et ſm hoc intẽdebat cùm dixit: et alio modo prima oĩa contraria. prioritas enim indiuidualis alia eſt à prioritate vñi.

Quæ

A Quæ itaq; ſenſibilium principia ſunt, & quot, quoue modo eadem, & diuerſa, dictum eſt.

SVMMA SECVNDA.

De ſubſtantia Immobili.

Neceſſarium eſſe dari ſubſtantiam aliquã immobilem, perpetuam, ſemperq; actu exiſtentem. Item actum potentia eſſe priorem. Cap. 1.

Vide Aui. 1 Epistra. 4

B VM vero tres ſint ſubſtantiæ, duæ quidem naturales, alia aũt immobilis, de hac eſt dicendum q; neceſſe eſt perpetuã aliquã, & immobilem ſubſtantiam eſſe. Et enim ſubſtantię, primæ entiũ ſunt. & ſi cunctæ corruptibiles, omnia corruptibilia ſunt. at impoſſibile eſt aut generari motum, aut corrumpi: nam ſemper erat. neq; tempus, cùm non ſit poſſibile prius & poſterius eſſe, tempore nõ exiſtente. & motus ſanè ita continuus eſt, ſicuti & tempus. aut enim idẽ, aut quædã ipſius motus paſſio C eſt. motꝰ vero nõ eſt cõtinuus, præter hunc, qui ſecundũ locũ, & hunc, qui circularis eſt.

Quæ autem ſunt principia ſenſibiliũ, & quot, & quomodo ſunt eadem, & diuerſa dictum eſt. Et, quia ſubſtantiæ ſunt tres, quarum duæ ſunt naturales, & vna eſt immobilis, loquendum eſt de iſta, & narrandum eſt quòd neceſſe eſt aliquam ſubſtantiam æternã & non mobilem eſſe. Subſtãtiæ enim præcedunt omnia entia. ſi igitur omnes ſubſtantiæ fuerint corruptæ, omnia entia erunt corrupta. ſed eſt impoſſibile quòd motus fiat, aut corrumpatur: ſemper enim erat. D *neq; tempus etiam, cùm impoſſibile ſit prius & poſterius eſſe, ſi tempus non fuerit. & motus igitur ſecundum hunc modum continuus eſt, ſicut tempus. aut enim erit idẽ, aut paſſio motus. ſed non inuenitur motus continuus, niſi in loco, & exiſtis circularis.* E

Per hoc, quod dixit, q; ſunt principia ſenſibilium, innuit materiam, & formam, & priuationem, & motorem, & q; ſunt tria vno modo, & quatuor alio modo. Et p hoc, quod dixit, & quomodo, innuit illud, qđ prædixit, q; ſunt eadem per aſſimilationem, & diuerſa ſecundum naturam. Conſyderandum autem eſt, vtrum hoc intendebat per ſenſibilia, de quorum principijs loquebatur, generabilia, & corruptibilia tantum, aut etiam æterna. Alexãder autem dixit, q; quãnis ſermo eius prędictus ſit de ſubſtantijs non æternis, tamen de vtraq; ſubſtantia loquit, F ſcilicet æterna, & nõ æterna. In ſubſtantia enim ęterna inueniuntur ęt cauſæ, quę per ſimilitudinem dicuntur cum cauſis generabilibus & corruptibilibus. inuenitur enim in ea potentia, cùm mouetur in loco. ſed tamen potẽtia in vbi non eſt potentia in ſubſtantiã. Deinde dicit: hoc enim, quod inuenitur in vbi, ſimile eſt cõtrarietati, aliquando enim eſt in vbi in potentia, aliquãdo in actu. Et ſignum huius eſt, quia Ariſto. 29

G poſuit diuiſionem in hoc ſermone in ſubſtantiam mobilem & immobilem, ita ꝙ dixit: Et, quia ſubſtantiæ ſunt tres, quarum duæ ſunt naturales, &c. i. Sed hoc, qđ dixit: & narrandum eſt, ꝙ neceſſe eſt aliquam ſubſtantiam æternam & non mobilem eſſe, eſt ſignum ꝙ poſuit hanc ſubſtantiã eſſe in diuiſione potẽtia, vbi dixit, & vna eſt immobilis: niſi poſuerit hoc in diuiſione, ſecundũ ꝙ oẽs Antiqui opinabantur, ſcilicet hoc eſſe ſubſtantiam immobilem. ſimile enim huic fecit ī primo iſti⁹ tractatus. Et illud, ſuper quod debe-

H mus ſuſtentari in imaginatione eſt, ꝙ ſubſtantia eſt duobus modis, modo æterno & non æterno, vt declaratum eſt in ſcientia Naturali. & ꝙ ſua intentio in hoc tractatu eſt perſcrutari de ſubſtantia, quæ eſt principium ſubſtantiæ æternæ: cùm declarata ſint principia ſubſtantiæ generabilis & corruptibilis in naturalibus. ſed, quia ſermo ei⁹ in hac ſcientia eſt de principijs ſubſtantiæ ſimpliciter, ueceſſe fuit exponere conſyderationẽ bipartitã, ſcilicet in principijs ſubſtantiæ nõ æternæ, & principijs ſubſtantiæ ęternæ. Et ideo diuiſit hunc tractatum primo in duo.

I Quorum primum eſt de principijs ſubſtantiæ non æternæ, quæ habẽt communicationem cum æterna: & poſuit hoc de naturalibus. Secundũ autem eſt de principijs æternæ proprijs. Et, quia principia ſubſtantiæ ſunt ſubſtãtiæ, neceſſe fuit loqui de ſubſtantia, quæ eſt principium ęternæ ſubſtantię mobilis, & declarauit eam eſſe immobilem & æternam. Sed tamen Ariſt. uolut ponere doctrinam manifeſtiorẽ, & magis ſimplicem. fecit enim ſicut homines ponunt ſubſtantiam immobilem eſſe principium mobilis. Deinde incœpit declarare hanc ſubſtantiam eſſe ex ꝓpõnibus vtriuſq; ſcientiæ, & dicit: Subſtãtiæ enim præceduntomnia entia. ideſt vt declaratũ eſt pri⁹.

K nib⁹cõib⁹ vtriq; ſcięs. Oppoſitũ requite in cõmẽ. vlt. primi phy. Vide cõm. 2im.

D.d. ſi igitur omnes ſubſtãtiæ fuerint corruptæ, omnia entia erũt corrupta. ideſt ꝙ, cùm poſuerimus, ꝙ cauſæ omniũ entium ſunt ſubſtantiæ, & ꝙ ſubſtantię ſunt generabiles & corruptibiles, continget neceſſario, vt omnia entia ſint generabilia & corruptibilia. Omne enim, cui⁹ cauſa ẽ generabilis & corruptibilis, eſt generabile & corruptibile. Et, L cùm poſuit ꝙ, ſi oẽs ſubſtantiæ fuerunt generabiles & corruptibiles, oĩa entia erunt generabilia & corruptibilia, deſtruxit conſequens, & dixit ſed eſt impoſſe, ꝙ motus fiat, aut corrumpatur. i. ſed eſt impoſſe vt omnia entia ſint generata, poſtq̃ nihil fuit omnino, & corrupta, ita ꝙ nihil erit. impoſſe enim eſt intelligere motum factũ, poſtq̃ nullus motus fuit: aut corruptum, ita ꝙ nullus motus erit. D.d. ſemper enim erat, ideſt vt declaratum eſt in Naturalibus.

D.d. neq; etiam tempus, i. neq; ẽt tempus eſt ex entibus talibus, ſ. quæ M poſſunt imaginari generata aut corrupta, poſtquã fuit tempus, & poſtq̃ non erit tẽpus. D.d. cauſam in hoc, & dicit: cùm impoſſibile ſit prius & poſterius eſſe, ſi tempus non fuerit, ideſt, cùm impoſſibile ſit intelligere generatũ & corruptum, niſi intelligant prius & poſterius, quæ impoſſibilia ſunt imaginari, niſi cum præterito & futuro, quę ſunt partes temporis. factum enim eſt illud, quod eſt poſt non eſſe, & cuius nõ eſſe eſt ante ſuum eſſe. ſed ante & poſt ſunt

dñiæ

Idẽ cõ. primo huius.

Subſtãtiã æternã eẽ declarari pót ꝓpõ-

A differentiæ tempotis. Si igitur tempus ponatur esse factum, necesse est fieri in tempore. quapropter temp⁹ erit ante tempus, & sic in infinitum.

† Tẽpus & mot⁹ aut sunt idem aut ips⁹ est aliqua pas sio motus consimile 8. Phy. c. 10 vide pro hoc clari 9. 4 Phy. cõ. 91. & tex. cõ. 101.

D.d. & motus igitur ſm hunc modum continuus, &c. i. & cum temp⁹ est continuum, & æternum, & vnũ, necesse est vt motus æternus sit continuus, & vnus. † Tẽpus enim & motus aut sunt idem: aut tempus est aliqua passio eius. * sine enim tempore impossibile est imaginari motũ.

B * Sine tpe impoſe eſt imaginari motũ. Vide oppoſi ti. 4. Phy. com. 97. Vide cõtr. 2m.

D.d. sed non inuenitur motus continuus, nisi in loco, & ex istis circularis, idest & impossibile est vt iste motus sit, nisi localis & circularis, vt declaratum est in Physicis.

At vero, si motiuum aut effectiuum est, non aũt operans aliquid, non est motus. possibile nanq; est nõ operari, quod potẽ tiam habeat. nulla igit vtilitas erit, ne quidẽ si perpetuas substantias faciamus, quẽadmodũ qui faciunt formas, nisi aliquod principium insit, quod mutare possit. Nõ igitur sufficit illa, nec alia substantia præter formas.

C Nam, si non operabit, motus nõ erit. nec itẽ si operabit, substantia vero eius potẽtia sit. nõ enim erit perpetuus motus. quod enĩ potentia est, contingit non esse. oportet igit esse tale principiũ, cuius substantia actus sit. Itẽ has oportet esse substãtias absq; materia. sempiternas enim eẽ oportet, si aliquid quidẽ ęternũ est. actu igitur sunt. Atqui dubium est. Nam oẽ quidem agens posse quoq; videt, potens vero nõ oẽ, agere. quare potentia erit prior.

Dubitatio

Verũ, si hoc ita sit, nihil entium erit. contingit enim posse quidẽ esse, nondum vero esse. At si, vt Theologi, qui ex nocte cũcta generant, siue, vt Naturales dicũt, oẽs res simul erant, idem imposſibile erit. Quo nanq; modo mouebunt, si nulla erit actu causa? non enim ipsa materia seipsam mouebit, verum opifex virtus, neq; menstrua neq; terra, verũ semina atq; humanum semen. Propter quod quidã faciũt semper actum, veluti Leucippus & Plato, cũ semp esse motũ dicãt. E cur vero, vel quẽ, non aiunt. nec cur sic, nec causam. nihil enim susque deq; mouetur, sed oportet vt semp aliquid præexistat. sicuti nunc. natura quidem hoc modo, vi etiã, aut ab intellectu, aut ab aliquo alio, hoc modo. Deinde, quisnam primus sit. differt enim quàmmaxime.

D Solutio.

Sed, si fuerit substantia mouẽs, aut agens, & nihil agit, non erit motio. possibile est enim, vt illud, quod est in potẽtia, non agat. & si non, nihil prodest cum posuerimus substantias æternas, aut dicentes formas, nisi in eis sit principium, quod potest transmutare. Sed hoc nõ sufficit, neq; aliud extra formã. Si enim non fuerit, non erit motus. neque si egerit, & substantia eius fuerit in potẽtia. non enim erit motio æterna. Possibile enim est, vt quod est in potentia, non sit ens,

F

G *neceſſe eſt igitur vt tale principiũ ſit ſubſtantia, quæ eſt actio. Et oportet etiam vt iſtæ ſubſtãtiæ ſint exiſtentes extra materiam, cùm neceſſe eſt ut ſint æternæ. ſi etiã aliud fuerit æternum, actio eſt. Quamuis hic ſit quæſtio. Exiſtimatum eſt enim, quòd omne agens habet potentiam, qua poteſt, & non omne, quod poteſt per potentiã, agit. Vnde potentia videtur prior. Sed quamuis ita ſit, nullum quidem entium*

H *erit ens, cùm ſit poſsibile vt ſit, & non ſit ens. Sed ſi ſecũdum Loquentes in Diuinis generãtes mundum ex nocte dicunt, & Naturales dicentes, quòd omnia fuerũt inſimul, impoſsibile eſt vt ſint eadem omnibus. Et ſi non, quomodo mouentur, ſi non habent in actu cauſam? materia enim ſubſtantia carpentarij impoſsibile eſt vt moueatur per ſe, ſed carpẽtarietas. neq; ſanguis menſtruus neq; terra, ſed ſemina &*

I *ſperma. Et ideo quidam ponunt ſeparationem, vt Plato, & Leucippus. dicũt enim motum ſemper eſſe aliquid. ſed quære, non dicunt cauſam. nihil enim mouetur, ſed oportet vt ſemper ſit aliquid. ſicut modo eſt, aut naturaliter, aut violente, aut ex alio & poſt, qui eſt primus, multum enim differt.*

30 Sed, ſi fuerit ſubſtantia, &c. ideſt, ꝙ, cùm motus æternus ſit, & omnis motus habet motorem, vt determinatum eſt, neceſſe eſt, vt iſte motus habeat motorem, qui eſt actio pura ſine aliqua potentia, ideſt, quia in nulla hora eſt motor in potentia. Si enim non fuerit actio pura, ſed cũ potentia, aliqua hora erit, in qua nõ erit motio ab ea. Deinde dedit cauſam, & dicit: poſſe enim eſt, &c. ideſt, quia omnis motor, cuius ſubſtantiæ admiſcet potentia, poſſibile eſt vt in aliqua hora non moueat. non enim mouet, niſi per aliũ motorem extrahentẽ ipſum ex potentia in actum, qui eſt impoſſibilis vt non ſit præſens. D. d. & ſi non, nihil prodeſt, cùm poſuerimus, &c. i. declaratum eſt igitur ſubſtantiã eſſe æternam, & ſemper mouentem. & ideo nihil prodeſt ponere ſubſtãtiã ęternam, in qua non ſit principium mouendi: vt dicũt dicentes formas. Deinde dicit: Sed hoc non ſufficit, neq; aliud. ideſt, non enim ſufficit pouere principiũ mobiliũ formas, neq; aliud extrinſecũ à formis, cùm motus non auferatur ab ablatione illius. Et hoc intendebat, cùm dixit: Si enim non fuerit. i. ſi enim nõ fuerit, non erit motus. i. ſi nõ fuerit poſitũ aliquod tale, ideſt aliquod, qđ ſi non eſſet, non eſſet motus. Deinde dicit: neq; ſi egerit, & ſubſtantia eius fuerit in potentia. ideſt & non ſufficit in hoc ponere aliquid, quod ſi non fuerit tale, nõ erit motus, ſed etiam ſi non fuerit tale, ideſt ꝙ ſi auferatur, auferetur motus, & ſubſtantia eius nõ erit in potẽtia. ſed vtrũq; neceſſarium eſt, in eo ſcilicet, quod cùm auferatur, auferatur motus, & ꝙ ſubſtantiæ non admiſceatur potentia. Alexander autem dixit, ꝙ neceſſe eſt tertium eſſe, cùm hoc ſit æternum & mouens in actu, ſcilicet

K Oĩs motor, cuius ſubſtãtiæ admiſcet potẽtia, poſſibile eſt vt in aliqua hora non moueat.

L

M

vt

A vt ſit illud, ad quod ſecundum deſy
deriũ mouet hoc corpus, qnod eſt
nobiliſſimum corporum, ſ. cœleſte.
Illud autem, ad quod ſm deſyderiũ
mouetur hoc corpus, nõ eſt homo,
neq; aliquod entium, quæ ſunt hic:
cùm nobilius deſiderio non tendat
in vilius. Deinde dedit cauſam in
hoc, & dixit: non enim erit motio
æterna, ideſt, ſi in ſubſtantia huius
motoris fuerit ſubſtãtia, quæ eſt in
potẽtia, ſcilicet in materia. Deinde
dicit: poſſibile enim eſt, vt quod eſt
in potentia, non ſit ens. & hoc quod
dixit, ſi fuerit in potẽtia ſubſtantia,
B poſſibile eſt, vt non ſit ens ſimpliciter. ideſt, quia corrũpetur in aliqua
hora. Et hoc quidem determinatũ
eſt in Naturalibus, ꝙ oẽ, cuius ſubſtantiæ admiſcetur potentia, eſt generabile & corruptibile. &, ſi fuerit
in potentia motor in loco, impoſſibile eſt vt nõ moueat. Vnde neceſſe
eſt, vt iſti motori non admiſceatur
potentia omnino, neq; in ſubſtãtia,
neq; in loco, neq; in aliquo modorum potentiæ. Et hoc intẽdebat, cũ
dixit: neceſſe eſt igitur vt tale princi
pium ſit ſubſtantia, quæ eſt actio.
quia cauſa potentiæ in rebus, in qui
C bus eſt potẽtia, eſt materia, vt dictũ
eſt in Naturalib⁹. Et dicit: Et opor
tet ẽt vt iſtæ ſubſtantiæ ſint exiſtentes, &c. i & quia iſtæ ſubſtantiæ ſunt
mouentes ſine aliqua potentia, neceſſe eſt vt ſint ſine omni materia,
cùm neceſſe ẽ vt ſint æternæ. omne
enim æternum eſt actio pura: & oẽ,
quod eſt actio pura, nõ habet potentiam. D.d. Quãuis hic ſit ſtio, &c.
ideſt, & ſi iſti ſermões dicãt vt actio
ſit ante potentiã, eſt tamen hic quę-
ſtio. Exiſtimatum enim eſt, ꝙ potentia eſt ante actum, quia exiſtima

Oẽ æternũ factio pura. Idẽ infra. 35. 41. & 44. Idẽ 9. Met. te. c. 17. & 2. Cœ. 33 & 34. Oppoſitum. 3. de Aia cõ 5. in ſolone tertię qõnis, & c. 14 Vide cõtr. Zimarę.

tum eſt, ꝙ omne agẽs fuit in poten- D
tia, & non omne, qđ eſt in potentia
aget: vnde & potentia videtur prior
actu. Deinde dicit: Sed quãuis ita
ſit, nullum entium, &c. i. & hoc eſt
impoſſibile, qm̃, ſi motor omnis, &
agens haberet potentiam mouendi
& agẽdi, poſſibile eſſet vt in aliqua
hora nihil eſſet: & tunc poſſibile eſſet quodlibet eſſe & non eſſe. qm̃, ſi
poſſibile eſt, vt primus motor non
ſit vt non-moueat, poſſibile erit vt
nihil ſit omnino: quod eſt impoſſibile, vt dictum eſt prius, vbi locutus
eſt ꝙ actus eſt ante potẽtiam. D.d.
Sed ſi ſecũdum quod Loquentes in E
Diuinis, &c. i. niſi eſſet verum, quod
Loquentes in Diuinis & Naturalibus dicũt, ſcilicet, ꝙ omnia facta fuerunt ex ſe ſine motore. vt dicentes
mundum generari ex obſcuritate,
& vt ponentes cauſam generationis
omnium materiã tantum, aut vnũ
elementum quatuor, aut partes infinitas: quod eſt impoſſe, ſ. vt aliquid
moueatur ſine motore. verbi gr̃a,
ꝙ lignum, quod eſt ſubiectum carpentarij, impoſſibile eſt vt moueat
per ſe abſq; carpentario. & ſiſt ſanguis mẽſtruus impoſſibile eſt vt ab
eo fiat homo, niſi moueatur à ſper- F
mate: neq; terra planta, niſi moueatur à ſemine. D.d. Et ideo ponunt
quidam, &c. i. & cùm quidam perceperunt, ꝙ nihil mouetur, niſi ante
ſit motus, poſuerunt motũ ante generationem mũdi. nulla enim dſia
eſt inter ponentẽ materiã eſſe mobilem ex ſe, & ponentẽ, ꝙ oẽs cauſæ
fuerunt in quiete, & ꝙ demum incœperunt moueri. & ideo poſuerũt
iſti ante generationem mundi motum æternũ, vt Plato dixit, ꝙ prius
fuit motus inordinat⁹, deinde Deus

G induxit eum ad ordinem: & ſicut dicunt dicentes partes eſſe indiuiſibiles de motu in vacuo. D.d. qui dicunt, ꝙ omnia fuerunt inſimul. Et Alexander dicit, ꝙ non innuit Anaxagorã. iſte enim ponit cauſam agẽtem, ſ. intellectum. ſed, quia iſtis contingit ꝙ, cũ aliquid incœperit* mouere, vt ſit prius in potẽtia* mouẽs, deinde ĩ actu ſine motore, in nullo differunt ab eis, qui non perceperũt cãm eſſe mouentẽ. & hoc modo nõ eſt remotũ vt Anaxagoras ſit de eis, vt oĩs generans mundũ, ſiue cõceſſerit cauſam eſſe mouentem, aut nõ.

*a.l. moueri.
*a.l. motũ

H Et forte dixit de his, qui non receperunt cauſam mouentẽ in ſubſtantia: quia oĩa apud eos fuerunt inſimul. quia, cũ illic nõ fuerit generatio, nõ erit illic aliquid in potẽtia, & aliquid in actu, ſed oĩa in actu inſimul ſemp, cũ impoſſe eſt vt oĩa ſint priuata vt aliqd ſit qñq; ens, & qñq; nõ ens. Et, quia Plato, Leucippus, & Democritus dicebãt motũ eſſe ante generationẽ mundi, Leucippus aũt motũ ſpacij in vacuo, neceſſe eſt eis dicere quis motꝰ eſt iſte motus ꝛeternus: impoſſe enim eſt motũ ꝛternũ eſſe niſi circularem. & neceſſe eſt eis

Itē cuncta participabunt malo præter ipsum vnum. alterum nanq; elementorum ipsum malum est. Et alij neq; principia bonum & malum, quāquam in oībus maxime ipsum principium ipsum bonum sit. Quidam autē hoc quidem recte, q̄ principiū: quo vero modo ipsum bonum principium sit, vtrum vt finis, an vt mouens, an vt forma, non dicunt. Empedocles quoq; absurde amicitiam facit bonum, cùm hæc principium sit, & vt mouens, si quidem congregat: & vt materia, nā mixti pars est. At si etiam eidem accidat, & vt materię principio esse & vt mouenti, ipsum tamen esse non idē est. secundum q̄ igitur horum amicitia est? Inconueniens item est contentionem incorruptibilē eē, cū hęc ipsa mali natura sit.

D

E

Et etiam mendacium erit acquisitum in omnibus, præterquam in vno. malum enim per se est alterum elementorum. Alij autem non dixerunt malum & bonum esse principia, quamuis in maiori parte in omnibus bonum est principium. Et quidam eorum dicunt, quòd hoc principium est bonum: sed non simpliciter dicunt quòd bonum est principium, quasi perfectio, aut quasi mouens, aut quasi forma. Empedocles etiam dicit modo impossibili. facit enim bonum amicitiam, & malum litem. & hæc sunt principia: quia est quasi mouens, & quia aggregat: & est quasi materia, quæ est pars admixti. Quoniam, si accidit alicui vni, vt habeat principium quasi materiam, & etiam quasi mouens, sed tamen essentia non est vna. secundū

F

G *quod eſt igitur amicitia? Et impoſsibile eſt vt lis ſit, quæ non corrumpatur omnino, cùm talis ſit natura mali, & cum habeat naturam mali.*

54 Et etiam mendaciũ, &c.i.& quidam ponunt omnibus duo principia, malum. ſ. & bonum, quæ ſunt materia & forma. & ſi ita ſit, tunc malum exiſtit in omnibus, præterquam ī vno, ſ. forma. neceſſe eſt autem vt omnia compoſita ſint mala, quia alterum elementorum eorũ, quod eſt materia, eſt malum. & hoc
H intendebat cùm dicit: malum enim per ſe eſt alterum elemẽtorum. Deinde d. Alij autem non dixerunt bonum & malum eſſe principia. i. Alij vero non dixerunt bonum & malum eſſe principia, cùm bonum videatur eſſe principium in omnib⁹, & pluribus diſpoſitionibus. D.d Et quidam eorum dicunt, ꝙ hoc principium eſt bonum. i. & quidam Antiquorum opinãtur, ꝙ primũ principium eſt bonum, ſed non dixerũt quomodo eſt principium, vtrũ ſm finem, aut ſm formam, aut ſm mouens: neq; determinauerũt hoc, ſed
I dixerunt hoc viuiuerſaliter, nõ modo determinato. D.d. Et Empedocles etiam dicit: modo impoſſibili. facit enim bonũ amicitiam, & malum litem. & hęc ſunt ptincipia, &c. i. & quod dicit Empedocles de principijs, eſt etiam impoſſibile. facit. n. principium, quod eſt bonum, eſſe amicitiam, & principium, quod eſt malum, litem. Sed inquantum amicitia cõgregat res, eſt principiũ quaſi mouens, & inquãtum eſt pars rei admixtæ, eſt principiũ quaſi elemẽtum. quaptopter contingit ei ponere cauſam mouentem extrinſecam K
eſſe quaſi elementum rei motę, ſ. vt motum ſit admixtum cum motore. Deinde d. Quoniam, ſi accidit alicui vni, &c.i. ſed, ſi accidat alicui vni vt habeat principiũ quaſi materiã & elementum,, & principium quaſi mouens, tamen non eſt poſſibile vt eſſentia motoris ſit eſſentia materiæ. ſm igitur quem modum facit his duobus modis amicitiã eſſe prĩcipium, vtrum ſm mouentem aut ſm materiam? impoſſibile enim eſt vt idem ſit cauſa eiuſdem vtroque L
modo. D.d. & impoſſibile eſt etiam vt lis, &c.i. & impoſſibile, quod contingit Empedocli in ſuo ſermone, eſt ꝙ lis ſecundum ꝙ eſt principiũ non corrumpetur, quamuis ſit mala, & male naturæ, & violenta. violẽtum aũt non eſt manſiuum. Violentus non ẽ mã ſiuũ. Idẽ. 2 Cœl. t.c.18

Anaxagoras autem bonũ ponit principiũ, vt mouens, mens enim mouet. verum alicui⁹ gratia mouet. quare alterũ, niſi ſit, vt nos dicimus. ars. n. medendi quodam modo ſanitas eſt. Incõueniens ẽt eſt ꝙ non fecerit aliquid bono, mentiq; contrariũ. M

Anaxagoras autem bonũ principium dicit eſſe quaſi mouens. intellectus enī mouet, ſed mouet propter aliquid. dixit igitur alĩũ ſermonem, nõ ſicut dicitur. medicina enim eſt aliqua materia ſanitatis. & impoſsibile eſt etiam non ponere contrarium boni, & intellectus.

Anaxagoras aũt dicit, ꝙ bonũ eſt 55
principium mouens, cùm iã poſuit, quod intellectus eſt mouẽs oĩa: ſed non dicit, qua de cauſa mouet. omne

A ne enim, quod mouet ꝓpter aliqd mouet: & illud, ꝓpter quod mouet, magis est bonum, q̃ illud bonũ mouens. Dixit igitur sermonem diminutũ, quia cõtingit ei ponere aliud principium, non sicut dicimus, q̃ principium mouens mouet fm perfectionem & complementum, vt videmus medicinam mouere ad sanitatem, mouet.n. ad sanitatem, & medicina est forma sanitatis. si igitur sanitas non esset in subiecto, sicut est de primo principio, tũc medicina moueret vtroq; modo, s. fm q̃ est agens motum, & finis.

Vid supra 36. & 38.

B Porro nulli eorum, qui ponunt contraria, vtuntur contrarijs, si quẽ inquirere nõ pigeat. & cur quædam corruptibilia, quædam incorruptibilia nemo dicit. omnia nãq; entia ex eisdẽ principijs faciunt. Prẽterea, quidam ex non ente faciunt entia. quidam vt hoc non cogantur, vnum cuncta faciunt. cur item semper generatio erit, quidq; generationis causa sit, dicit nemo. At tum illis, qui duo principia faciunt, aliud principalius principium necesse est esse: tum illis, qui formas, quia aliud principalius principiũ est. cur enim participauit, aut participat? Et alijs quidem necesse est Sapientię, ac nobilissimæ scientiæ aliquid cõtrarium ponere esse, nobis vero minime. nihil enĩ est primo contrarium. quandoquidem cuncta contraria materiam habent, & potentia hæc sunt. contraria vero ignorantia ad cõtrarium. primo autem nihil contrarium

C

est. Prætera, si non erunt alia ꝓter sensibilia, nõ erit principiũ, & ordo, & generatio, & ipsa cœlestia, sed semper principiũ principium, vt Theologis, Naturalibusq; cunctis. Si autem erũt formæ, aut numeri, nullius causæ erunt. si vero non, neq; prorsus ipsius motus. Quo nanq; item modo ex non habentibus magnitudinem magnitudo continuum q̃ erit? numerus nãq; nõ faciet continuum, neq; vt mouens, neq; vt forma. Cæterum nihil contrariorum erit quod et factiuum & motiuum. alioqui contingere sane possit non esse. verum enimuero & facere posterius q̃ potentia est. Entia ergo non erunt sempiterna: attamen sunt. interimendum igitur aliquid horum est. hoc autẽ aliquo pacto dictum est. Item, quo modo numeri sunt vnum, aut anima, & corpus, & omnino forma & res, nemo aliquid dicit; nec dicere potest, nisi (vt nos) dicat, quod vt mouens faciat. Qui vero dicũt mathematicum numerum primum, & ita semper aliam attiguam substantiam, ac alia cuiusq; principia, inconspirantẽm vniuersi substantiam faciũt (nihil enim altera alteri cõferr, siue sit, siue non sit) & principia multa. At entia nolũt malegubernari. non est bonum pluralitas principatuũ. vnus ergo princeps.

D E F

* Ἐστω δὲ τοῦτο ἀρχὴ ἕν. ἀλλ' ὡς αὐτεξούσιον ἢ δοῦλον ἡ ἀρχὴ ἕν.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM

LIB. TERTIVSDECIMVS,

Cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima, de Mathematicarum rerum eſſentia pertractatur.
In Secunda, diſputatur contra Ideas.
In Tertia, probatur Numeros non eſſe ſubſtantias ſeparatas.

SVMMAE PRIMAE.

H *De quibus agendum ſit in ſubſequentibus libris. Cap. 1.*

DE ſenſibilium itaq; ſubſtantia, quæ nã ſit, dictum eſt: ĩ trã ditione quidẽ naturalium, de materia, poſterius vero de actu. Cùm autem hæc conſyderatio ſit, vtrũ præter ſenſibiles ſubſtantias aliqua ſit immobilis & æterna nec ne, & ſi ſit, quænam ſit, quæ ab alĩs dñr, primo ſpeculandũ eſt: vt tum ſiquid non recte dicant, I non ſimus eiſdem cõſcĩ: tum ſi quod nobis & illis cõmune decretum ſit, hoc ſeparatim nõ cõtrà nos grauiter feramus. ſufficiens enim erit, ſiquis quædam melius dicat, quædam non deterius. Duæ aũt de his opiniones ſunt. Quidam etenim ipſa Mathematica ſubſtantias eſſe aiũt, vt numeros, lineas, & quæ his eiuſdem generis ſunt. Et rurſus Ideas. Cùm aũt quidam ideas, numerosq; mathematicos duo genera faciant, quidam vnã amborum naturam, quidam autẽ alĩ mathematicas tm̃ ſubſtãtias eſſe dicant: primum quidem de mathematicis conſyderandum eſt, nullam aliam eis addẽdo naturam. veluti vtrum ideæ ſint necne, & vtrũ principia, ſubſtãtiæq; entiũ, an non: verum tm̃, vt de mathematicis, vtrum ſint an non ſint: & ſi ſint, quonã modo ſint. Deinde poſtea ſeorſum de ipſis ideis ſimpliciter, & aliquantulum legis grã. diuulgata nanq; plurima ſunt ẽt in exterioribus rationibus. Præterea ad illam conſyderationem oportet maiorem ſermonis partẽ attendere, cùm de his conſyderem⁹, vtrum ſubſtantiæ, principiaq; entiũ numeri ac ideæ ſint. poſt enim ideas hæc tertia conſyderatio reſtat. Neceſſe aũt, ſi mathematica ſunt, aut in ſenſibilibus ea eſſe, quemádmodum aliqui dicunt, aut à ſenſibilibus ſeparata (& hoc etiam modo quidam aiunt) aut ſi neutro modò ſunt, aut alio modo ſunt. Quare M dubitatio nobis non de ipſo eſſe erit, verum de modo.

Mathematica ſubſtantias non eſſe magis quàm corpora, nec eis priora niſi ratione, nec ab eis ſeparata eſſe poſſe. Cap. 2.

ET quidem quod in ſenſibilibus ea eſſe impoſſibile ẽ, quodq; ſimul fictitia ratio eſt, dictum ſane in dubitationibus eſt, ꝙ ſimul duo ſolida eſſe impoſſibile eſt. Item ꝙ eiuſdem

rationis

A rationis eſt cæteras quoq; potẽtias & naturas in ſenſibilibus eſſe,ac nullam ſeparatam. hæc ita que pri⁹ dicta ſunt. Verũ ad hęc ẽt conſtat,q; impoſſe eſſet quodcunq; corpus diuidi. diuideret enim ſm ſuperficiẽ, & hæc ſm lineã,& iſta ſm punctum. quare ſi punctum impoſſe eſt diuidere, ẽt lineã,q; ſi hanc,cętera quoq;. Quid igit differt aut has eſſe tales naturas,aut non eſſe quidem in eis tales naturas? idem nanq; accidet.diuiſis enim ſenſibilib⁹, B diuidentur,aut nec ipſæ ſenſibiles. At nec ſeparatas eſſe tales naturas poſſibile eſt. Nam, ſi erũt præter ſenſibilia ſolida ſeparata ab his diuerſa,prioraq; ſenſibilibus,patet,q; etiam pręter ſuperficies alias neceſſe eſt eſſe ſuperficies ſeparatas,puncta quoq;, & lineas:q̃quidem eadẽ ratio eſt. Quod ſi hæc rurſus præter mathematici ſolidi ſuperficies,lineas & puncta,alia ſeparata, ſiquidẽ incompoſita,priora compoſitis ſunt.& ſi ſenſibilibus priora ſũt C corpora non ſenſibilia, eadẽ rõne ſuperficiebus ẽt, quę in ſolidis immobilibus ſunt, priores ſunt hę,q; p ſeipſas exiſtũt. Quare aliæ ſunt hæ,tum ſuperficies, tum lineæ,ab his, quæ ſimul cũ ſeparatis ſolidis ſunt. hæ nanq; ſimul cũ mathematicis ſolidis, illæ vero eis priores ſunt. Rurſus illarum ſuperficierum lineæ erunt,quib⁹ priores alias oportebit eadem ratione lineas, puncta q; eſſe.& eorum,quæ in priD ribus lineis,alia puncta priora, quibus non erunt amplius alia priora.At abſurda ſane coacervatio fit. accidit nanque ſolida quidem vnica præter ſenſibilia eſſe.ſuperficies vero triplices,pter ſenſibiles:illæ ſcilicet præter ſenſibiles, quæ in mathematicis ſunt ſolidis,quæq; pręter eas, q̃ in his ſunt.lineæ autem quadruplices,puncta autẽ quincupla. Quare circa qualia horum mathematicæ ſcientiæ erunt? non enim circa ſuperficies,lineas,et puncta,quæ in immobili ſolido E ſunt: quandoquidem ſemp ſciẽtia circa priora eſt.Eadem ratio de numeris quoq;. præter enim quælibet puncta aliæ vnitates erunt,ac præter quælibet entia ſenſibilia,deinde præter intelligibilia.quare numerorum mathematicorum infinita genera erunt.Item quonam modo quę in dubitationibus enumerauimus ſolui poſſunt? etenĩ ea, circa quæ Aſtrologia eſt,ſimili modo præter ſenſibilia ſunt, ac circa quæ Geometria.eſſe vero cœF lum,& partes eius,quonam modo poſſibile eſt,aut aliud quodcunq; motum habens? ſimiliter autem Perſpectiuæ & Harmonicæ obiecta? erit nanq; vox,& viſus præter ſenſibilia & particularia. Quare patet,q; alĩ ſenſus etiam,aliaq; ſenſibilia ſunt. cur enim magis illa q̃ iſta? q; ſi hæc ſunt,animalia quoq; erunt, ſiquidem & ſenſus.Item quędã à Mathematicis vniuerſalĩ præter

G ter has ſubſtantias ſcribuntur. erit igitur hæc quoq; alia quædam ſubſtantia ſeparata, ac media ĩter ideas, ac media, quę nec numerus, nec pũcta, nec magnitudo, nec temp⁹ ſit. ꝙ ſi hoc impoſſibile eſt, conſtat quoq; illa impoſſibile eſſe à ſenſibilibus ſeparata. Et omnino contrarium, tum vero, tĩ ei, quod exiſtimari ſolitum eſt, accidit, ſiquis ita eẽ mathematica ponat, vt quaſdam naturas ſeparatas. neceſſe enim eſt propterea quidem, qđ
H ita ſe habeant, priores ſenſibilibus magnitudinibus eſſe, ſecundum autem veritatem poſteriores: ſiquidem imperfecta magnitudo generatione prior, ſubſtantia poſterior ſit, vt inanimatum animato. Item quo, & quando magnitudines mathematicę vnum erunt? quæ quidem interdũ animæ, aut parti animę, aut alicui, quæ particeps eſt ratiõis, inſunt? ꝙ ſi non, multa erunt, ac diſſoluentur. Illis vero (cùm diuiſibiles, quantæq; ſint) quidnã
I cauſæ eſt, vt vnum ſint, coniunctæq; maneant? Item ipſę etiam generationes hoc manifeſtant. quandoquidem, quod primum eſt, ad longitudinem, deinde ad latitudinem, & tandem ad profunditatem fit, ac finẽ nactum eſt. Si itaq; ſubſtantia prius, qđ generatione poſterius eſt, corp⁹ profecto, tum ſuperficie, tum lõgitudine prius erit. & hac ratione perfectum magis, atq; totũ, quia fit aĩatum. Linea vero, ſiue ſuperficies, quonam modo aĩata erit? ſupra nanq; noſtros ſenſus hæc certe dignitas erit. Item corpus quidem ſubſtantia q̃dã ſit, quippe ꝙ iam perfectionem quodam modo habet, lineę vero quonam mõ ſubſtãtiæ erũt? nec enim vt ſpecies, & forma q̃dam, veluti ſi anima ſit, qđ tale eſt. nec vt materia, veluti corp⁹. nihil.n. ex lineis, neq; ex ſuperficiebus, neq; punctis videt conſtare poſſe. Atqui ſi qua materialis ſubſtantia eſſet, hoc pati poſſe profecto videretur. Ratio- K
ne itaq; prior ſit. non tamen om- Non oĩa, q̃cunq; rõ
nia, quæcunq; ratione priora, ne ſubã ſũt
ſubſtãtia quoq; priora ſunt. ſub priora.
ſtantia nanq; priora, quæcunq; ſeparata ipſo eſſe excedunt. ratione vero his, quorum ratiões ex rationibus. hæc autem non ſunt ſimul. ſi enim pasſiones nõ ſint præter ſubſtantias, veluti quiddam motum vel albũ, homine albo ſm rationem albedo prior eſt, non ſm ſubſtantiã. nõ enim poteſt ſeparata eſſe, verũ M
ſemper vna cũ toto eſt. dico autem totum hominem album. Quare manifeſtum eſt, neque prius eẽ, quod ex ablatione eſt, neque poſterius, quod ex appoſitione eſt: ex appoſitione nanque, ipſa albedine albus homo dicitur. Quòd igitur nec ſubſtãtiæ ſint magis quãm corpora, nec eſſentia ſenſibilibus priora ſint, verum ſola ratione, nec vſquam eſſe ſeparata poſſibile eſſe, ſatis dictum eſt.

Mathe-

A *Mathematica & entia eſſe, & quo pacto: & quo modo non priora, & quomodo priora. Vbi de Abſtractione multa. Cap. 3.*

CVm vero nec in ſenſibilibus ea eſſe contingat, manifeſtum eſt ꝙ aut omnino non ſunt, aut modo quodam ſunt, & ob hoc non ſimplr ſunt. multipliciter nanq; ipſum eſſe dicimus. Quemadmodū enim vniuerſalia ī Mathematicis nō ſunt de ſeparatis præter magnitudines, numerosq;, verum de his, quanquā nō quatenus talia, vt magnitudinē habeant, aut diuiſibilia ſint, patet ꝙ etiam de magnitudinibus ſenſibilibus rationes & demonſtrationes ſunt: verū non prout ſenſibiles, ſed, put tales ſunt. quemadmodū enim prout mota ſolum multæ rationes sūt, abſq; eo ꝙ quid ſit vnūquodq; eorum, ac eis accidētiū conſyderetur, & non eſt neceſſe propterea idem aliquid motū à ſenſibilibus ſeparatum eſſe, vel in eis aliquam naturam ſegregatam eſſe: ita de his, quæ mouentur etiam erunt rationes, atque ſcientiæ, non tamen quatenus mota, verum quatenus corpora tantum, & rurſus prout ſuperficies tantum, & prout longitudines tantum, & quatenus diuiſibilia, & quatenus īdiuiſibilia ſitum habentia, & prout indiuiſibilia tantum. Quare cùm ſimpliciter verum ſit dicere, non ſolum ſeparabilia, ſed & non ſeparabilia eſſe, veluti ea quæ mouētur, & mathematica (quia etiā qualia dicunt verum eſt ſimpliciter dicere, & talia eſſe) & quēadmodum cęteras ſcientias ſimpliciter verum eſt dicere huius eſſe, nō eius, quod ei accidat, veluti ꝙ albi (ſi ſalubre album ſit) verum prout ſalubre eſt, ac illi⁹ cuius vnaquæq; eſt, ſi ſalubris ſalubre, ſi vero hominis prout homo eſt, ita & Geometriā, non ſi accidit ſenſibilia eſſe quorum eſt, non eſt autem eorum, prout ſenſibilia ſunt: non erunt ſenſibilium Mathematicæ ſcientiæ, neque profecto circa hæc, alīs ſeparatis. Multa vero per ſe reb⁹ accidūt, prout vnumquodq; talium eſt. qm̄ & quatenus fœmina animal, & quatenus mas, ꝓprię ſunt paſſiones: etſi non eſt quicquam fœmina, neq; mas ſeparatū ab animalibus. Quare etiam prout longitudines ſolū, & prout ſuperficies, & quanto de prioribus rōne, ac ſimplicioribus, tanto magis id certitudinē hēt. hoc aūt ſimplex eſt. quare abſq; magnitudine magis q̄; cū magnitudine, & maxime abſque motu. quod ſi hēt motum, primū maxime: ſiquidē hic ſimplicisſimus eſt, & huius qui regularis eſt. Eadē rō de Harmonica, & Perſpectiua ē. neutra nā que, put viſus, vel, put vox ſpeculat, verū, put lineę, & nūeri. at hęc, ꝓprię illorū paſſiones ſunt. Mechanica quoq; ſiīr. Quare ſi qs ab accidentib⁹ ſeparet, ac de eis aliquid, quatenus talia ſunt, conſy-

De quibus ſint ipſa Mathematica, & eorū demonſtratiōes.

Quopacto fiat abſtractio.

Inſtantię ſolutio.

B C D E F

Digitized by Google

G conſyderet, minime ꝓp hoc mẽ tietur. quemadmodũ nec cùm in terra deſcribat, ac eam, quæ pedalis non eſt, pedalẽ dicat, nõ enim in propoſitionibus falſitas ineſt. Optime vero ita vnũquodq; profecto conſyderabit, ſi quis ſeparans ponat qđ non eſt ſeparatum: quod Arithmeticus, Geometraq; facit. Vnum etenim & ĩdiuiſibile eſt homo, put homo. ille vero poſuit vnũ indiuiſibile: deinde ſpeculatus eſt, ſi quid homini prout indiuiſibile eſt, accidit. at Geometra nec prout hõ, nec prout indiuiſibilis, verum prout ſolida. quę.n. ẽt tametſi nullibi erat indiuiſibilis, inerant ei, patet ꝓ ẽt abſq; his contingit ei poſſe ineſſe. Quare propter hoc nõ male Geometrę dicunt, & de entibus differunt, & entia ſunt. duplex.n. eſt ens, hoc quidẽ actu, hoc vero materialiter. Cũ autẽ bonũ & pulchrum differãt (ſiquidẽ illud ſemper in operatione, pulchrum vero ẽt in immobilibus eſt) qui dicunt Mathematicas ſcientias nihil de bono vel pulchro dicere, falsũ dicũt. Dicunt etenim & maxime oſtẽdunt. nam etſi non nominãt, cũ tñ opera & rationes oſtendunt, nonne dicũt de eis? pulchri nãque maxime ſpecies ſunt, ordo, commenſuratio, & definitum, quę maxime oſtendunt Mathematicæ ſcĩæ. Et, cùm hęc multorum cauſę eſſe appareant) dico autem veluti ordo & definitum) patet ꝓ etiam ſimilẽ cauſam, quę vt bonũ cauſa eſt, quodam mõ dicant. magis autem aperte in alĩs dicemus. De mathematicis igiſ, & ꝓ entia ſunt, & quomodo entia, & quo modo nõ priora, & quomodo priora, tot dicta ſint. K

Idẽ primo Priorũ. c. 25. & 1. Poſte. 1. com. 80. Inſtantię ſoluũtur.

Ens duplex.

Bõi et pulchri diſcrimen.

Quopacto Mathematicę ſcię bonũ & pulchrũ cõſyderent.

Pulchriſpecies.

SVMMA SECVNDA.

Diſceptatio contra Ideas.

Quæ moverint Idearum aſſertores ad eas ponendas. Cap. 1.

DE ideis autẽ primo ipſam, q̃ de idea eſt, opinionem conſyderandũ, ad numerorũ nãturã nihil cõſortñ habẽtem. ſed quemadmodum opinati ſunt à principio, qui primi ideas eſſe dixere. Accidit vero de ideis opinio illis, qui dixerũt, propterea ꝓ de veritate adhęſerãt Heracliti rõnibus, tanquã oĩa ſenſibilia ſemper fluant. Quare, ſi qua cuiuſpiã ſcientia, prudentiaq; erit, oportet alias quãſdã naturas permanentes eſſe, p̃ter ſenſibiles. non.n. fluentium eſſe ſcĩam. Cũ vero Socrates circa morales virtutes vacaret, & de his vlt definire primus quæreret, naturalia.n. parumper Democritus tetigerat ſolum, & ali quatenus calidũ & frigidũ definierat. Pythagorici ẽt pri⁹ de quibuſdã paucis, quorũ rationes ad numeros reducebant, veluti quid eſt tẽpus, aut iuſtum, aut nuptię) ille ſane rationabili- L

a. Lhñtes. M

ter q̄rebat ipſum quid eſt. ſyllo
A gizare.n.quęrebat. ſyllbrū ve-
Syllorum principiū ē ipsū qd ē. ro principiū eſt ipſum quid eſt.
nondū.n.tunc erat vis dialecti-
ça, vnde et poſſent abſq; eo ipſo
quid eſt cōtraria conſyderare,
vtrū contrariorū eadē ſcīa eēt.
Quid Socrati ī diſſerēdo peculiar fuerit. Duo nanq; ſunt, quę Socrati iu
re proprio attribuat quiſpiā, in
ductiuas orationes, & definitio
nē vīs. hęc.n.ambo circa prin-
cipium ſcientię ſunt, At Socra-
tes quidem vīa non ponebat ſe
parata, nec definitiones, quidā
B vero ſepararunt, ac talia entiū
ideas appellarunt. quare ferè ac
cidebat eis eadem ratione om-
nium, quę vniuerſaliter dicun-
tur, ideas eſſe.

Deſtruuntur fundamenta eorum, qui ideas ponunt. Cap. 2.

AT ſimile eſt, ſicuti ſi quis
numerare volens, cū qui
dem pauciora exiſtāt, ar-
bitretur non poſſe: cū vero plu
ra faciat, numeret. plures etenī
(vt ita dicam) formę ſunt, q̄; ſen
ſibilia particularia. de quibus
C cū cauſas quęrerent, ex his ad il
las proceſſerunt. nā & ſm vnū-
quodq; eiuſdē nominis ſunt, &
præter ſubſtantias, cęterorum
quoq; in multis eſt vnum, & in
his, & ſempiternis. Cęterū qui-
bus modis oſtendi tur, q̄ formę
ſunt, ſm nullum horum appa-
ret: è quibuſdam nanq; nō eſt
neceſſe fieri ſyllum: è quibuſdā
vero, et quorū non putāt, horū
formæ fiunt. Secundum nanq;
rationes, quæ ex ſcientijs, for-
mę erunt omnium, quorū ſcien
tiæ ſunt. ſm vero vnum in mul D
tis, ēt negationum. & ſm q̄ in-
telligimus aliquid eius, qđ cor-
ruptum eſt, ēt corruptibilium:
ſiquidem horum aliqua conce-
ptio eſt. Inſuper quędā rationū,
eorum etiā quæ ad aliquid ſunt
(quippe cū exactisſimæ ſint)
ideas faciunt, quorum nō dici-
mus eē per ſe genus. Quædā ēt
tertium hoīem dicūt. Et ſimpli
citer hæ de formis rōnes, illa pe
rimunt, q̄ magis q̄; ipſas ideas
eſſe volunt, qui formas dicunt. B
Accidit.n. non eſſe prius duali-
tatem, ſed numerum: & huius
qđ eſt ad aliquid eo, qđ eſt p̄ ſe:
& cuncta, quęcunq; cū quibuſ-
dam ſequerentur de ideis opi-
niōes, aduerſa facere principijs.
Item ſm exiſtimationē, ſm quā
dicunt ideas eſſe, non ſolum ſub
ſtantiarum, verumetiā multo-
rum aliorū formæ erūt. etenim
vnus conceptus nō ſolū de ſub
ſtantijs, ſed de non ſubſtantijs
ēt eſt. Et ſcīę nō ſolū ſubſtantię F
erunt. & alia id genus accidunt
infinita. Secundum vero neceſ-
ſitatem & opiniōes de eis, ſi for
mæ participabiles ſunt, neceſſe
eſt ſubſtantiarū ſolum eē ideas.
nō.n. ſm accidens participatio
earū eſt, ſed eatenus vnaquaq;
participare eſt, quatenus dicit
non de ſubiecto. dico aūt, vt ſi
quid ipſo duplo participat, hoc
ēt ęterno pticipat, ſed ſm accīs
accidit.n. duplo æternū eē. qua
re formę ſubſtantia erunt. hæc

autem

G autem hic et ibi ſubſtantiam ſignificant. An aliquid eſt dicere eſſe prꝫter hęc ipſum qd vnū in multis? etſi eadē quidē forma ē idearū, & participantiū, erit aliquid cōe. cur. n. magis de corruptibilibus dualitatibus, & pluribus qdē, ſed ęternis dualitas vnū & idem ſit, qꝫ de hac & aliqua? qꝫ ſi nō eſt eadem forma, ęquiuoca erit profecto: & ſimile, ac ſi quis Calliam, & lignum hoīes appellarit, nullā inſpiciēs cōmunicationē eorum. Si autē

H ęterа quidem, cōmunes videlicet rationes formis conuenire ponemus, veluti ad ipſum circulum figurā planam, et ęteras rationis partes, & qđ ei, cuius eſt, apponaſ, conſyderandū eſt, ne omnino vanū hoc ſit. cui nāque apponet? medio, an plano, an cunctis? Omnia. n. q̄ in ſubſtātia ſunt, ideę ſunt, vt animal & bipes. Itē patet, qꝫ ipſum quo que neceſſe eſt qd eē veluti planū naturā quādam, quæ oībus ſpeciebus vt genus inerit.

I *Ideas ipſas neq; rebus, neq; ſcientijs prodeſſe.* Cap. 3

POtiſſimū vero quiſpiā dubitabit, quid nā formę cōferāt, aut ſempiternis ſenſibiliū, aut illis, q̄ fiunt, & corrūpuntur. nec. n. motus, nec alicuius tranſmutatiōis, eis ipſis cauſæ ſunt. At nec ad ſcīam aliorū proſunt. nec. n. horū illę ſubſtātiæ ſunt: in his etenim eſſent. Nec ad eſſe. quippe cū nō inſint participantibus. Ita etenim forтasſis cauſę putabuntur eſſe, vt K albū miſtū albo. Sed iſta ratio facile redargui pōt, quam Anaxagoras prior, Eudoxus vero poſterior dubitans, & alīq̄ qdā dixerūt. facile. n. eſt multa et impoſſibilia ad hanc opinionē cōgerere. At nec ex formis cætera ſunt ſm vllum illorū modorū, qui dici ſolēt. Dicere vero exēplaria eas eſſe, & cætera eis participare, vana & figmenta poetica eſt dicere. Quid. n. eſt, quod agit, ad ideas inſpiciens? Poſſibile enim eſt & eſſe, & fieri qđcunqꝫ, etiā nō ex imagine. quare, & exiſtente Socrate, & non exiſtente, fiet vtiqꝫ quale Socrates eſt. Similiter etiā dilucidū, ſi Socrates ſempiternus eſſet, & eiuſdē erunt plura exemplaria. quare & forma, vtputa hominis, animal, & bipes: ſimul aūt & idealis hō. Item nō ſolū ſenſibilium exemplaria forma erūt, verumēt ipſarū: vtputa genus formæ, q̄ ī generib⁹ ſunt. quare idē erit exēplar & imago. Item videret impoſſibile eſſe ſeparatā ſubſtantiā, & id, cuius ſubſtātia. Quamobrē, qūo ideę, cùm rerum ſubſtantię ſint, ſeparatę erūt? In Phędone vero hoc mō dr̄, qꝫ tū ipſius eē, tū ipſius fieri formę cauſę ſunt. attamen quāuis formæ exiſtant, nō fiunt, ſi non ſit, q̄ moueat. & multa alia fiīt, vt dom⁹, & annulus, quorū nō dicūt formas eſſe. Quare patet cætera quoqꝫ, quorū aiūt ideas eē, poſſe et eſſe et fieri propter

A pter tales cauſas, quales eorum ſunt, quæ nunc dicta ſunt, & nõ pp formas. ſed de ideis quidẽ, & hoc modo, & per alias tum magis dialecticas, tum certiores rationes, multa iam conſyderatis, ſimilia congregari poſſunt.

SVMMA TERTIA.

Opinionum numeros ſubſtantias ſeparatas ponentium deſtructio.

Quot modis poßibile ſit dicere numeros ſubſtantias eſſe ſeparatas: & qui modis illis vſi ſint. Cap. 1.

B CVm autẽ de his determinatũ ſit, decet rurſus, quæ circa numeros illis accidunt, qui eos ſubſtantias ſeparatas dicũt, ac entiũ cauſas primas ſpeculari. Neceſſe vero eſt, ſi numerus quædã natura eſt, nec ẽ alia quę dam eius ſubſtantia, ſed hoc ipſum, vt quidã aiũt, aut quoddã eius primũ eſſe, quoddam conſequens, quod ſit ſm, quodq; ſpecie diuerſum. & hoc aut in vni-
C tatibus confeſtim exiſtit, & eſt quæcunq; vnitas cuiq; vnitati incombinabilis: aut ſunt confeſtim conſequenter oẽs, & quæcunq; quibuſcunq; cõbinabiles, qualẽ aiũt mathematicũ numerũ eſſe, (in mathematico enim nulla vnitas alia ab alia differt) aut quaſdã cõbinabiles, quaſdã non: veluti ſi poſt vnũ eſt prima dualitas, deinde trinitas, & ſic alius numerus. Sunt autẽ vnitates in vnoquoq; numero: veluti quæ in prima dualitate ſunt, in- D uicẽ cõbinabiles, & quæ in prima trinitate ſunt, inuicẽ: & ita in cæteris numeris. Quæ vero in ipſa dualitate incõbinabiles eis, quæ in ipſa trinitate ſunt. & ſimiliter de alĩs conſequentib⁹ numeris. Ideo mathematicus qdem numeratur, poſt vnũ duo, cũ anteriori vno aliud vnum. tria quoq; cũ his duobus aliud vnum, & reliquus quidẽ ſimiliter. iſte vero poſt vnũ, duo alia, abſque primo vno. & trinitas abſq; dualitate. ſimiliter autẽ & E reliquus numerus. Aut igitur quendã numerorũ eſſe oportet qualis primus dictus eſt, quendam autẽ qualẽ Mathematici dicunt, tertiũ vero qualis vltimo dictus eſt. Itẽ iſtos numeros aut ſeparatos à rebus eſſe, aut non ſeparatos, ſed in ipſis ſenſibilibus. non autẽ ita vt prius conſyderabamus, ſed vt ex numeris inexiſtentibus ipſis ſenſibilib⁹, aut quẽdã eorũ eſſe, quendã nõ, aut oẽs eſſe. Modi quidẽ, ſecun- F dum quos contingit eos eſſe, hi ſunt neceſſario ſoli. At hi etiam, qui dicunt ipſum vnum principium ſubſtantiã, ac elementum omniũ eſſe, & ex hoc & alio quodam numerum eſſe, ferè ſinguli horũ aliquẽ modorũ dixerunt, præterquam q omnes vnitates incõbinabiles ſint. & rationaliter accidit. non enim contingit aliũ modũ eſſe, prẽter eos qui dicti ſunt. Quidã itaq; ambos numeros eſſe aiunt, illum quidem,

qui

G qui prius & poſterius habeat ideas: mathematicũ vero, præter ideas & ſenſibilia: ac ambos à ſenſibilibus ſeparatos. Quidã mathematicũ ſolum numerum eſſe primũ entiũ, ac à ſenſibilib⁹ ſeparatum. Pythagorici quoq; vnũ ipſum mathematicũ, verũ non ſeparatum, ſed ex eo ſenſibiles ſubſtantias conſtare dicunt, totũ enim cœlũ ex numeris conſtruunt, præter id, quod non ex monadicis, ſed vnitates exiſtimãt habere magnitudinẽ. Quo autẽ modo primũ vnũ conſiſtit magnitudinẽ habens, dubitare videntur. Alius autẽ quidã primum numerũ, ipſum formarũ vnũ eſſe: alũ vero & ipſum mathematicũ, hunc eundem eſſe. Simili modo etiã circa longitudines, & plana, & ſolida. quidã enim alia eſſe mathematica, & alia, quæ poſt ideas. Eorũ vero, qui aliter dicunt, quidã mathematica, & mathematice dicunt: quicunq; ideas non faciunt numeros, nec eſſe ideas aiunt. quidam mathematica, non mathematice. non enim ſecari omnem magnitudinẽ in magnitudines, neq; quaſcũq; vnitates dualitatem eſſe, monadicos autẽ numeros eſſe ponunt oẽs, præter Pythagoricos, quicunq; vnum, elementũ, atq; principium entium aiunt eſſe. illi enim habentia magnitudinẽ aiunt, vt prius dictũ eſt. Quot igitur modis cõtingat de eis dici, quodq; omnes modi dictũ ſint, ex his manifeſtum eſt.

Pythagoricorũ opinione ſenſibiles ſubſtãtias numero mathematico conſtare.

Sunt autem cuncta quidem impoſſibilia, magis vero fortaſſis altera alteris. K

Diſputatio contra ponentes Ideas numeros eſſe. Cap. 2.

PRimo itaq; conſyderandũ eſt, vtrũ cõbinabiles ſint vnitates, an incombinabiles. Quòd ſi incõbinabiles, quonã modo, vt diuiſim⁹. eſt enim quãcunq; cuicunq; vnitati incõbinabilẽ eſſe. eſt autẽ & eas, quę in ipſa dualitate ſunt, ad eas quę in ipſa trinitate, & ſic eas, quę in vnoquoq; numero primo ſunt, L. incõbinabiles inuicẽ eſſe. Si oẽs igitur vnitates cõbinabiles, & indifferẽtes ſint, mathematicus numerus fit, & vnus ſolus, neq; cõtingit ideas numeros eſſe. qualis nãq; numerus idealis homo, aut animal, aut aliqua alia ſpecierũ erit? Idea nanq; vna vniuſ cuiuſq; veluti ipſius hoĩs vna, & ipſius animalis alia vna. hi vero ſimiles et indifferẽtes infiniti. Quare nihil magis hæc trinitas ipſe idealis homo erit, q̃ quæcunq;. Quòd ſi ideæ nõ ſunt numeri, nec oĩno poſſe eſt eas eſſe. ex quibus nanq; principi⁹ ideę erunt? numeris enim ex vno & dualitate indeterminata eſt, ac principia & elementa ipſius numeri dicunt, neq; ea contingit, aut priora, aut poſteriora numeris ordinare. Si vero vnitates incombinabiles ſunt, & ita incombinabiles, vt quęcunq; cuicũq;, nec mathematicũ hunc contingit eſſe numerũ, mathematicus M

nanq;

A nanq; ex indifferentibus eſt. & q̃ de eo oſtenduntur, tanquã in tali conueniunt. Nec hunc eſſe formarũ. nõ. n. erit dualitas prima ex vno & ideterminata dualitate. Deinde conſequentes numeri, vt dr̃, dualitas, trinitas, q̃ternitas. ſimul etenim q̃ ſunt in prima dualitate vnitates generant: ſiue quemadmodum qui prius dixit, ex inæqualibus (factis nanq; æqualibus fiebant) ſi ue aliter. Deinde, ſi altera vnitas prior altera erit, dualitate etiã,
B quæ ex his fit, prior erit. cùm. n. aliquid ſit, quoddam prius, q̃dam poſterius, & quod ex his, hoc quidẽ prius, illo vero poſterius eſt. Item, cũ primum quidẽ ipſum vnũ ſit, deinde cæterorũ eſt aliquod primũ vnũ, ſecũdum vero poſt illud, & rurſus tertiũ, ſecundũ quidẽ poſt ſecundum, tertiũ vero poſt primũ, vnum. Quare priores profecto erunt vnitates, q̃; numeri, qui eas cõplectunt. veluti in dualitate erit tertia vnitas, anteq̃; tria ſint: &
C in trinitate, quarta & quinta, anteq̃; hi numeri ſint. At nemo eorũ hoc modo dixit vnitates incombinabiles. verum ſecũdum quidem principia eorũ ita eẽ rationabile eſt: ſm autem veritatem impoſſibile eſt. etenim vnitates priores & poſteriores eſſe rationabile eſt, ſi & quædã quidem prima vnitas eſt, vnum q̃; primum. & dualitates ſimiliter, ſi & prima quidem dualitas eſt. poſt nãq; primũ rationabile & neceſſarium eſt ſecundũ quidã eſſe: & ſi ſecundũ, tertium, & ita cętera conſequenter. Simul vero vtrunq; dicere, vnitatẽq; primam poſt vnam eſſe, atque ſecundam & primam dualitatẽ, impoſſibile eſt. hi vero vnitatẽ quidẽ & vnum primum faciunt, ſecundũ vero, & tertium nequaquã. ac dualitatẽ primã, ſecundam vero, & tertiam minime. Conſtat autem, q̃ ſi omnes vnitates incombinabiles ſunt, non cõtingit dualitatẽ ipſam eſſe, ac trinitatẽ, & ſic cæteros nu- E
meros. ſiue nanq; ſint vnitates indifferentes, ſiue differentes ſingulę à ſingulis, neceſſe eſt numerum numerari per additionem. veluti binarium, ad vnum vno alio addito. ternarium quoque, alio ad duo appoſito. & ſimili modo quaternariũ. Quare cùm ita ſint, impoſſibile eſt numerorum eſſe generationem, quemadmodũ ex dualitate & vnitate generant. binarius nãq; pars ternarij̃ fit, & hic quaternarij̃. eodẽ autẽ modo & in conſequentib⁹ F
accidit. At ex primo binario, in determinatoq; binario fiebat q̃ternarius, duo binarij̃ præter ipſum binarium. quod ſi nõ, pars erit ipſe binarius. alter vero adhuc erit vnus binarius. & binari⁹ erit ex ipſo vno & alio vno. Quòd ſi eſt, non eſt poſſibile alterum elementũ eſſe indeterminatũ binariũ. vnã. n. vnitatẽ generat, ſed nõ determinatũ binariũ. Itẽ p̃ter ipſum ternarium,

G ipsumq; binariũ, quo ernut alĩ ternarĩ & binarĩ: quoue modo ex prioribus & posterioribus vnitatibus componuntur? hæc enim omnia & fictitia sunt, & impossibile esset esse primũ binarium, deinde ipsum ternariũ. at necesse est, postquã vnũ quidem & indeterminatus binari⁹ elementa erunt. q; si quæ accidũt impossibilia sunt, hæc quoque principia impossibile est esse. si itaq; vnitates, quæcunq; à quibuscunq; differant, hæc & alia
H huiuscemõi necessario accidũt. Si aũt quæ quidem in alio differentes sunt, quæ vero in eodem numero indifferentes inuicẽ solæ, non pauciora difficultatẽ ingerentia, hoc quoq; modo accidunt, veluti in ipso denario decẽ vnitates sunt. cõponitur aũt denarius, tũ ex his, tũ ex duob⁹ quinarĩs. Cùm vero ipse denarius non sit quicunq; numerus, nec ex quibuscunq; quinarĩs cõponatur, sicuti nec vnitatib⁹, necesse est vnitates, quæ in hoc
I denario sunt, differre. nã, si non differant, nec quinarĩ differẽt, ex quibus denarius est. cùm vero differant, vnitates quoq; different. Si igitur differãt, vtrum nõ erũt quinarĩ alĩ, sed hi duo tm̃, an erũt? siue igitur nõ erũt, inconueniens est: siue erũt, qualis ex eis denarius erit? non est enim in denario alius denarius præter ipsum. at vero ẽt necesse est, vt non ex quibusuis binarĩs quaternari⁹ componatur, indeterminatus nanq; binarius (vt K
aiunt) determinatũ accipiens binariũ, duos binarios effecit: eo enim, quod cepit, binarĩ fuit efficiens. Itẽ, quonã modo contingit binarium præter duas vnitates, ac ternarium præter tres vnitates, aliquã esse naturã. aut enim certe alterũ altero participabit, quemadmodũ albus homo præter albũ & hominẽ (his enim participat) aut cũ alterum quædam alterius differentia sit, quemadmodum homo præter animal & bipes. Item quædam L
tactu, quædã mistione, quędam positione sunt vnũ, quorũ nihil vnitatibus, ex quibus binarius atq; ternarius fit, competit: sed quẽadmodũ duo homines non sunt vnũ quid præter vtrunq;, ita de vnitatibus quoq; necesse est. Et non, quoniã indiuisibile, idcirco different. etenim pũcta quoq; indiuisibilia sunt: verum tamen dualitas eorũ nihil aliud est præter duo. At vero nec hoc latere decet, quod accidit priores, posteriores q; dualitates eẽ, M
similiter autẽ & alios numeros. Binarĩ enim, qui in quaternario sunt, sint inuicẽ simul: sed ipsi his, qui octonario insunt, priores sunt & genuerunt (quemadmodum binarius ipsos) ipsi quaternarios, qui in ipso octonario sunt. Quare si & primus binari⁹ idea, hi quoque quædam ideæ erũt. Eadem ratio de vnitatib⁹ etiam est. quæ enĩ in prima dualitate sunt vnitates, generãt quatuor

A tuor, quæ in quaternario ſunt. Quare oēs vnitates ideæ fiunt, & cōponetur idea ex ideis, Quā obrē patet, ꝙ etiā illa, quorum hæ ſunt ideæ, compoſita erunt. veluti ſiquis animalia dicat ex animalibus cōponi, & horum ideæ ſunt, ex animalibus ideæ erunt. Et omnino facere vnitates quomodocunq; differentes, abſurdū & fictitiū eſt. Dico aūt fictitiū, quod ad ſuppoſitionem coactum eſt. nec enim ſecundū
B quantū, nec ſecundū quale vide
I mus differre vnitatē ab vnitate. neceſſeq; eſt aut æqualē, aut inęqualē eſſe omnē quidem numerū, ſed præcipue monadicū. quare ſi nec maior neq; minor, ęqualis. ęqualia vero & omnino indifferentia, eadē putamus eſſe in numeris. Quòd ſi non ita ſit, nec dualitates, quæ in hoc denario ſunt, indifferentes erunt, cū æquales ſint. quā. n. cauſam dicturus eſt, qui dicit indifferētes eſſe? Itē, ſi oīs vnitas & vni-
C tas alia, duo: vnitas quoq; quæ ex ipſa dualitate, & quæ ex ipſa trinitate dualitas erit & ex indifferentibus. Et vtrum trinitate prior, an poſterior? Magis nāq; videt neceſſariū priorē eſſe. hęc nanq; vnitatum ſimul trinitati, illa vero ſimul dualitati. Et nos quidē omnino putamus vnum & vnū, ſiue ęqualia, ſiue inęqualia ſint, duo eſſe, veluti bonum & malum, & hoīem & equum. qui vero ita dicūt, nec ipſas vnitates. Siue aūt non eſt maior numerus ipſi⁹ trinitatis q̄ dualitatis, mirū eſt, ſiue eſt maior, conſtat ꝙ ęqualis ēt dualitati ineſt. quare ipſe īdifferēs ab ipſa dualitate. verū non contingit, ſi primus aliquis numerus eſt, & ſecundus. Nec erunt ideæ numeri. hoc. n. ipſum recte aiunt, qui vnitates differentes debere eſſe arbitrantur. ſi quidē erunt ideæ (vt pri⁹ dictū eſt) vna profecto erit ſpecies. Si vero vnitates indifferentes, dualitates quoque, ac trinitates indifferentes erūt. quare neceſſe ē eis dicere ita nu- E
merandū eſſe, vnū, duo, non ſuperaddito iam pręexiſtenti. nec enim gīnatio ex indeterminata dualitate erit, nec ideā eſſe contingit. inerit nāq; altera idea in altera, cunctæq; formæ vni⁹ partes. quare ſm ſuppoſitionē quidē recte dicunt, ſimplr vero nō recte. multa nanque perimunt. Cùm aūt hoc ipſum habeā quā dam profecto dicant dubitationē, vtrum cùm numeremus & dicamus vnū, duo, tria, aſſumētes numeramus, an ſm particu- F
las. vtroq; aūt modo facimus: quapropter ridiculū eſt hāc ad tantam ſubſtantię differentiam reducere. Ante aūt omnia probe ſe habet determinare quænā numeri, & vnitatis differentia eſt, ſi eſt. Neceſſe aūt eſt aut ſm quantum, aut ſecundū quale differre. neutrum aūt horum videtur poſſe eſſe: verū prout numerus, ſecūdum quantum. Si itaq; etiam vnitates quātitate differ-

G rent,numerus quoq; à numero differret,qui ęqualis eſt,plenitudine vnitatū.Item vtrū primæ maiores, an minores, & poſtea creſcant,an econuerſo? hæc enī oīa abſurda ſunt.At vero nec ſe cundū qualitatē differre contingit.nullā.n.ineſſe pasſionē posſibile eſt. etenim numeris quoq; poſterius aiunt ineſſe qualitatē q̄; quantitatem. Itē nec ab vno hoc ipſę patientur,nec á dualitate.hoc.n.non eſt quale, illa vero quātum,quale.nā vt entia mul
H ta ſint,hæc natura cauſa eſt. Si igitur aliter quoquo mō ſe hēt, dicendum hoc maxime in principio eſt, & de differentia vnitatis determinandū,maxime quidem & propter quid neceſſe eſt exiſtere.q̄ ſi non,quam dicunt? Et quidem,ſi ideę numeri ſunt, dilucidū eſt,q̄ neutro modorū contingit,nec combinabiles cū ctas vnitates eſſe, nec inuicem incombinabiles.

Deſtruuntur opiniones: Et ea, quæ numeros mathēmáticos rerum principia ponit: Et ea, quæ eundem eſſe numerum & mathematicum, & idealem dicit: Et ea, quæ Pythagoricorum eſt, dicentium numeros quidem ſeparatos non eſſe, ſed ex ipſis conſtare corpora: Redditurq; earum erroris cauſa. Cap. 3.

I

AT nec, vt alij quidem de numeris dicunt,recte dicit.ſunt aūt hi, quicunq; ideas quidem eſſe non putant, nec ſimpliciter,nec vt numeros quoſdam exiſtentes: mathematica vero eſſe,& numeros entiū primos,ac eorū principium eſſe K
ipſum vnū. Abſurdū nanq; eſt, vnū quidem eſſe quid primum vnorū,vt illi aiunt, dualitatem vero non eſſe dualitatū, neq; trinitatem trinitatū. eiuſdem enī rationis oīa ſunt. Si igitur ita ſe habeāt quæ circa numerū ſunt, & ſolū mathematicū quis eē ponat,ipſum vnum non eſt principium.neceſſe enim eſſet, vt tale vnū differret ab alīs vnitatib⁹. q̄ ſi hoc,dualitatem quoq; primā à dualitatibus. ſimiliter aūt
cæteros quoq; conſequētes nu- L
meros.ſi aūt ipſum vnū eſt principium,neceſſe magis ē quę circa nūeros ſunt ſe habere (vt Plato aiebat)ac eſſe dualitatem primā & trinitatem, nec eſſe numeros ad ſeinuicem cōbinabiles. ſi quis vero rurſus hæc ponat, dictū eſt q̄ multa impoſſibilia accidūt.At neceſſe eſt aut hoc,aut illo modo ſe habeī. quare ſi neutro modo,non eſt posſibile ſnnmerū eſſe ſeparatum. Conſtat autē ex his,q̄ tertius mod⁹ peſ- M
ſime dicitur,eundē videlicet eſſe mathematicū & formarū numerū. Neceſſe eſt enim ī vnam opinionem duos errores conuenire. nec enim mathematicum numerū contingit hoc modo eſſe, ſed proprias ſuppoſitiones ſupponentem neceſſe eſt prolixum eſſe. Et inſuper quæcunq; accidunt eis,qui vt formas numerum dicunt,hæc etiam neceſſe eſt dicere.Modus vero Pythagoricorū partim pauciores habet

A bet difficultates, q̃ prius dictæ ſunt, partim alias proprias. Nã non ſeparatum facere numerũ, aufert multa impoſsibilia. Corpora vero ex numeris eſſe compoſita, & hunc numerũ mathematicum eſſe, impoſsibile eſt. nec enim indiuiduas magnitudines dicere verum eſt. Deinde, quia hoc modo maxime ſe habent, vnitates vero non habent magnitudinẽ, magnitudinẽ vero ex indiuiſibilibus componi, quonã modo poſsibile eſt? At

B vero numerus arithmetic⁹ monadicus eſt. illi vero numerũ entia dicunt. ſpeculationes enim adaptant corporibus, tanquam exiſtentibus ex ipſis numeris. Si igitur neceſſe quidem eſt horũ horum aliquo dictorũ modorũ eſſe, numerus quidẽ aliquid per ſe entiũ eſt, nullo autẽ horũ eſſe contingit, conſtat non eſſe aliquã talẽ numeri naturã, qualẽ aſſerunt, qui eũ ſeparatũ faciũt. Itẽ vtrũ vnaquæque vnitas ex magno & paruo adæquatis ſit,

C aut hæc quidẽ è paruo, illa vero ex magno? Si itaque ſic, nec ex omnibus elementis vnumquodque eſt, nec vnitates ſunt indifferentes, in hac quidẽ magnũ, in hac vero paruum ineſt, ſuapte natura contrariũ exiſtẽs. Itẽ quæ in ipſa trinitate quonã modo ſunt? vna enim ſuperflua eſt. ſed propterea fortaſsis ipſum in impare mediũ faciunt. Quòd ſi vtraque vnitatum ex ambobus eſt adæquatis, quonã modo dualitas vna quædam D exiſtens natura, ex magno & paruo erit? aut qd ab vnitate differet? Itẽ vnitas prior dualitate. perempta nanque, perimitur dualitas. ideã igitur ideæ neceſſe eſt eã eſſe, cùm prior idea ſit, ac priorẽ factã fuiſſe. ex aliquo igitur. indeterminata enĩ dualitas dualitatis efficiens erat. Itẽ aut finitum, aut infinitũ neceſſe eſt numerũ eſſe. numerum. n. ſeparatum faciunt. quare non eſt poſsibile non eſſe horũ alterũ.

E Et quidẽ quòd infinitũ eſſe non contingit, patet. infinitus enim, nec par nec impar eſt. generatio vero numerorũ, aut imparis numeri, aut paris ſemper eſt, cũ enim vnũ hoc non cadat in parẽ, impar efficitur. cũ vero hoc modo dualitas incidat, qui ab vno duplicatur. ſic autẽ impari bus, alius par. Itẽ, ſi omnis idea alicuius eſt, numeri vero ideæ ſunt, infinitus quoque numer⁹ erit alicuius vel ſenſibilium, vel alicuius alterius idea. quamuis

F nec ſecundũ poſitionẽ, neque ſecundũ rationẽ contingit, ita tamen ordinant ideas. Quod ſi finitus, vſquequo? hoc enim dici oportet, non ſolũ quod eſt, ſed rumetiã propter quid eſt. A vero, ſi numerus ad denariũ vſq;, vt quidã aiunt, primo quidem cito deficient formæ. puta ſi trinitas eſt homo idealis, quis numerus erit idealis equus? etenĩ ad denariũ vſque numerus eſt idealis, ideo neceſſe eſt quoſdã

Gſiatio numerorũ.

G eorum numerorũ in eis eſſe. hi enim ſubſtantiæ, ideæq; ſunt. at tamen deficient, ſi formæ quidẽ animalis excedent. Simul autẽ conſtat, ꝙ ſi hoc modo trinitas idealis homo ſit, & cęteræ quoq; trinitates, cũ ſimiles ſint, qui in eiſdẽ numeris ſunt. quare infiniti homines erunt, aut vnuſquiſq; idealis homo, ſi vnuſquiſq; trinitas idea eſt. aut ſi nõ, ſaltẽ homines. Et ſi minor pars ſit maioris, qui ex his combinabilibus vnitatibus eſt, quę ĩ eo-
H dẽ ſunt numero, ſi alicuius idea ſit ipſa quaternitas, veluti equi aut albi, homo erit pars equi, ſi homo dualitas ſit. Abſurdũ itẽ eſt denarĩ quidem ideã eſſe, vn denarĩ aũt non, neq; ſequentiũ numerorũ. Item & ſunt & fiũt quædam, quorũ formę nõ ſunt, vnde qua de cauſa non ſunt illorũ formę ? non ſunt ergo formę cauſę. Inconueniens eſt, ſi numerus vſq; ad denarium magis qd ens, & ipſius denarĩ ſpecies, tametſi huius quidẽ non ſit gene-
I ratio tanquã vnius, illius tamẽ ſit. tentant autẽ tanquã ſi is, qui ad denarium vſq; ad profectus numerus ſit. generant porro ꝙ ſequuntur, veluti vacuum, proportionẽ, abundãs, cęteraq; huiuſcemodi. infra de nariũ quędã quidem principĩs attribuunt, puta motũ, ſtationẽ, bonũ, malũ, alia vero numeris. ideo vnũ impar eſt. ſi enim in trinitate, quomodo quinarius impar ? Magnitudines item, & quæcunque ſimilia, quouſq; quanta. ve K luti prima linea indiuiſibilis, deinde dualitas, deinde hæc etiam ad denariũ vſq;. Itẽ, ſi numerus ſeparatus eſt, dubitauerit quiſpiã vtrum vnum prius, an trinitas & dualitas. quatenus enim numerus compoſitus eſt, vnum eſt. quatenus vero vniuerſale et forma, prior numerus eſt. vnaquæq; enim unitatum pars numeri, ut materia eſt: ille uero, ut forma. ac quodam quidẽ modo rectus prior acuto, quia & in ra-
L tione definiente poſitus eſt: quo dã uero modo acutus, quia pars eſt, ac in hunc diuiditur. tanquã igitur materia acutus, elementũ. & unitas, prius. at uero ſecũdum formã, & eam, quę ſecundũ rationẽ eſt, ſubſtantiã, rectũ, ac totũ, quod ex materia & forma. quod enim ambo eſt, ppinquius eſt formæ, & ei cuius ratio eſt: generatione uero poſterius. Quo igitur modo ipſum unũ principiũ eſt? quia non eſt diuiſibile, aiunt, ſed indiuiſibi-
M le, tũ uniuerſale, tũ particulare, & elementũ. uerum alio modo, illud quidẽ ſm rationem, hoc vero ſm tẽpus. Vtroq; itaq; modo ipſum vnũ eſt principium ? vt enim dictũ eſt, & rectus acuto, & iſte illo prior eſſe videtur, & vterq; vnus. Vtroq; igiť modo ipſum vnum faciunt principium. At impoſſibile. hoc enim vt forma, & ſubſtantia: hoc vero vt pars & materia. Eſt nanq; quodammodo vnũ vtrũq;, ſm

Principiũ quo vnũ.

veri-

A veritatē quidē potentia: ſiquidē vnum quid eſt numerus, & nō aceruꝰ, ſed alius ex alīs (vt aiūt) vnitatibus: actu uero non eſt utraq; unitas. Cauſa uero erroris, qui accidit, qa ſimul ex mathematicis & uniuerſalibus rationibus uenabantur, ita ut ex illis quidē tanquā pūctū poſuerint ipm vnū, & principiū. unitas enim punctum ſine poſitione eſt. quemadmodū igitur quidam ex minimo entia compoſuerunt, ita & iſti. quare unitas
B efficitur numerorū materia; ſimulq; dualitate prior. rurſusq; poſterior, tanquā dualitate exiſtente toto quodam, & uno, & forma. ex eo uero, quòd uniuerſale quęrebant prædicatū unū, & ita ut partem dixerunt. at ſimul hęc eidem ineſſe impoſſibile eſt. Quòd ſi ipſum unum ſolum ſine poſitione eſſe oportet (in nullo enim differt, niſi quòd principium eſt, & dualitas quidem diuiſibilis, unitas uero nō) ſimilior erit, pfecto ipſi uni uni-
C tas. ſi autem unitas, illud quoq; unitati q̄ dualitati, ea quoq; de re utraque unitas prior dualitate erit. at non dicunt: generant ſanè dualitatem primo. Item, ſi dualitas ipſa unū quid eſt, ac ipſa trinitas, ambo dualitas, ex q̄ igitur hæc dualitas? Dubitabit autem quiſpiam, cp cūm tactus quidem in numeris minime ſit, conſequentibus quidē his, quarumcunq; non eſt aliquid medium, unitatibꝰ, ueluti his, quæ in dualitate, trinitatēue ſunt, ut-
D trū conſequentes ſint ipſi uni, an non. & utrum dualitas prior eſt his, quę cōſequuntur, an quacunq; unitatum. Simili modo hæ difficultates de poſteriorib⁹ etiam numero generibus, linea, plano, & corpore accidunt. Quidā enim ex magni & parui ſpeciebus faciunt, ueluti ex longo quidam & breui longitudines, ex lato uero & ſtricto plana, ex profundo autem & humili moles. hę autē magni & parui ſpe-
E cies ſunt, prīcipium uero, quod ſecundum ipſum unum eſt. Alīj ea, quę eorum ſunt, aliter poſuerunt. At etiam in his infinita uidentur impoſſibilia, & fictitia, & omnibus rationabilibus cōtraria. abſoluta nanque abinuicem accidet ea eſſe, ſi principia etiam non conſequuntur, ut ſit latum & ſtrictū, lōgū & breue. at ſi hoc erit, planū erit linea, & ſolidū planū. Anguli item & figuræ & huiuſmodi, quonā mō aſſignabuntur? idemq; accidit,
F quod eis, quæ circa numerū. hę nāq; magnitudinis ſunt paſſiones, non ex his magnitudo: quē admodū nec ex recto & curuo longitudo, nec ex leui & aſpero ſolida. His aūt omnibus cōmune, quod in ſpeciebus, q̄ ſunt ut generis, dubitare accidit, cū qs uniuerſalia pōnat: utrum aīal ipſum in animali, an alterū ab ipſo animali. Hoc nāq; ſi ſit nō ſeparatum, nullam dubitationē faciet, ſi uero ſit, quemadmo-

G dum qui hęc dicunt ſeparatum ab vno & numeris, non eſt facile ſoluere: ſi non facile dicere oportet, quod impoſſibile eſt. cùm enim vnũ quis in dualitate intelligat, & omnino in numero, vtrũ ipsũ quid, an aliud intelligit? Quidã itaque ex tali materia magnitudines generãt, quidã ex puncto (punctũ autẽ eis non vnũ, ſed quale vnũ eſſe videtur) & altera materia qualis eſt multitudo, ſed non multitudine. de quibus nihil minus
H eadẽ accidit dubitare. Nam ſi materia vna eſt, idẽ linea, planũ & ſolidum ſunt. ex eiſdẽ enim vnũ & idẽ erit. Quòd ſi materiæ plures, & altera quidẽ lineę, altera plani, altera ſolidi, aut ſequuntur inuicẽ, aut non. quare hoc etiã modo eadem accident. planũ etenim aut non habebit lineã, aut linea erit. Itẽ quo quidẽ modo contingit ex vno & multitudine numerũ eſſe, nihil dicere conantur. quomodocunque autẽ dicant, eædẽ difficul-
I tates accidunt, quæ illis quoq; qui ex vno, & indeterminata dualitate dicebant. Quidã nanque ex eo, quod uniuerſaliter prædicatur, & nulla multitudine numerũ generat. quidam ex aliqua multitudine, prima tamen. dualitatẽ nãque primam aliquã multitudinẽ eſſe. Quare (vt ita dicam) nihil differunt, ſed eædẽ dubitationes ſequentur, ſiue miſtio ſit, aut poſitio, aut temperamentũ, aut generatio, & quæcunque alia ſimilia. K
C non, cum non quodcūq; acciderit, ſit in potentia ad quodcunque. Manifeſtum autem eſt quòd potentiarum, quædam ſunt propinquæ, quædam vero remotæ. ſubiecta ergo quædā erunt propinqua, & quędā alia remota. Potēuę vero remotę non exeunt ad actū, niſi poſtq̄ peruenerint propinquę, aduenięte ſubiecto vltimo. Cum dicimus ergo, quòd aliquid eſt in aliquo in potentia, & illa potentia eſt remota, tunc illud dicitur largo modo: vt ſi dicamus hominem eſſe in frumento, immo remotius in elemen- D
tis. ſed hō profecto eſt in ſanguine menſtruo & ſpermate. & hęc eſt potentia propinqua, qñ eſt in ſubiecto vltimo propinquo. Neq; huiuſcemodi potentia aduenit huic ſubiecto, quomodocunq; acciderit, ſed eo mō, quo poſſit exire ad actum: vt ſi dicamus genituram eſſe hominem in potentia, quæ ſ. eſt proiecta in vulua, quam nō offendit aer extrinſecus, ita q̄ refrigeretur & alteretur. & ſimili modo de aptitudine artificiali. non. n. quilibet æger eſt ſanus in potentia, niſi fuerit in tali diſpōne, q̄ eius ſanitas ſit posſibilis. E
Neceſſario igitur potentia propinqua indiget qualibet harum duarum rerum, & tunc inuenietur, vcz eſſe ipſius ſubiecti propinqui, & illa diſpoſitione, qua eſt potentialis. in aduentu nanq; harum duarū rerum, & perfectione cauſarum efficientium, & remotione impedientium, res de neceſſitate exit ad actū. Proprium autem huius potentiæ propinquæ eſt, quòd extrahens ipſam ad actum, atque mouens, ſemper eſt eiuſdem ſpeciei, & idem mouens numero, & præcipue in rebus naturalibus. vt potentia, quæ eſt F
in ſanguine, exempli gratia, ad hoc vt conuertatur in carnem extrahitur ad actum, ab vno tantum mouente, quod eſt ipſa virtus nutritiua membrorum. ſed potentia exiſtens in pane, vt fiat ex eo caro, indiget prorſus plurib⁹ mouentibus quàm vno, vt ore, & ſtomacho, & hepate, & venis. & remotior potentia hac eſt, quæ exiſtit in elementis, ad hoc vt conuertantur in carnem, quia cum hoc indigent adhuc corporibus cœleſtibus,

multa.

G multa nanq; nutrimenta indigent adhuc, cū mouentibus naturalibus, mouentibus artificialibus pluribus q̄ vno: vt panis, qui pluribus quā vna arte īdiget. Et qñq; percipitur ſubiectū propinquū alicuius rei, in quo eſt potētia ad illam rē, ita ꝙ appelletur generatū ex eo nomine denominatiuo ab ipſo, non p idēmet nomen, vt Grecorū cōſuetudo aboleuit. ipſi nanq; non dicunt arcam eſſe lignū, ſed ligneā. eſt aūt lignū. arca in potentia propinqua. A ſubiecto vero remoto non denominātur nomē rei, neq; dicunt arcā eſſe ter-
H ream, aut aqueā: ſed apprehenſio ſubiecti propinqui tali mō notificationis, & doctrinæ cadit hac noſtra tempeſtate. hmōi nanq; ſignificationes non reperiuntur in lingua noſtra, ſed in accidētibus & differētijs bene apparet hoc in lingua Araba. nā non dicerent ipſi aliqua aīalia eſſe intellectū, ſed intellectiua hinc oſtendit ꝙ forma eſt aliud à ſubiecto. ſimiliter ēt non dicerēt corpus eſſe albedinem, ſed albū: prę dicantur tñ genera de ſpeciebus, q̄ ſignificant ipſam p noīa in abſtracto, & dicunt hō eſt aīalitas, & arca
I eſt lignū. Et ſi ita eſt, ſ. ꝙ particularia conſtent ex aliquo in potentia, & aliquo in actu, & qđ potentię plurium retū ſunt plures q̄ vna, ſequitur ergo ꝙ habent plura ſubiecta q̄ vnū. & quia ſubiecta habent eſſe ex eò ꝙ ſunt in actu, ī vna ergo re erūt plures actus q̄ vnus. Sed, quia īpoſſibile eſt ꝙ res procedat in vtroq; extremorū in infinitū, vt poſt hoc oſtendetur, & in ſcīa Naturali ſuit propalatū: manifeſte igitur patet ꝙ vltimū ſubiectum eſt in pura potētia, & eſt cauſa vt alia ſubiecta acq-
rant potentiā. ita nanq; ſe habent K
ea, quæ ſm prius & poſterius dicuntur cum illa re, ad quā referuntur. Sic ēt vltimus actus in vnoquoq; ente eſt cauſa vt inueniantur in eo plures actus q̄ vnus. Et ideo illud, qđ eſt inter hæc duo extrema, non dicimus eſſe purā potentiam, neq; purum actū. Materia nanq; prima, exēpli gra, eſt vltīa cāad hoc, ꝙ alia ſubiecta hoīs ſint ī potētia ad ipſū: vt potētia q̄ ē in elemētis ad ipſum, mox in frumento, deinde in ſanguine, poſtea vero in carne, denium in vnaquaq; partiū aīæ: & pari modo actus vltimus cuiuſq; entis eſt L
cauſa, vt reliqua, quæ in ipſo reperiuntur, ſint in actu. exēpli cā rōnalitas, q̄ eſt vna ex cauſis, ob quā inuenitur aīalitas. nā non reperiēt animalitas ſimpliciter, ſine abſo luue, ſ; q̄dā animalitas. & ſicēt aīalitas eſt vna cauſarū ipſius nutribilis, cū nō inueniatur nutribile abſolute, ſed aliqđ nutribile. tandē inueniēt inter oēs has duas operationes quędā proportio formę ſimplicis ad materiā primam, & quēadmodū materia non inuenitur, niſi cū forma. nā ſi ſine forma reperiret, tunc id, qđ non eſſet, eſſet, & ſic ſe habebunt q̄- M
libet duæ actiones, inter quas reperietur talis proportio. Hinc apparet ꝙ potentia eſt quoddā conſequens ipſius materiæ, eiusq; vmbra, licet dicat ſm prius & poſterius. itidem & actus eſt conſequens formæ, & vmbra inſequens ipſam, licet dicatur ſm prius & poſterius. &, cū fuerit declaratū ꝙ datur forma exiſtēs in puro actu, abſq; admixtione alicuius potentiæ in ipſa, manifeſtum igitur eſt, qđ ipſa erit cauſa, ob quā ſint res in quarum operatiōe admiſcetur

A ſcet potentia; qualiſcūq; fuerit illa, videlicet ſiue ſit potentia tranſmutationis in ſubſtātia, vel in alijs trāſmutationibus. Et huiꝰ rei cauſa eſt, quia actus in hmōr rebus reperitur ſm quandam diſpōnem, & nomen ſimpliciter, id nanq;, qđ in aliquo īuenit genere abſoluto, eſt cauſa, vt in eo reperiat aliquid ſm diſpōnem aliquam, vt ſæpiſſime dixim⁹, nam ignis, exempli cauſa, dē ſimpr calidus, & eſt cauſa, vt caliditas inueniatur in quolibet ente. Huiuſcemodi aūt propoſitio frequentiſſime affertur in hac ſcīa, & eſt vnum magnū

B principium ex principijs p ſe notis. De forma quidem par eſt ita etiam nos tractare, & exercere, vt habeat de ea veritas. & ideo in ea elaborauit Ariſt. i. q̄ poſuit ipſam tanq̄ ſuppoſitum in primo libro huius operis. Et poſtq̄ oſtenſum fuit quid ſit potentia, & actus, & qñ eſt quodlibet ſingulariū in potēia, & qñ nō: & fuit quoq; declaratū qualis ſit ꝓportio potentiarum ad ſe inuicem, & ꝓportio actus: conſentaneum eſt inueſtigare de ipſis, quod nā iſtorum præcedat aliud, videlicet vtrū potentia præcedat actū, aut actꝰ po-

C tentiam. Nos autem iā in præcedentibus diximus, q̄ ipſum prius dicit multis modis, primo, prius tempore, ſecundo vero prius cauſa. de his igit duobus, de quibꝰ dī ipſum priꝰ, eſt hic ſermo principaliter, qñ de potentia & actu tractatur.

Et dicamus q̄ plures Antiquorū ante Ariſt. immo omnes fuerūt opinati q̄ potentia præcedit actum tēpore, & cauſa. & ideo aliqui poſuerunt immixtionem illā, ſiue chaos & atomos: aliqui alij motum inordinatum, & fuerunt ad id ducti, qa de principijs non peeperunt niſi pri D mum principiū materiale, & vī veriſimile q̄, cū ipſi viderint potentias rerum particularium præcedere vtroq; modo, ſ. tempore & cauſa, iudicauerint idem iudicio vniuerſali de partibꝰ vniuerſi. ſed ſi recte res conſyderet, & inquātum talia ſunt naturalia, apparebit manifeſte q̄ actus præcedit potentiā illis duobus modis. qm̄ in ſcientia Naturali fuit iam oſtenſum q̄ oē, quod tranſmutat, ab aliquo tranſmutat. & hoc in quatuor ſpeciebus tranſmutationū. Nam ipſa potentia non vī eſſe ſuffi ciens exire ad actū de ſe: quod quiE dem patet in tribus tranſmutationibus, videlicet quæ in ſubſtantia, & in quantitate, & qualitate. nā in his mouens & agens eſt extra. Sed de tranſmutatione locali extat ambiguitas. de hoc tm̄ iam ſatis innotuit in Septimo & Octauo Phyſi. & hoc eſt, quod rectius vī dici, ſ. q̄ actus p cedit potentiam cauſa & tempore. Ex ipſis quoq; potentijs particularibus id oſtendi videt. nam licet ipſæ potentiæ præcedant actum tēpore, ſunt tñ poſteriores cauſa, cum ip

F ſe actus ſit perfectio potentiæ, gratia cuius talis potentia habet eſſe, & eſt cauſa finalis eius. Perfectiones autem non poſſunt procedere in infinitū, vt poſt hoc oſtendet. Actus ergo eſt prior potentia, eò quia eſt cā efficiens & finalis. Finis aūt eſt cauſa cārum, cū alię reperiant gra ipſiꝰ. hæc quidē præceſſio eſt, q̄ debet cō ſyderari. Nā prioritas tēporalis, ſiue fuerit in potentia, ſiue in actu, in eſt ipſi priori p accidens. i. q̄, ſi cauſæ rei p̄cedunt ipſam rem tempore, illud eſt quid accidēs rebus patticularibus generabilibus & corruptibi

Actū prio rē eē potētia. 9. Met. t. 13.

G libus.nam ſi per ſe ineſſet ipſis cauſis efficientibus,tunc nulla daret' penitus cauſa ęterna.& ſi non daretur ęternum, neq; etiam generabile & corruptibile inueniretur de neceſſitate,vt in ſcia Naturali declaratum fuit,Item eſt manifeſtum ꝙ cauſæ dant per ſe,& primo eſſentiam cauſati.Si enim hoc eẽt ſibi neceſſariũ, videlicet præcedere tempore ipſum cauſatum,hoc non apparet in eis,vt putant plures loquẽtium: immo ex hmõi poſitione ſequentur illæ falſitates,quas narrauimus,ſ.ꝙ nihil generaretur,& preſertim ex ipſo ęter-

H no.nam,ſi concederemus hoc ita ſe habere,tunc cauſæ poſſent in infinitum procedere,& non daretur aliq̃ prima cauſa. & ſi non daretur primum, neq; vltimum daretur. Poſito igitur ꝙ cauſæ totius vniuerſi p̃cedant ipſum vniuerſum tempore, quemadmodum præcedunt cauſæ partiũ vniuerſi generabiliũ & corruptibilium ipſa neceſſario, ſequeret' ꝙ iſte mundus eſſet vna partiũ alterius ſeculi,& ſic fieret proceſſus in infinitum: vel ꝙ ponamus hunc mundum eſſe corruptibilẽ ſm partem,non ſm totum.& ideo ſequent'

I iſtę falſitates,& multæ aliæ ipſos ponentes hmõi poſitionem. quod totum ideo ſequitur ipſos, quia putãt actum oĩno præcedere tempore. Et ideo,qñ interrogant' qũo fiat prioritas actus ad ipſum tempus,mouẽt caput.quia,ſi ipſi dicerent ſine tempore,tunc iam concederent inueniri aliquod agens nõ præcedere ſuũ paſſum tempore.ſi autem dicerent cum tempore,tunc reuerteret' quæſtio aduerſus ipſos de hmõi tempore: vel dicerent ꝙ tempus eſt per ſe ſtans,& ꝙ non eſt cauſatum, & hoc non diceret'. Totum autem hoc pl' K
eõuenit tertiæ parti huius ſcientiæ.
Reuertamur ergo nunc ad id,vnde digreſſi fuimus, & dicam' ꝙ adhuc apparet potentiam non præcedere tempore actum ratione ipſius potẽtiæ, videlicet, quia ipſa potentia nõ poteſt denudari ab actu, vt de materia prima oſtenſum fuit. Item quia in multis rebũs inuenitur potentia ad aliquas alias res,ex eo ꝙ hñt aliquem actum illius rei, ad quã ſunt in potentia: vt diſcipulus,exẽpli gratia, qui eſt in potentia ſciens.nã deueniet ad vltimũ gradũ, propterea quia habet aliquam ſcientiã: aliter L
enim ſequeretur error Mennonis, narratus ĩ primo libro Poſteriorũ.
Ad hæc,cùm res æternæ, in quibus nulla admiſcet' potentia,præcedant corruptibiles,in quibus admiſcetur potentia,ſequitur manifeſte ꝙ act' eſt prior potentia. Quòd aũt in rebus æternis non admiſceat' potẽtia ſimpliciter,i.quæ ſit in ſubſtantia, manifeſte oſtenſum eſt in libro de Cœlo & mundo.& ſiſt potentia ad nutritionem & augmentum, & ad alterationem paſſibilem. De potentia vero in loco & tranſmutatione ſituali non fuit oſtenſum eſſe ĩpoſ- M
ſibile,immo fuit declaratum eẽ neceſſarium illud.veruntñ fuit ibi declaratum de ipſa potentia in loco ꝙ extat ibi actus præcedens,nullã omnino hñs potentiam. Iſte inquã eſt ſermo de his rebus per declaratiões proprias.multa.n.quæſita huj' ſciẽtiæ,immo maior pars eorum declarata ſunt, cùm opponit' per modũ proœmij ad ipſa id,quod declaratũ eſt ibi in ſcia Naturali,& ſoluuntur dubia vniuerſalia eorũ ex hoc loco.

At poſſumus hic facere declaratio-

nem

A tionem vſem. & ideo dicamus ꝙ qꝛ quid eſt in potentia ad aliquid, ſiue illud fuerit mouẽs, ſiue mobile, poſſibile eſt ipſum eſſe & non eſſe, cum hoc ſit de natura poſſibilis & potentiæ. & dicimus aliquid eſſe neceſſarium, cùm non ceſſat eſſe, neq; ceſſabit, & eſt impoſſibile omnino ꝙ non inueniatur, neq; habet potentiam ad hoc. nullus nanq; arbitrabitur triangulum habere potentiam, vt eius anguli ſint ęquales quatuor angulis rectis. Naturæ igitur interſe maxime differunt. & qui dicit neceſſarium eſſe poſſe, dicit tranſmutaB tionẽ diuerſitatem veritatis, & iferꝛ ſm hanc ſuam opinionem ꝙ nõ eſt neceſſariũ. Si ergo ita eſt totũ hoc, vt diximus, ſequitur ꝙ actus de neceſſitate præcedit potẽtiam ſm omnes modos prioritatis. Dubitare tñ contingit hic, ſ. quonam pacto res ſempiternæ ſunt principia rerũ corruptibilium, cùm ea, q̃ ſunt in continuo actu, neceſſario eorũ actio debet eſſe continua: aliter. n. haberent eſſe in potentia, & ſic eorũ cauſata habebunt continuum eſſe. Nam rerum, quæ qñq; ſunt, qñq; non ſunt,

Dubium quo pacto ſempiterna ſunt principia corruptibiliũ. 9. Me. t. 17. & 18.

C oportet neceſſario ꝙ earum motor ita ſe habeat, videlicet ꝙ moueat & nõ moueat. Soluitꝛ tñ hoc dubium per id, quod in ſcĩa Naturali fuit declaratum de motu locali continuo, videlicet ꝙ huiuſmodi eſt, quod ipſe motus habet, eſt veluti medium inter purum actum, & res, quæ ſunt partim actu, partim potẽtia. aſſimilaꝛ nanq, rebus exiſtentibus actu, propter æternitatem, quam habet per ſe, & ꝙ nullam habet potentiam ad corruptionem: ſed ſimilatur rebus quæ partim in actu, partim in potentia reperiuntur, propter varietatem ſtuum, quæ ſibi accidit, & tã D dem ratione motus localis. Et animaduerte quo pacto cura diuina ẽ ingeniata colligare illa duo eẽ, vnũ ſcilicet cum alio, & poſuit inter puram potentiam & purum actũ huiuſcemodi potentiam, videlicet potentiam, q̃ eſt in loco, adeo ꝙ p hoc perficiꝛ colligantia inter eſſe æternum & corruptibile. Quapropter non eſt timendum hunc motũ corrumpi aliquo tpe, aut quieſcere, vt aliqui ſunt opinati: qm̃ eius motus vel motor nullam habet potentiam ad hoc. Et qui non poſuerunt motum continuum, non poterunt red E dere cauſam, quare Deus glorioſus, cum ſit ſempiternus, ſemper agat, poſtq̃ non fuerit agens. ſequitur nã q; de neceſſitate ſm ipſos, ꝙ ſit agẽs in potentia, anteq̃ operꝛ: & qcqd eſt in potẽtia, reducꝛ in actũ p mouens, tandem per agens prius ipſo, cum exitus de potentia ad actum ſit quædam tranſmutatio: quęlibet autem tranſmutatio fit à tranſmutante. & hoc totum patefiet tibi, ſi eris memor radicum naturalium.

CVm ergo iam oſtenſum ſit ꝙ actus præcedit potentiam, cauſa contemplari decet quodnam horum duorum præcedat aliud nobilitate & bonitate. Et dicamus quòd malum de neceſſitate fit per priuationem, aut per vnum contrariorum, cui acciderit priuatio ſui contrarij. vt ægritudo, quæ quidem licet ſit quoddam eſſe, nihilominus eſt malum, ex eò quòd eſt priuatio ſanitatis: & quia potentia eſt ad cõtraria ſimul, ideo ex hoc quòd potentia, non poteſt eſſe bonum ſimplex, ſed mixtum. Potentia quoque dicitur bona, vel mala in

Actũ p̃cedere potẽtiã nobili- F tate, & bonitate. 9. Me. te. 19

G comparatione ad actum. Actus ergo eſt nobiliot potentia de neceſſitate. & cum potẽtia ſit cã priuationis, q̃ eſt ipſum malum, ſequit ergo ꝙ res, q̃ non habent potentiam, nullũ habent malũ, cùm non habeant priuationẽ, neq; contrariũ, & huiuſmodi res ſunt illæ, in quibus ipſum bonũ, quod quidẽ eſt ipſa veritas, vndiq; perdurat, i. ꝙ verum in eis non variat, ita ꝙ in aliquo tpe euadat falſum: quemadmodũ ſolet accidere rebus, quę q̃q; potentia, quãdoq; actu inueniuntur.

Quopacto inuenit veritas & falſitas ſolo nibus. 9. Meta. t. 21. & 22.

H AMbigere tñ cõtigit circa hoc. nam ſi ipſum verum perſeueraret, inueniret in rebus exiſtentib⁹ ſẽper in actu. nulla ergo demõſtratio fiet de rebus, quæ q̃q; potentia q̃que actu inueniũtur. & ſi de his nõ erit demonſtratio, nequaquam poterimus habere viam ad ſciendum eſſe ennium: & ſic nulla erit demonſtratio de rebus exiſtentibus continuo actu, cùm ſcientia neceſſaria acquiratur per ſe ex rebus neceſſarijs, & nos ex his aſcẽdim⁹ ad ſciam earũ.

Et dicamus ꝙ oratio vera neceſſario eſt, aut affirmatiua, aut negatiua. Affirmatio antẽ nihil aliud eſt I q̃ compoſitio alicuius cum aliquo: & negatio nihil aliud eſt q̃ eorundẽ diuiſio. Et ſi dantur aliqua, quę non poſſunt componi, tunc negatio eſt ſemper vera in eis. Sed, ſi dantur aliqua compoſita, quæ videlicet non poſſunt inueniri abſq; tali compoſitione, tunc affirmatio eſt ſemper neceſſaria in eis. Si vero dentur aliqua, in quibus ſit poſſibile vtrũq; ſimul, ſcꝙ q̃q; componunt, & q̃q; diuidunt, tunc veritas in his non ſemper perdurat. manifeſtum autem eſt ꝙ in hac re reperiuntur hi duo modi. Ea autem, quæ q̃q; componũtur, K q̃q; diuiduntur, ſunt res particulares. nam iſte triangulus ſingularis quandoq; componetur, & habebit angulos æquales duobus rectis: & q̃q; diuidet, & verum in eis euadet falſum per ſe. & ideo dicitur ꝙ oppoſitum veri in his, dum verificat, eſt falſum poſſibile. Ea vero, quorũ compoſitio eſt continua & diuiſio continua, ſunt res vniuerſales, ex eo ꝙ ad ſeinuicem comparantur. Ex hac ergo parte ineſt neceſſitas reb⁹ tranſmutabilibus. exempli gratia, ꝙ Anguli æquales duobus rectis in L quantum ſunt æquales duobus rectis, ſemper inueniuntur compoſiti cum triangulo, & triangulus cũ figura. & ſic rationalitas reperitur de neceſſitate cũ animalitate, & animalitas cum nutritiõne, & nutritio cum corpore. ſed anguli æquales tribus rectis ſemper inuenientur diuiſi à triangulo. & eodem pacto rationalitas ſemper eſt diuiſa ab aſino & equo. In his ergo non accidit falſũ niſi ex errore, videlicet vt opinet id qd eſt cõpoſitũ, eſſe diuiſum, aut diuiſum compoſitum. Ineſt aũt actus & ꝑpetuitas his, ex eo ꝙ ſunt intelli- M gibilia, nõ ex eo ꝙ ſunt aliter. n. vniuerſalia eſſent ſeparata. & hoc non cognouerunt ponentes ideas. ſed, ſi tribuitur eis iſtud eẽ extra intellm, illud fit, ex eo ꝙ habent potentiã ad hoc. nam, ſi non haberent aptitudinẽ ad hoc, tunc id, quod intelligeret de eis, eſſet inane. & propterea verũ dr de rebus, q̃ ſunt extra intellm in actu continuo, & de his ſm prius & poſteri⁹. &, quia illa ſunt vera, ideo hæc ſunt vera, vt eſt de proprietate rerum, quæ dicuntur ſecundũ pri⁹ & poſterius. & ſm hunc modum au-

ferrur

A ferut malum, quod eſt falſum, à rebus ſenſibilibus, & acquiſierunt ipſum bonum, quod eſt verum.

Quotupl dicat vnū 10.me.t. 1.

ET poſtq̃ locuti fuimus de potẽtia & actu, & de eorum conſequentibus, nunc loquemur de vno & multis, & de eorũ conſequentib⁹. Et dicamus q̃ vnum dr̃ illis modis, quos narrauim⁹ in p̃dictis: & ī ſumma reducunt ad duo, ſ. ad vnũ numero, & vnũ p aliquid vl̃e. & hoc, vt iã dictũ fuit, diuidit in vnum ſpẽ, & vnũ gñe, & reliqua, q̃ antea enumerauimus. Sit ét unũ numero dr̃ primo de continuo, & poſtea ſecundario & ſm ſimilitudinẽ de coniũcto, poſtea vero de compoſito, deīde de colligato. Nõnunq̃ tñ dr̃ vnum numero de indiuiduo ſingulari: quod quidem non diuidit ex hoc, quod eſt indiuiduum alicuius ſpeciei, vt Socr. & Plato. Qñq; vero dicitur de eo, quod eſt indiuiſibile quãtitate, & iſtud eſt illud vnũ, quod eſt principium numeri. Dicit quoq; de indiuiſibili q̃litate & definitiõe, hoc eſt diuidi multitudine & compoſitione. & his duobus maxime conue
B nit dicere vnum numero. Denique dr̃ vnũ numero de oī eo⁹, quod eſt de ſe diſtinctum, & ſeparatũ ab alio, ſiue ſenſu, ſiue intellectu, ſiue per ſe. Manifeſtior autẽ diſtinctio eſt ſenſitiua, & harũ eſt diſtinctio rerum p ſua loca, mox p cortices earũ. Diſtinctiones vero rationales ſunt manifeſtæ, & per hoc menſurantur longitudines, & demum quantitas continua. At diſtinctiones rerum indiuidualium ſm earum eſſentias eſt quid remotum à ſama. & remotius adhuc eſt diſtinctio rerum per ſuas quiditates intelligibiles, & eſt id, de
C quo dr̃ vnum forma. Et qñq; dicit vnũ de aliquo vero ſimplici (vel cõmuni) & eſt ipſum primum indiuiſibile in vnoquoq; genere, vt color albus inter colores, & mẽſura cithariſtica in melodijs, & litera vocalis & non vocalis in dictionib⁹, vt vnũ in quantitate, quod nõ diuiditur p ipſam. Et quemadmodum in omnibus his generibus eſt vnũ primo, ſic etiam eſt & numerus. Sed de numero, qui eſt in quantitate, conſyderat mathematicus. Et hinc apparet q̃ vnum dicitur de decem prædicamentis, & ſiſt numerus. Vnum ve-
D ro, quod eſt principium quantitatis diſcretæ, non eſt illud vnum, quod dicitur ſm prius & poſterius de omnibus generibus. Neq; etiam ille numerus, qui eſt in quantitate, eſt numerus, qui reperitur in vnoquoq; genere, vt poſt hoc videbit. Et definitio ipſius vnius abſoluti eſt q̃ eſt menſura numeri, & q̃ eſt indiuiſibile aliquo modo diuiſionũ. Et vnũ numero eſt indiuiduum in intellectu & indiuiſibile in quantitatẽ, & q̃ eſt ſynonymum ad nomen entis.
E Differunt tñ in modo tantum. nam cùm capitur quiditas ci⁹ ex eo q̃ eſt indiuiſibilis, eſt vnum: ſed ſi ſumit inquãtum eſt quiditas tñ, tunc nũcupatur eſſentia & ens.

Et ſi ergo totum hoc eſt, vt diximus, neſcio quid ſit iſtud vnum, qd eſt principium numeri, & quod eſſe habeat. nam cognito quid eſt principium numeri cognoſcitur quiditas numeri, cùm numerus reſultet ex ei⁹ iteratione. Et dicamus q̃ vnũ numerale eſt illud indiuiduale, qd eſt in intellectu indiuiſibile in quãtitatem, neq; qualitatem, neq; poſi-

Quid ſit vnũ qd eſt principiu⁹ numeri.

G tionem. Addidimus autem in definitione neq; poſitionem, quia punctum eſt indiuiſibile quantitate & qualitate, ſed habet poſitionem: & hoc eſt principium numeri, & non eſt numerus. & propter menſurationem huius vnius exiſtentis in quãtitate dicitur quodcũq; aliud vnũ: quemadmodum propter multitudinem numeralem dr̃ multitudo de reliquis rebus. vel quia iſtud vnum, quod eſt in quantitate, mẽſurat numerum, ideo menſurat in vnoquoque genere aliorum numerũ illius generis. Quòd autem illud vnum,
H quod eſt principium numeri, ſit de his, quæ ſunt in ſubiecto, eſt manifeſtum. & ideo dicitur in definitione vnitatis, ꝙ eſt id, quo dr̃ de rebus ꝙ ſunt vnum. & ꝙ Mathematicus abſtrahat hoc à ſubiecto indiuiduali, conſyderet tñ ipſum, quemadmodum abſtrahit lineam & ſuperficiẽ & corp', eſt etiam per ſe manifeſtũ. & hæc eſt dr̃ia inter conſyderationem profeſſoris huius ſcientiæ, & Mathematicum. Nam huius ſcientiæ profeſſor conſyderat de ipſo, ex eo ꝙ eſt vnum quantitate, aut vnũ ſubſtantia: Mathematicus vero cõ-
I templatur de eo, ſm ꝙ eſt vnum tñ abſtractum à ſubiecto. quemadmodum Phyſicus cõſyderat lineam & ſuperficiem, ex eo ꝙ ſunt extrema corporis phyſici: ſed Mathematic' conſyderat vtrunq;, inquantũ ſunt linea & ſuperficies tñ. Vtrunq; ergo, ſ. vnum & multa conſyderantur a' profeſſore huius ſcientiæ, & à Mathematico: niſi ꝙ conſyderatio vtriuſq; ipſorũ de hoc eſt ſm duos modos diuerſos, quemadmodum conſyderant variæ ſcientiæ idem ſubiectũ. &, quia vnũ numero, ſi accipiat' inquantum eſt vnum, non videt' in K digere ſubiecto, & ingreditur prędicamentum quantitatis hoc tñ modo, & hæc eſt vna ex rebus ipſius indiuidui denudati à diuiſione ī quãtitate & qualitate & ſitu: ideo ẽ principium multitudinis numeralis, & multitudo numeralis ſubīgreditur etiam prędicamentum quantitatis. ſed, cum diuidit' ad res, de quib' dr̃ per ipſum, ꝙ ſunt vna abſolute, tũc comprehendit oĩa decem prædicamenta. & ſic pluralitas etiam erit ex conſequentibus decem prædicamẽtorum. & hoc ſ. ſi ponamus ſubiectũ ipſius vnius abſoluti nihil aliud eſſe L q̃ decem prædicamẽta, i. vnitates in decem p̃dicamentis exiſtentes, quas numerauimus: quemadmodum linea, quam conſyderat Mathematicus nihil aliud eſt q̃ linea, q̃ eſt ī corporibus. Si ergo ita eſt, non euadet quin ſubiectum ipſius vnius abſoluti ſit vel aliquid cõe omnibus decẽ prædicamentis, vt dicit Auic. vel ꝙ ſit ſynonymum ád nomẽ entis, i. ꝙ dicat' ſm prius & poſterius: nõ ꝙ ſignificetur per ipſum aliquod accidens (vt opinatur Auic.) vel ꝙ ſit aliquid ſeparatum, vt imaginati ſunt M de natura vnius quamplures Antiquorum, quod ſit quædam res ſeparata. Ariſt. tñ conabit' deſtruere hãc opinionem in futurum. Illud vero quod dicit Auicẽ. ſubiectum ipſius vnitatis eſſe quid additum prædicamentis, & quod ſemp ſignificat hoc & omnino accidens commune prædicamentis omnibus, eſt falſum. Nã ſi ſemper ſignificaret illud, & omnino res egredientes eſſentiam rerũ, de quibus dicitur, tunc nomdaretur vnum per ſe, neq; in indiuiduo, neque in vniuerſali, i. ſm formam, & ſic

Quid ſit ſubiectum ipſi' vnĩ abſolut.

A sic de oĩbus prædicamentis. & tunc vnum erit accidens ipsis de cem prædicamentis per hoc, quod est quid aliud præter ipsa, commune tñ omnibus ipsis. Iste equidem sermo est de se manifeste falsus. & hoc apparebit ex his, quæ modo dicam, videlicet ꝙ, si vnum ſm vniuersalitatẽ dicatur significare accidens cõe decẽ prædicamẽtis, oportebit ergo ipm significare illud accidens inhærens vnicuiq; ipsorum, vel ſm significationem vniuocam, vel ſm cõicationem, i. quæ dicitur ſm prius & posterius, vel ſm puram æquiuocationẽ.

B Quòd autem ipsum vnũ non significat res, de quibus dr̃ ſm significationem æquiuocam, est manifestũ: cùm æquiuoca non habeant subiectum essentiale, neq; vnam definitionẽ. Neq; etiam habebit significationem vniuocam. falsum. n. est inueniri in prędicamento substantię, & prædicamentis accidentium aliquod genus, qnod dicatur de eis vniuoce, cùm sint in vltimo differẽtiæ. & si ita eẽt, sequeretur ꝙ indiuiduũ illius accidentis sensu perciperet, sicut fit in alijs prædicamentis accidẽtium habẽtiũ esse. Nihil ergo aliud

C restat, nisi ꝙ significet ſm prius & posteri⁹. quò fit, vt nihil aliud significet q̃ essentias prædicamẽtorum, cùm huiusmodi significatio sit cõparatio eorum inter seinuicem: vel oportebit inueniri in prædicamentis alia prædicamenta, & sic in infinitum: quod est falsum. Ergo nihil aliud restat esse subiectũ ipsius vni⁹ absoluti, q̃ vnum existens in quolibet prædicamento.

Quopacto vnũ & numerus sint ī ꝑdicamẽ

Contra hoc tñ contingit dubitare, quonã pacto dicimus vnũ, & numerum esse in prædicamento quãtitatis, & in quolibet ꝑdicamẽtorũ, ita ꝙ sit de ipsismet ꝑdicamentis, & non quid additum eis. & hic putauit Auic. ꝙ oportet eius subiectum inesse oĩbus prædicamentis. Sed res non ita se habet, vt imaginatus est. qm̃ vnum numero non est idẽ natura cum alijs, cum vnum numerale sit ipsa indiuidualitas abstracta à quantitate & qualitate, i. qua indiuiduum est īdiuiduum. nã est indiuiduũ p aliquid indiuisibile intellꝰ ãt est qui abstrahit ipsum à materijs, & determinat ipsum, & accipit ipm distinctũ: quia vnũ numero, & vnitas numeralis est quid fabricatũ ab

E aĩa in ipsis indiuiduis entium. & si non esset aĩa, neq; etiam vnitas numeralis ꝰueniret, neq; numerus penitus: cuius tñ rei contrariũ accidit in linea & superficie, & demũ ī quãtitate continua. & ideo numerus est immaterialior. Auicẽ. tñ admiscuit secum naturã ipsius vnius, quod est principiũ numeri cũ vno absoluto, qd̃ est commune oĩbus ꝑdicamẽtis. sed quia illud vnum, qd̃ est principium numeri, est accidens, ideo putauit, ꝙ vnum absolutũ, qd̃ est ſyno nymum ipsi enti, sit accidens. & cum hoc conat' ponere numerũ, ita se ha

F bere, vt se hẽt linea & superficies, videlicet ꝙ habeat quandam naturã, & si nõ reperiat' animã: adeo ꝙ fuit coactus ponere in ꝑdicamentis qd̃dam esse additum eis.

Ex vnius mẽsura alia mensurari. x. me. 12. & ide.

Si ergo natura vnius numero, & ipsius numeri talis est, sequit' ꝙ primũ metrũ natura inest ipsi numero: quod quidem est ipsum vnum, aliorũ vero generum metra sũt ex positione: & ideo computus, & mensura inest eis mediante numero. & secundum hunc modum accipiunt

G alia metra, assimilando ipsi vni vt plurimum, i. ꝙ ĩueniat in tali genere indiuisibilia, vel difficile diuisibilia. Hinc fit ꝙ oēs gentes mensurāt oēs motus per motum diurnum, cū sit velocior cæteris motibus. i. ꝙ ipsi mensurāt alios motus, tpe huiꝰ motus. & si fr quies cętetorum mobiliū ꝑ tempus huius motus mensuratur. & ob hoc etiam capiunt de ponderibus & mensuris id minimum, quod possunt. Sed si alijs rebus præter prędicamentum quantitatis adsit mensura, illud quidē fuit ꝑ accidēs & rōne huius prædicamēti, sicut est mēsurare leuitatem & grauitatem: immo qđ plus est mensurare nigredinem, & albedinem. Ex his igit patet quid sit vnum, quod est principiū numeri, & cuius sit naturæ, & ꝙ numerus est congregatio harū vnitatum, & multitudo constans ex ipsis. Obijcit tn Auic. contra hmōi definitionem numeri, dicens quonam pacto multitudo pōt esse genus ad numerum, cùm sit ipsemet numerus, cū ipsa multitudo, vt multitudo diuidatur in talem & talem multitudinem, quemamodum numerus in talia & talia numerata, i. in ressēsibiles. Hoc tn est errone ū, qa multitudo absoluta cōior est multitudine numerali: quemadmodum & ipsum vnum absolute est cōius vno numerali, quod est principium numeri. & dato ꝙ esset, vt ipse dicit, ad huc potest imaginari numerus, ac si sit spēs ex spēbus rerum numeratarum: & tunc ipsa multitudo erit genus sibi, & alijs rebus multis. & hoc non est impose officium ipsius animæ accidit nanq; hoc ipsi numero, quia est operatio animæ in numeratis. Si fr ēt dubitauit de definitione vnius, & numeri, hoc mōdo. videlicet dicit ipse ꝙ cū vnū accipiatur in definitione multitudinis, quę est ipse numerus: & ipsum vnū concipiat ꝑ priuationē multitudinis in eo existentē: ergo vtrunq; ipsorum accipitur in ratione alterius; & hoc est petitio circularis. Ego aūt dico ad hoc id, quod iam prius dixi ī definitione relatiuorum. Et nos egressi sumus, vnde eramus.

Mot⁹ diurnus mēsura ē oīum motuum apud oēs gentes. 10. Me. t. 4.

H

I

K

L

M

Reuertamur ergo ad illud, & dicamus ꝙ iā fuit ostensum hic ꝙ ꝑ vnum significantur oīa prædicamēta, & ꝙ est synonymū ad ens. est igitur manifestum ꝙ considerātio de eo in hac scīa fit ex hac parte. Et quia de ipso vno tractauerūt Antiqui hoc, sc. ꝙ est transcendens ad ipsum ens, ex eo ꝙ subiectum amborū est idem: Differunt tn eo modo, quo discrepant eorū opiniones de vno primo, quod est principiū vniuersi, & causa, ob quam cætera alia entia hnt esse, & in mensurando ea, inquantum sunt entia, in duas sc. opiniones. Sed priores Naturales, quia putabant res sensibiles particulares præcedere vīes earum: & propterea quia sic sunt opinati: & cū hoc etiā putant oportere in quolibet gne dari vnum primū, quod est causa, ob quam vnaquæq; species est in genere: & causa ēt, ꝑp quam reliquæ spēs mensurent, & cognoscant, cùm de illis spēbus dicat illud genus fm priꝰ & posteriꝰ, quemadmodū res se habet in decē ꝓdicamentis: vt exempli gr̄a calor, qui dr̄ de igne, & de alijs rebus attributis igni, fm prius & posterius, & ignis est cā, ob quā reliq̄ calida hēant esse, & sint mensurata & numerata: & ideo impose est ꝙ numerent res calidas ꝑ vnū, qđ sit albe-

De vno synonymo ad ipsum ens. 10. m. t. 6. & 8de.

do,

A do,aut nigredo:qm̃ menſura i quo
libet gñe oportet d necessitate,vt ſit
proportionata,& ſimilis:& hoc ha-
bent ipſa entia inquantū ſunt entia,
videlicet ꝙ dūr ſm̃ prius & poſteri⁹
ideo putarūt oportere īueniri vnū
primum ens, quod eſt cauſa vt alia
entia ſint entia,& numerata & ſcita: quemadmodū vnum ī numeris
eſt cā vt reliquæ ſpēs numeri ſint,&
numerent.ſed,quia ipſi non cogno
uerūt de cauſis niſi materialē, ideo
fuerunt imaginati ꝙ hmōi vnum,
eſt iſta cauſa. & hoc ēt iuxta varias
eorum opiniones de cauſa materia
B li vltima.nam quidā eorū putant eſ
ſe aquam,alij vero ignem,& nōnul
li infinitū.Poſteriores vero,q a pce-
perūt cām formalem, aliter tn̄ q̄ ē,
putant ipſi ꝙ ipſum intelligibile ali
cuius rei exiſtit extra intell'm: qđq;
ipſi conuenit magis eſſe q̄ ſuo ſenſi
bili & dicunt ꝙ vnum vr̄e, cui plus
cōuenit ipſum eſſe q̄ ſenſibili ſuo,
quod continet quicquid dr̄ vnū,eſt
cauſa vt ſint reliqua entia,q̄ dicunt
vna,& cauſa ēt menſurationis eorū
Hæc igit ęſt ſumma conſyderatio-
nis,quam habuerunt prędeceſſores
Ariſt.circa hoc quæſitum. Ariſt.ve
C ro cùm diſtincte cognouerit eē for
marum intelligibiliū ab eſſe earum
ſenſibilium,& ꝙ intelligibile nō ha
bet eſſe extra intellectum, inquan-
tum eſt intelligibile: habent tn̄ eſſe
extra intellectum, inquantum ſunt
ſenſibiles:& non latuit ipſum,ꝙ in-
ter res ſenſibiles nihil eſt cōmunius
decem prædicamentis: & eſt quoq;
manifeſtum,ꝙ in quolibet gñe præ
dicamentorū accidentiū dat quod-
dam vnum,quod eſt cauſa, vt reliq̄
ſpēs exiſtentes in illo gñe habeāt eſ
ſe,& menſurent: vt inter colores,exē
pli gratia albedo, quæ quidem ē cā D
vt aliæ ſpēs ſint & menſurent: nam
nigredo potius debet eſſe priuatio
albedinis,q̄ quid per ſe:& ſil'r in ſet
monibus ſyllabæ & pedes, quibus
menſurant tales dictiones, & neu-
ma in muſica:ideo eſt opinatus ꝙ
in prædicamento ſubſtātiæ oportet
dare aliquid ita ſe habens, cùm ipſæ
ſubſtātiæ ſint plures: videlicet ꝙ de
tur in eis vnum, quod ſit cauſa vt
aliæ ſubſtantiæ ſint, & non ſolum
aliæ ſubſtantiæ, ſed & alia entia.
Nam reliqua entia menſurant qui
dem inquantum ſunt entia per ſub-
ſtantiam,cùm eorum eſſe conſiſtat E
in ea, vt in principio huius ſcienttæ
fuit declaratum. &hmōi vnum,ſi re
periatur ſeparatum à materia, plus
conueniet ſibi nomen vnitatis,cùm
plus conueniat ſibi hoc nomē eſſe.
Et ideo hoc quæſitum reuertit ad il
ludmet quęſitum,quod à principio
rei non deſtitit inquirere. Et præpo
ſuit huiuſmodi res, vt deueniret po
ſtea ad ipſum: videlicet, vtrum dē
ſubſtātia ſeparata,quæ ſit principiū
ſubſtantiæ ſenſibilis, aut ſufficiat ip
ſamet ſubſtantia ſenſibilis ad ſuum
eſſe. Hæc aūt duo quæſita ſunt vnū
ſubiectiue,& duo in modo: & ideo F
habita notitia vnius eorum, aliud
quoq; noteſcet. Sil'r etiam,ſi mani-
feſtabit ꝙ dant plures ſubſtantiæ ſe
paratæ q̄ vna,oportebit etiam inue
niri in eis vnū,qđ ſit cauſa, ob quā
ſint multę,& numeratæ.& hoc totū
apparebit in ſecūda parte huius ſcię
tiæ.quia cōſyderare in hoc loco de
hmōi rebus eſt quidem veluti præ-
ludium ad illam partem, quæ eſt vt
finis huius.& p̄p eius nobilitatē fue
runt imaginati aliqui quōd ſciētia
Diuina conſyderaret de rebus ſepa
ratis

Gratis tantum. Iſte ergo eſt ſermo de vno inquantum eſt ſynonymum ad ens.

De oppõe vnius & multitudi nis.x.met. t.9.& inde

COnſentaneũ aũt eſt q̃tere qũo comparet̃ ad ipſum vnum primum. & quia vnum opponit̃ multitudini, contemplandũ eſt quot modis opponit̃ ei. Et dicamus q̃ vnum opponit̃ multitudini pluribus modis. Vno quidẽ modo p̃ diuiſibile & indiuiſibile. & hoc eſt fere ſiſ̃ oppoſitioni, quæ eſt inter habitũ & priuationẽ, quia vnum eſt priuatum diuiſione exiſtenti in multitudine. Vnum adhuc opponit̃ multitudini
H ratione ſuarũ proprietatũ. nam ipſum vnum hẽt quaſdã proprietates vt eſſe idem in ſubſtantia, & ſiſ̃ in qualitate, & æquale in quãtitate. nã vnum in ſubſtantia eſt in qualitate ſiſ̃, & in quantitate æquale. Multitudo vero hẽt proprietates oppoſitas illis proprietatibus vnius, q̃ ſunt, aliud, & diuerſum, & oppoſitũ. Veruntñ id, quod opponit̃ ex his ipſi vni, inquantum dicitur idem, & diuerſum: quia idem & diuerſum ſũt oppoſita: & ideo neceſſario quicqd
I eſt in ſubſtantia, vel eſt idem vel diuerſum. & hoc etiã iuxta ſuos modos, de quibus dr̃ idem & diuerſum eſſe oppoſita. Nos autem iam diximus q̃ dr̃ idem genere & forma & indiuiduo, vt qñ hẽt duo noĩa, aut cùm comparat̃ ſignificatio noĩs ipſius ad ſignationẽ definitionis. Et quia qñ vnum eſt in ſubſtantia dr̃ ſicut ipſum, & qñ in quantitate dicitur æquale, & in qualitate ſiſ̃, & hoc etiam dr̃ iuxta illos modos, de quibus iã diximus ipſum ſiſ̃ dici: quare oportet vt res ſit ſicut alia, vel nõ ſicut illa, aut æqualis vel inæqualis, aut ſimilis vel diſſimilis. & oĩa hæc concurrũt̃ in hoc, q̃ aliquid vel erit K idem, vel diuerſum, ſiue abſolute, ſiue cum colligantia. Aliud autem & differens inter ſe conſequuntur. Diſtinguunt̃ tñ: qm̃ aliud eſt in ſe diuerſum, ſed differens eſt differẽs cũ alio per aliud, & qñ differt ab aliquo conuenit cum eo quod eſt idem: & differens ſuſcipit magis & minus; ſed diuerſum non.

De oppoſi tis. x. met. t.13.& ide

QVæ aũt ſunt diuerſa, non poſſunt aggregari in vno ſubiecto ſin vnum modum & vno tẽpore. & talia ſunt oppoſita, q̃ vlr̃ ſunt quatuor, ſ. contraria, & habit̃ & pri L
uatio, & affirmatio & negatio, & relatiua. In præteritis aũt iam dictum fuit quot modis dr̃ contrariũ, & habitus & priuatio. Verumtñ duo cõtraria re vera ſunt; q̃ inueniunt̃ in eodem gñe, quæ maxime differunt & diſtant: ſed q̃ ſunt diuerſa in gñe, licet diſtent, tñ non ſuſcipiunt magis & minus in diſtantia: & ideo eorum diſtantia nõ eſt ex hoc, q̃ ſunt contraria. nam quãdoque poſſunt plura congregari in vno ſubiecto; vt decem prædicamenta, quæ ſunt diſtincta in ſuis generibus. ſed ſi dicimus hæc inter ſe diſtare, illud eſt, M
quia non generantur mutuo ex ſe inuicem, neque aggregantur penitus in aliquo genere: & non propterea quòd eorum diſtantia proueniat à contrarietate. Contraria vero ſunt eadem genere, & maxime differunt & diſtant forma. & ideo non poſſunt conuenire in vno ſubiecto, & vnum eorum corrumpit aliud de neceſſitate. & quæ ita ſe habent, videlicet quòd vnum corrumpat reliquum, diſtant eorum eſſe in vltimo diſtantiæ. & propterea dicitur in definitione contrariorũ q̃

habent

A habēt vnū ſubiectū, & vtraq; maxime diſtant ſm eſſe. Hinc apparet ꝙ vni cōtrario vnū tm̄ contrariatur. qa ſi illud, qđ eſt pfectū ī ſuo genere, eſt illud, extra qđ nihil eſt vel ſupra ipſum, ergo pfectū in diſtantia nō habebit aliqd remoti⁹ ipſo. Nā ſi reperiat aliqd aliud ſibi contrariū, tūc vel erit maioris cōtrarietatis eius ſm eſſe quā primū, aut minoris. ſi minoris, tūc ſe habebit veluti mediū inter duo contraria, & nō eſt in extremo. & ſi maioris, ergo qñ ponitur in vltīo, nō eſt in vltimo, ſed eſt mediū. Impoſſe aūt ē ꝙ
B reperiant duę res in eodē gradu cōtrarietatis ad vnā rē, q̄ ſunt in vltīo diſtantię: qa vltima diſtātia reperitur inter duo extrema: & duo tm̄ ſunt in vltimo diſtantię. & ideo impoſſe eſt ꝙ inter duo extrema cadat plusq̄ vna linea recta. Et quia in definitione contrariorū apparet diſtātia: & nomen diſtantię dr̄ primo & ſm prius de quātitate: oportuit cōtrariū primū eſſe in loco, & ꝙ ſit cā vt alia oppoſita ſint p ſe & ſm eē ſimul. nā, ſi nō eſſet magnitndo, nō poſſent inueniri contraria ſm eē ſimul, vt calidū & frigidū, & reliqua.
C & pp hoc inhærentia diſtātię materiæ primæ eſt cā vt contraria ſint.

De cōtrarijs mediatis & īmediatis. to. Me. te. 22.

ET quia cōtrariorū aliqua ſunt, quorū vnū non euadit à ſubiecto recipienti ipſa, vt par & impar, à quibus nō expoliatur numerus: aliqua vero alia ſunt, à quibus vtriſq; ſubiectū, qñq; euadit, vt color, qui recipit albedinē & nigredinē: ideo cōtraria ſunt duo ſpecie, vnā. ſ. habēs mediū, & aliud immediatū. Et quia tranſmutatio eſt de contrario in contrarium, vt in ſcīa Naturali fuit oſtenſum: ideo eſt mediū inter duo contraria de neceſſitate. Nam D
mediū eſt primum, ad qđ tranſmutabile tranſit: vt tranſmutatio, exēpli gr̄a, de nigredine ad albedinē, q̄ quidē fit, poſtq̄ fuerit tranſmutata in vnū mediorū inter ipſa exiſtentium. & iō eſt neceſſariū ꝙ mediū, & extrema habentia illud mediū, ſint in vno genere, qđ ſit idē. aliter .n. mediū non eſſet illud primū, ad qđ fit tranſmutatio: qa ea, q̄ ſunt diſtincta genere, nō tranſmutantur mutuo inuicē: etſi extrema & media ſunt in vno genere, qđ ſit idem, quo manifeſtum eſt ꝙ media ſunt
E cōtēpata ex duob⁹ extremis. Nā, ſi nō eēnt cōtēpata, & tm̄ eēnt ī cōpoſito, tūc eſſent ipſamet extrema ſicut sūt. i. ſi extrema exiſterēt ī medio ī actu eo mō, quo exiſtūt ſepata, & tm̄ iā fuit poſitū ꝙ media ſunt contraria inquantū acquirunt de contrarietate extremorū, & ꝙ ipſa tādem non ſunt extrema. hoc ergo indicat media nō poſſe eē extrema in actu puro, vel ꝙ ſint in eis extrema. Et ppea fuit poſſe ꝙ ipſa extrema, ex eo ꝙ inſunt medijs, vt inueniant ſimul ī vno ſubiecto: ſed hoc eſt impoſſe, inquātū ſunt extrema & in actu vltimo ſuo. Et qa extrema ſunt ī me-
F dio, quodā eſſe medio īter actū purū & purā potentiā, iō oportet non inueniri mediū niſi in rebus cōtemperatis. Et ppea īter ſanitatē & ęgritudinē nō datur mediū, cùm de natura ſanitatis non ſit admiſceri cum ęgritudine: & eſt impoſſibile ꝙ ſubiectū recipiens vtrunq; euadat ab vno illorum duorū, cùm ægritudo ſit læſio actionis membri ſenſibilis, aut eius paſſio, & ſanitas illæſio: inter læſionem autem & illæſionem non datur medium ſenſibile: licet

Inter ſanitatē & ęgritudinē nō dari medium.

in

G in læſione inueniat magis & minus quod Gal. appellat largo modo neutrum, quod ſignificat id, quod non eſt, neq; ſanitas, neq; ægritudo. nam hoc neceſſario ē, vel ſanitas, vel ęgritudo, ſed nõ i vltimo. Et ideo oportet ꝙ quicquid appropriatur noīe medii p abnegationē duorũ extremorum, ꝙ intelligat p illud verum medium. nam cũ dicimus, exempli gratia, colorem flauum non eſſe album, neq; nigrũ, ſignatur ꝙ eſt q̃dam eſſentria, à qua priuat aliquid, quod ineſt duobus extremis exiſtẽtibus ſub vno genere, & hẽt aliquid
H de duobus extremis p modum mixtionis. Sed id, qnod ſignatur per abnegationem duorũ extremorũ ab eo, quod non eſt ipſum, & extrema ſub eodem genere, nõ eſt medium. vt ſi dicamus lapidem loquentem, aut mutum: & Deum non eſſe extra mundum, neq; intra. & hac proprietate differunt contraria ab alijs oppoſitis, cum non habeant verum medium. In affirmatione aũt & negatione res eſt manifeſta. Priuatio vero, q̃ habet vim negationis, ſe hẽt vt negatio, & eſt illa priuatio, q̃ opponit̃ enti: vt ſi dicamus ens genera
I ri ex non ente. Inter reliquos tñ modos priuationis poſſibile eſt imaginari medium, ſed non verũ. vt cum dicimus embryonem non videre, neq; eſſe cæcum: & lapidem non loqui, neq; eſſe mutum. & hoc iã fuit rememoratſi. Relatiuorũ vero natura, inquantum ſunt relatiua, non eſt ꝙ habeant medium. nã non cõditionat̃ in eis, vt ſint in vno genere, ſicut agens & paſſum, quod poſſunt eſſe vnum eorum in vno genere, & aliud in alio. ſed ſi in aliqua relatione ineſt contrarietas, habebit quidem medium: illud tñ euenit ratione contrarietatis, non ratione relationis, ſicut medium, quod eſt inter magnum & paruum, & inter ſurſum & deorſum. K

EX his igitur patet ꝙ iſti quatuor modi oppoſitorum ſunt diuerſi, & ꝙ priuatio & habit⁹ ſunt tanquã principia contrariorum, & affirmationum, & negationum. quia, cùm gñatio fiat vel à priuatione formæ, vel à forma contraria: & ipſi formę contrariæ de neceſſitate ineſt priuatio contrarij rei generabilis, quę eſt aliquod contrarium, & ſi priuatio de neceſſitate præcedit generatum: ergo de neceſſitate priuatio ineſt cõtrarijs, & præcedit ea, natura. Ineſt quoq; vni contrariorum, vt ſit imperfectius alio, & imperfectio eſt priuatio perfectionis: vt caliditas, & frigiditas, & humidum & ſiccum. Manifeſtum quoq; eſt ꝙ inter negationem & hũc modũ priuationis (abſolute) non ineſt differentia. L

Priuatio-né & habitũ ē contrariorũ principia. 10.m.61ſ.

ET quia, vt diximus, contraria ſũt diuerſa, forma, & idem gñe, conueniens eſt vt conſyderemus, vtrũ quicquid eſt contrarium ſit diuerſum forma, aut nõ ſit neceſſarium hoc. Et dicamus ꝙ contrariorum, quodcunq; ſequit̃ formã rei, eſt de neceſſitate diuerſum forma. nã impoſſibile eſt inueniri gñabile & corruptibile, & perpetuũ in eadem forma. aliter. n. eſſet poſſe inueniri homines ꝑpetuos Sed illa contraria, q̃ inſunt alicui rei ꝑ materiã, non conuenit ꝙ ſint in eadem forma, ſicut mas & fœmina in eadem ſpecie, & albedo & nigredo, quę ſunt ī vna ſpecie. Ex hoc igit̃ patet quid conſequat̃ vnum & multa, & ꝙ ipſa ſunt principium generũ oppoſitionis. & ideo

Anquicqd ē contrariũ, ſit diuerſũ; forma. 10. m. 12ſ.

M

A ideo decet nos conſyderare quo pacto inſit eis propria oppoſitio. nã, ſi nõ daretur vnũ, non darentur plura ẽt. & ſi non daretur multitudo, nulla daretur penitus oppoſitio.

Quopacto vnum & multitudo opponãt. 10. Me ta. t. 10. & 21.

ET dicamus ꝙ impoſſe ẽ, ꝙ vnũ opponatur multo p modũ contrarij, cũ contrariũ multitudinis ſit paucũ, & vnũ non eſt pancum, quia paucũ eſt de affectibus ipſius diuiſibilis: & ſi cõtingat vnũ eſſe paucũ, illud fit, ex eo qđ vnum eſt multitudo diuiſibilis, nõ ex eo qđ ẽ vnũ. Prẽterea, ſi vnũ ſit paucũ, duo erũt multũ: q a pancũ & multũ dicunt relatiue, & ppea vnũ erit quędã multitudo. & hoc totũ eſt impoſſe. Adhuc ipſum contrariũ, vt oſtenſum fuit, habet contrariũ, quæ vtrunq; ſunt in eodẽ generetur ſed vnum & multa non ita ſe habent. At vtrum oppoſitio iſtorũ ſit oppoſitio priuationis & habitus, cõſyderatione indiget: quia vr̃, cùm ipſum vnũ ſit quid diuiſibile, & multitudo ſit diuiſibilis, ꝙ inſit ei ꝓrinatio diuiſionis, quam quidem habet ipſa multitudo. Plures tñ Antiquorũ fuerunt opinati huius oppoſitum, vc3 ꝙ ponebant multitudinem eſſe priuationẽ vnitatis. qđ quidẽ ideo putarunt (vt arbitror) quia viderunt priuationẽ ſemper eſſe imperfectionem habitu, & habitum nobiliorẽ eſſe. & ita ſe habet vnum ad ipſam multitudinẽ: eſt. n. cã vt illa ſit. Sed vt prædiximus, magis euidens eſt, ꝙ ipſa vnitas ſit priuatio multitudinis. nam quãplures priuatiões ſunt nobiliores aliqnibus entibus imperfectis. & ideo nonnunq̃ contingit melius eſſe nõ videre, q̃ videre. Sed dato ẽt ꝙ hęc eſſet oppoſitio exiſtẽs inter vtrunq; eorũ. ſequereť adhuc ex hoc falſitas vituperanda, videlicet ꝙ habitus ſubſtentaretur in priuatione, cũ ita ſe habeant vnum & multa. Quapropter videtur magis conſonũ ipſa opponi inter ſe oppoſitione relatiua. quia contingit ipſum vnũ menſurare, & multitudinem menſurari: mẽſuratus autem, vel menſura, & mẽſuratum ſunt in capitulo relationis. ſed hmõi relatio non eſt de eſſentia ipſius vnius, immo quid ſrbi accidens. & ideo nõ dr̃ vnum in cõparatione ad multa eo mõ, quo dicuntur relatiua ad ſeinuicem. Eſt. n. res in hoc, vt in cauſa & cauſato. nã ignis eſt cã rerum igneatum, & tñ eſt ignis abſq; hoc ꝙ ſit cã. ex eo igitur, ꝙ eſt ignis, eſt in prædimento ſubſtantię: ſed inquantũ eſt cã, eſt in prędicamento relationis. & hoc totũ eſt per ſe notum. & ſimiliter videtur ꝙ nomen multitudinis ſignificet illud, ex eo qđ habet talẽ cõparationẽ, licet nõ extet niſi cũ eo. ſed nomen multitudinis dr̃ in relatione ad paucũ: & ideo iſta relatio, quę eſt inter multitudinem & vnũ, ineſt ipſi multitudini, ex eo qđ eſt quid menſuratũ, & vni, ex eo ꝙ eſt menſurãs. Vel dicamus ꝙ vnũ opponiť multitudini vtroq; mõ ſimul: ſed duob⁹ modis varijs ſubſtẽtabit multitudinẽ, nõ ex hoc ꝙ accidit ei, qđ priuetur multitudine, ſed inquantũ eſt eius principiũ. & iſto mõ oppoſitio amborũ eſt ad aliqd: & ex eo ꝙ accidit ei iſta priuatio, q̃ ineſt multitudini, vc3 diuiſio, adhuc opponiť multitudini p modũ habitus & priuatiõis:

Quopacto æquale magno & paruo opponiť. 11 Me. t. 17. inde.

QVęret tñ aliquis & dicet, cum vni inſit vnũ cõtrariũ, quo igitur mõ æquale opponiť magno & paruo? Nam impoſſe eſt vt æquale habeat

habeat hæc duo contraria, cùm contrariũ habeat vnum contrarium. Itẽ æquale existit inter magnum & paruum: contrariũ aũt non est inter, sed id quod est inter, est inter cõtraria. Hoc tñ dubiũ soluitur p hoc, ꝙ æquale opponit magno & paruo p inæquale, & talis ẽ oppositio, quæ inter priuationem: & habitum. G

De causarũ finitate. vide 2. Met. tex. 5. & inde.

ET postq̃ tractatum est de vno, & de eius consequentibus, expedit modo tractare de fine quatuor causarũ, quæ sunt materia, efficiens, forma, & finis. Hoc nanq; confert ad id, quod quærimus, videlicet inuestigare principiũ substantiæ, & ad magnã partẽ rerum prædictarũ. & ideo Aristo. incœpit exordiri hoc in primo libro huius scĩæ, & ẽ liber designatus p A paruum. quo facto perficiẽt prima pars huius scĩæ cum auxilio Dei. Et dicamus ꝙ, si ponamus plura causata q̃ duo, siue sint tria, siue plura, aut ponamus ipsa finita numero, apparebit ĩ eis triplex genus, s. principium, mediũ, & finis. Et vnũquodq; istorum habet quid sibi propriũ. ná vltimi propriũ est nõ esse causa alicuius rei: medij vero esse causatũ à primo & causa vltimi, siue ponas illud mediũ vnũ, aut multa finita vel infinita. Hæc nãq; est dispõ medij inquantum est medium, nõ inquantũ est tale mediũ, s. finitũ aut infinitum. proprium aũt primi est ꝙ sit causa, & nõ causatũ ab aliquo oĩno inquantũ est causa, ita ꝙ esse eius vt opponi vltimo, & mediũ est veluti mixtum inter extrema. & totũ hoc ẽ de se manifestũ. H I

Quòd si ponam⁹ aliquas causas infinitas alicuius causati vltimi, ponerem⁹ media infinita. sed ipsa media, inquantum sunt media, vt diximus, siue finita siue infinita, indiget prima causa, inquantum sunt causata. aliter. n. posset dari causatũ sine cã. sed, si ponamus hmõi media esse infinita, deueniem⁹ in cõtradictionẽ: quia necessario media habẽt primã cãm. sed, si ponant⁹ infinita, tunc nõ dabit⁹ causa prima. Item impossẽ est inueniri medium sine duob⁹ extremis. Nam hmõi positio est fifis illis, quæ sibiipsis cõtradicunt, vt qui ponunt infinitũ in actu. in libro autẽ Elenchorũ iã fuit ostensum ꝙ talia dicunt⁹ non petitiones, sed ꝓplogi ad destructionem positionis. Et licet hmõi declaratio videat⁹ magis propria ipsi agẽti & mouẽti, nihilominus potest esse etiã cõis ad declarationem finis causarũ quatuor. Conuenientius tamen est declarare hoc in vnaquaq; reliquarum causarum iuxta id, quod est sibi proprium, & incipiamus à causa materiali. K L

K nulla cõtingit hallucinatio. At difficilis eſt circa idipſum intellectus, atq; fides. Cũ aũt et alioqui magnũ quippiã ſit, et ad ſingulares tractatiões neceſſariũ, et potiſſimũ maxĩas, facere cõuenit definitionẽ, tũ de natura ipſa, tũ circa ea, q̃ adhuc priora ſunt. Siqdẽ q de oĩb⁹ rõnẽ q̃ritãt, ſimul cũ rõne ſcĩam tollũt, immo verius erit dicere eos rationẽ petere eorũ, quorũ neq; ẽ, neq; fuit, quicunq; cœlũ ipſum
L æternũ exiſtimant. latiões aũt, magnitudines, figuras, diſtantiasq;, & alia, quorũ Aſtrologia demr̃onẽ facit, & ipſa, q̃ prima mouẽt, et cuius gr̃a dicere omittunt: quẽnã ita cuiuſq; natura, qs inuicẽ ſitus, q̃ ipſius vniuerſi ſubſtantia; ad alias quoq; ſingulares ſpẽs, ad cicures vſq; animãtes, plãtasq; deſcẽdẽdo. Itaq; ſiqd coadiuuat Aſtrologus, in his, q̃ prĩa ſunt in natura, ñ erit. Alia. n. maxime ꝓpria ſunt, ac priora. quippe cũ modus (vt q-
M dã putant) naturalis nõ ſit, aut ſaltẽ nõ oĩs. Atqui moueri ſimpliciter naturę, cœloq; maxime peculiare exiſtit. quare & ſubſtãtię cuiuſq; rei actio, & quod fm vnũqq̃q;, dũ in opere ẽ, atq; motu, vt in aĩalibus, & plantis. Sin vero minus, ęquiuocant. q̃uis videlicet in reuolutione cœlĩ ſit fm ſubſtantiã ſeparatũ & quietẽ agens, æquiuocum eſſet. Nam velut quædam vita eſt circunlatio vniuerſi.

Quopacto circa principia ſpeculari debeamus.

De

A *De cauſa cuius gratia in inferioribus à ſuperioribus dependentibus: vbi & nonnulle Antiquorũ opiniones adducuntur. Ca. 9.*

QVærendũ eſt igitur, ſi ſ an imalibus, aut cui cõpetit, vita non exiſtente, in cœlo quoq; atq; cœleſtibus, neq; latio, neq; determinatus quidam modus ineſſet. Præſens autẽ dubitatio ad eũ, qui ab immobili eſt, motũ modo quodam pertinet. Quod vero oĩa alicuius ſint gratia, & temere nihil, ſed perinde ac definitio, haud facile exiſtit, vt ſępe dř. Vnde.n. incipere, & in q̃ definere oportebat? Cæterũ nonnulla ſunt eorũ, q̃ ita habere nõ videnť, ſed alia quidẽ caſu, alia vero neceſſitate quadã, vt in cœleſtibus, & pleriſq; eorũ, q̃ circa terrã ſunt. Cuius.n. gratia ſunt fluxus maris, ac reflux⁹? aut cuius exporrectiones, aut exiccatiões, humectationesq;, et oĩno alius in aliud mutatiões, corruptiones, generatiões, aut q̃ in ipſa terra fiunt alterationes, et eorũ, q̃ in aliud ex alio trãſmutantur, mutatiões, & id genus alia pleraq;? In ipſis aũt animalib⁹ aliqua veluti vana exiſtũt, ceu mãme marib⁹, & fœminis emiſſio (ſiquidẽ nihil confert) et nõnullis barbæ, aut oĩno pilorum quibuſdam in locis productio. Tum ẽt cornuum magnitudines, vt ceruorũ. Nonnullis quoque læſis q̃ mobilia, q̃ in terrã directa, q̃ ante oculos poſita ge-

B

C

ſtarent. Quodq; aliqua vi fiant, aut præter naturam, quẽadmodũ ardeola coit, vitamq; viuit manſuetiorẽ. Et alia non pauca quiſpiã deprehendat iſtiuſmodi. Quod aũt maximũ eſt, maximeq; apparet, circa educatiõnes, generationesq; animaliũ ẽ. nullius .n. gratia hæc ſunt, ſed caſus, atq; per neceſſitates alias. Oportebat .n. ſi alicuius quidẽ gr̃a ſint, ſemper ſm idẽ, ſimiliq; mõ fieri. Atq; ẽt in plantis, et p̃ſertim inanimatis p̃finitã quandã (vt formis, ſpecie, ac poteſtatibus apparẽt) obtinẽt naturã. Hæc aũt cuiuſnã gratia ſint, q̃reret aliquis. Nam rõnẽ nõ habere, idipſum dubiũ eſt: idq; in alĩs prius, ac honorabilioribus non ponẽtibus. quatenus & rõ quicquam, quod fide dignum ſit, habere videť: qm̃ hęc ideas quaſdam aut inter ſe differentias à caſu, & vniuerſi latione, quæ in circulum fit accipiunt. Quòd ſi neq; hoc ꝓpter aliqd, & ad id, quod optimum eſt, definitiones quaſdam ſumere, nõ in oĩbus ſimpliciter ponere decet. Quandoquidem, quæ huiuſmodi exiſtunt, quandam continent dubitationem. Atq; ſimpliciter dicimus, quę & de vno quoque. Simpliciter quidem, quando in omnibus naturam, quod optimum eſt expetere, et in quibus fieri poteſt, ordinem largiri, atque æternitatem videmus. Pari autem modo in animalibus quoque ſimiliter.

D

E

F

Nam

G Nam vbi quod melius eſt, fieri poteſt, ibi haud quaquam prę-termittit: veluti, ꝙ ante gulam guttur ſit. Optimam nanq; temperiē in medio cordis ventriculo inueniri pręſtantius eſt: quippe cū mediū honorabiliſſimū ſit. Simili modo & quę ad mundum pertinent: ſiquidem & appetitus haud ſecus. Quin illud qdē, q̄ neq; obediunt, neq; qd̄ bonum eſt, admittunt, cur multa ſint, īmo vero multo plura, declarat. Paucum nāq; aliquid
H animatum eſt. at inanimum infinitum. Et ipſorū eſſe animatorum breue, ac melius exiſtit. In vniuerſum aūt, tū rarū, tū ī paucis bonū eſt, multū vero numero qd̄ malum exiſtit. Nūquid ſi indeterminatio ſolū, & veluti materiæ ſpēs, vt quæ ipſius naturę ſunt, eſſe dicaſ, ſtultiſſimū erit? Si etenim qui de tota diſſerunt ſubſtantia, dicant (quēadmodū Speuſippus, qd̄ p̄tioſum eſt, rarū quippiam eē facit) hoc circa medī̄ locum eſſe, illa vero
I ſumma, & vtrinq;, entia profecto pulchre erunt exiſtētia. Plato aūt, & Pythagoræi lōgo imitari interuallo volunt oīa: q̄uis quandā indeterminatæ dualitatis, & vnius, perinde quaſi oppoſitionē faciant, in qua infinitum inordinatumq;, & omnis (vt ita dicam) formę carentia per ſe exiſtit. In ſumma aūt, K vt abſq; hac vniuerſi natura ſit, fieri nequit, ſed veluti ęquā ſortiri portionē, aut aliud antecellere, aut contraria eſſe principia oportet. Quāobrē, nec Deū fatentur eſſe qui adſcribunt inde terminatū agere poſſe omnia. Quinēt, ſi aliquatenus fieri pōt neq; hoc fortaſſis p̄elegerit: qppe cū totā ſubſtantiā ex contrarīs quidē, ac in cōtrarīs exiſtētē, perire cōtīgeret. Videnť aūt et in primis cōſyderata pleraq;, et vt accidit, ſicuti q̄ circa terræ L mutationes dicta ſunt. Neq; n. qd̄ melius eſt, neq; cui⁹ grā, ſed ſi cōſeq aliqd eſt neceſſe. Multa nanq; tū in aere, tū in alīs talia cōtingūt. Ex ſenſibilibus autē cœleſtia potiſſimū ordinē habere videnť, cęteris priora loco, niſi mathematica ſint. Nā & ſi nō totū, at maior pars ī his ordinē adſeruat. niſi qs formas tales accipiat, quales Democritus indiuiduis ſupponit corpuſculis. S3 de his qdē cōſyderandū. Quòd aūt initio dictū eſt, et in ipſa na M tura, in vniuerſi ſubſtantia finitionem quandam eius, qd̄ alicuius grā exiſtit, atq; illius, qui ad melius eſt impetus, capere tentandum eſt. Nā in quibus entia ſint, & quo nā īter ſe mō ſeſe habeant, hoc eius, quæ de vniuerſo ſpeculatiōis, exordium fuit.

Metaphyſicorum Theophraſti finis.

MARCI ANTONII ZIMARÆ

Solutiones Contradictionum in dictis Aristotelis, & Auerrois,

Super Primo Metaphysicorum.

.Meta.in procemio

AGgrediamur nũc obsecro dicta Aristot. & Auer. in Metaphysicis. Ari. dicit animalia habẽtia memoriã esse prudentia. sed cũ ex libro de memoria illa animalia habent memoriã, quæ tẽpus percipiunt, quia est respectu præteriti, sequit q̃ alia ab hoĩe sentiunt tps. Sed huius oppositum habet ex. 4 phy. te. c. 131. quia tẽpus cum sit numerus motus, nullum animal percipit tps. sed nullũ aĩal nouit numerare, nisi hõ qui habet intellectũ, quia numerare soliusintellectus est, vt ibi dicitur. Nisi esset q̃ differentia est inter hominẽ & bruta, nã homo solus p se sensum tẽporis habet pp prædictam cãm: alia vero animalia ex accidenti, ꝑ quanto agnoscũt motionẽ, & passionem, quam aliquo tẽpore acceperũt, & ista est sñia Themi. in. 3. de anima in cap. 64. Forma igitur tps à solo homine, nedũ materia cognoscitur, sed habẽtia memoriã præter homine agnoscunt materiã tm̃. Amplius, vt d. Themi. in cõ. super lib. de memoria & reminiscentia lib. 1. cap. 5. Bruta hoc solũ cognoscunt se modo corruere, aut olim corruisse, sed tm̃ præteritum tẽpus à futuro non discernunt. item hõ recordari se pcipit: sed hoc brutis est negatũ.

Solutio.

1.Meta. in procemio

Secunda contradi. est eriã in procẽ. primi meta. Anst. in procẽ. primæ philosophiæ dicit q̃ vniuersalia hominibus sunt difficillima ad cognoscendũ. Sed huius oppositum legimus in primo physicæ auscultationis in te. cõ. 4. vbi ostendens ordinẽ doctrinæ, inqt ab vniuersalibus ad particularia esse procedẽdũ, quia vniuersalia sunt magis nota nobis. Alexander aũt in præsenti loco volens istam sedare contradictionem asserit q̃ nõ est idẽ primũ quod vniuersale. Prima Philosophia, cùm sit scientiarum certissima, sciẽtiarũ aũt certissimæ maxime priorũ sunt, Metaphysica est de prioribus, quæ quidem hoĩbus sunt difficillima. vniuersalia aũt, quæ in physicis asserunt esse nobis notiora, non sunt eadẽ cum primis, sed sunt cõia, vt genera. quæ quidem solutio nisi recte intelligatur obscura est, & non videtur satisfacere. quia Anst in procẽ. enumerans conditiones sapientis inter alias cõditiones asseruit istam, videlicet q̃ sapiẽtis est omnia cognoscere, vt possibile est, i. in vniuersali. vñ scribit. Horum aũt hoc quidẽ omnia scire vniuersalẽ scientiã maxime habentẽ inesse necesse est: hic enim nouit omnia aliqualiter subiecta. & postea sequitur. Ferè aũt & difficillima sunt hominibus ad cognoscendũ quæ maxime vniuersalia sunt. nam à sensibus sunt remotissima. Amplius prima philosophia est de cõibus & generibus saltem analogice dictis, quia ens & vnum sunt cõmunissima omnibus per analogiam. & sic contradictio adhuc perseuerat in suo robore. Nisi esset q̃ duplex est vniuersale, vt innuit etiam Auerro. in cõ. magno primo posterio. cõ. 11. quoddam. n. est vnum numero secũdũ essentiam, sed est vniuersale causalitate, sicut est primũ efficiens & prima materia. quoddã vero est cõe pluribus per prædicationem, vt sunt genera & species. Tunc igitur dictum Aristot. asserentis vniuersalia esse hominibus difficillima ad cognoscendum, quia à sensili sunt remotissima, habet locũ de vniuersalibus secundũ causalitatẽ, & talia sunt prima seu principia omnium. idem enim dicitur primũ, quod principiũ ex. 5. primæ philosophiæ. & hoc voluit dicere. Alex. quod refert dicere aliquid esse primum & vniuersale, s. vniuersale per prædicationẽ, de quo loquebatur in Physicis. sed primum & vniuersale causalitate nõ distinguuntur. & sic intelligitur solutio Alexan. Quod autem asserebatur etiam primã Philosophiam consyderare de cõmunissimis per prędicanonem, sicut est ens & vnũ: Respondetur q̃ hoc verissimum est, tamen talia licet in prima cognitione incõplexa sint notissima: nam secundũ Auic. ens & res prima impressione imprimuntur in aĩa: quantum ad scientificam cognitionẽ naturaliũ proprietatum, quæ per demonstrationẽ acquiritur, cognitio eorum est difficillima. & sic patet solutio.

Alex. solo

Solo propria, & Alex. verborũ interpretatio.

Tertia contradi. est in cõ. primo. Inquit Auer. q̃ materia non vere generatur, neque corrumpitur. Huius aũt oppositum meminimus nos legisse super primo physi. cõ. 60. Solũtur. materia vere generat & vere corrumpitur subiectiue: motus enim est in moto & non in motore. & quia subiectũ generationis & corruptionis est materia, propter

1.Met.c.1.

Solutio.

rea dicimus nos ipſam vere generari, & vere corrumpi, quia ſ. ſubiectum eſt. Materia non vere generatur, neq; vere corrumpit, tãquam generationis, aut corruptionis terminus. Primo modo loquitur 1. Phyſic. cõ. 60. ſicut ipſe ſeipſum ibi declarat. Secundo modo loquitur hic: & etiam loquutus eſt Philoſophus 1. Phy. te. cõ. 82. Dicãt alij quidquid velint, diſtinctio vera eſt in ſe, nec alit dicta Auer. adinuicé cõciliari poſſunt.

1. Meta. com. 9. Solutio.

Quarta contradi. eſt in cõmen 9. primi huius. Dicit Auer. q; forma hois nõ eſt homo. Huius oppoſitũ patet per ipſum. 7. Meta. 34. & 21. Dico, q; ſolutio patet ex cõ. 21. ſeptimi Meta. quia ibi dr, q; hõ põt dupli ſumi, vno modo pro ſui quiditate. & cùm ſua quiditas ſit ſua forma: nam materia, nec eſt proprie quiditas, nec quiditatis eſt pars: ſic forma hominis homo dici põt. Si aũt homo ſumatur pro eſſentia hominis, quæ quia compoſita eſt ex materia, & forma, ſic hois forma non eſt homo: quia forma eſt altera pars eſſentiæ hois, & altera eſt materia. etenim materia, & forma ſunt partes eſſentiales compoſiti, ſicut patet. 1. Phyſi. cõ. 5. & 7. Meta. 37. & ideo refert dicere in via Auer. aliquid eſſe de eſſentia alicuius, & aliquid eſſe de quiditate illius. ſicut ſupra declaraui in. 3. de aia, ſuper cõ. 1. quiditas eſt quid magis abſtractũ, q; eſſentia. Conſimiliter materia bene dr eſſentia quædam aut natura: quiditas tñ proprie loquendo dici nõ debet, ſed ſi quandoq; dr, ſumitur pro eſſentia, & ideo aliquid põt eſſe de eſſentia, quod tñ non erit de quiditate illius: ſed ſolum vehiculũ quiditatis. & tale eſt materia frũ ipſum. Et per iſtam diſtinctionẽ ſoluunt oia argumenta Subtilis Doctoris in. 7. Meta. & in. 3. Senten. diſtinctione. 22. quæſtione vnica, ſi bene aduertis. Et etiã per iſtã diſtinctionẽ ſoluit cõ tradictio: quia forma hois eſt homo vno modo, & forma hois non eſt homo alio mõ. Vide cõ. 21. ſeptimi Meta. & intelliges totũ, qd dixim⁹ eſſe de intẽtione Auerrois.

Differt aliquid eſſe de eſſentia, & de quiditate alicuius.

1. Meta. com. 12.

Quinta contradi. eſt in com. 12. Videt ponere formas mixtorum diſtinctas eſſe a formis elementorum, & per cõſequens ponit pluralitatem formarum. Huius tamen oppoſitum patet. 1. cap de ſubſtãtia orbis. Solutionem, quære ibidem, nam ſuper illo loco diffuſe dixi.

Solutio.

1. Meta. com. 15.

Sexta contradi eſt in cõ. 15. Ratitas, & denſitas frũ Auerr. ſunt de prædicamento ſitus. Huius tñ oppoſitũ dr. 7. Phyſi. cõ. 15. vbi dr, q; ſunt qualitates: &. 4. Phy. cõ. 84. vbi dr, q; ſunt quantitates. Soluitur ſupra, 4. Phy. 84. dixi de hoc. & etiã. 7. phyſi. 15. non oportet igitur tertio repetere. non te pigeat reuoluere chartas.

Solutio.

1. Meta. com. 15.

Septima contradi. eſt in eodem cõ. 15. Dicitur, q; impoſſibile eſt, vt idẽ recipiat paſsionẽ, & tranſmutet de contrario in cõtrariũ. Huius tñ inſtantia patet. 1. phy. 63. de materia prima, &. 1. de ſubſtantia orbis, & in quãpluribus alijs locis. Soluit. Intelligitur igitur dictum eius de ente in actu, non de ente in pura potentia, ſicut eſt prima materia. Nã ſi ens in actu, inquantũ in actu, idem manens mutaretur de contrario in contrarium, tunc ſimul, & ſemel eſſet in actu, & in potentia reſpectu eiuſdẽ: quod nõn capit intellectus Philoſophorum.

Solutio.

Octaua contradi. eſt in com. 17. Dicit Auerr. ex ſnia Alexandri genus à materia differre. Huius tñ oppoſitum videtur. 10. meta. tex. cõ. 24. Soluitur. Genus non eſt vera materia, vt dicit Cõmen. hic. quia materia talis non eſt actus aliquis, nec actum habens, neq; vniuerſalem, neq; particularem, ſed eſt pura potentia. Et ideo caueant ponentes formam corporis ſubſtantiæ materię primę cęternã eſſe. tunc. n. materia eſſet corpus aliquã formã vlem habens, & ita nulla eſſet dria, quam ponit Auer. hic, inter genus, & materiã. Genus. n. non dicit puram potentiã, ſicut prima materia, & p hoc à materia differt. nec dicit vltimum actum non contrahibilẽ p alium actũ quiditatiuũ, ſicut dria ſpecifica dicit, ſed dicit quandã formam generalẽ, quę mediat inter purã potentia, & actum completum, qualis eſt vltima dria, & ideo genus poteſt prædicari, non aũt materia. quia prædicatũ, vt dicunt Logici, habet modũ formę. & quia genus aliquã formã dicit, non autem materia, inde eſt, q; illud põdicatũ eſſe põt, illa vero minime. Tñ licet genus vera materia non ſit, tñ eſt materię proportionale, ſicut dicit Porphyrius cap. de Differentia. nam, quemadmodũ ex materia, & forma fit vnũ per ſe cõpoſitũ, ſic ex genere, et dria fit per ſe vna ſpecies. &, quia ſicut materia in phyſica cõpoſitione contrahit, qualificatur, & perficit per formas, & ſubſternitur formę tãquam ſubiectũ, ſic genus perficit, contrahit, & actuat per drias, & ſubſternit eis, ſicut perfectibile ad perficiens, & ſicut ſubiectũ ad formam. & inde fuit, q; mod⁹ prędicandi generis fuit in quid, & modus prædicandi driæ, fuit in quale. quia genus prædicatur per modum per ſe ſtantis: differentia

ferentia autem per modum informantis, & alteri adiacentis, & per modum qualificantis prædicatur. & ideo genus in quid, & differentia prędicatur in quale. Solutio ergo contradictionis ſtat in hoc puncto. genus non eſt vera materia. genus tamen eſt materiæ ſimile.

Nona contradi. eſt in com. 28. Vniuerſale intellectũ, inquit Commẽta. eſt prius ſm cauſam eo, quod eſt ſub eo. Huius tamen oppoſitum patet 1. de anima. com. 8.

1. Meta. com. 28.

Solutio. Soluitur. iſtud dictum procedit de vniuerſali Platonico, quod erat per ſe exiſtens ſeparatum à ſingularibus: ſed dictum primi de anima. com. 8. locum habet de vniuerſali Ariſtotelico, ſicut patet etiam 12 met. cõ. 4. vbi dicitur, q̃ vniuerſalia apud Ariſto. ſunt collecta ex ſingularibus ab intellectu, qui accipit inter ea ſimilitudinem, & facit ea intentionem vnam.

2. Meta. com. 39.

Decima contradi. eſt in cõ. 39. Dicitur, q̃ nihil mediat inter materiale, & abſtractum. Oppoſitum patet. 2. phy. tex. cõ. 26.

Solutio. de forma hominis vltima. Soluitur. authoritas eius ſic intelligito. nulla natura eſt in re extra, quæ non ſit, aut a materia ſeparata, aut in materia immerſa. De forma autem hominis vltima non dicimus ipſam mediã eſſe per abnegationẽ vtriuſque extremi, ſed dicitur media, ſm ſimilitudinem, & ſm comparationem. nam pro quã ro in aliquo conuenit cũ formis materialibus, materialis eſſe videtur: pro quanto ratio conuenit cum abſtractis, aliquo modo abſtracta eſt. & ideo forte dixit Themiſtius ſcientiam de anima Mathematicam eſſe, ſcientiam & mediam. ſicut etiam nos ſuperiori anno. 1506. declarauimus pulchre, dum librum de Anima interpretaremur.

2. Meta. com. 50.

Decima contradi. eſt in cõ. 50. Scribitur Antiquos quatuor cauſas cognouiſſe. Huius oppoſitum patet 2. phy. cõ. 9. vbi dicitur eos ignoraſſe formam.

Solutio. Soluitur. hoc habet locum de Antiquis, qui fuerunt Ariſto. tempore. & ita gloſat Commen. hic propoſitionem iſtam. Sed. 2. phy. cõ. 9. loquitur de aliis Antiquis, qui longe ante tempora Ariſto. de cauſis rerum diſputabant: illi enim ſolum materiam cognouerunt. Philoſophia enim balbutiendo incœpit: ſicut dicitur in hoc primo. Et ideo diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas: ſicut inquit diuus Hieronymus.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Auerrois,

Super Secundo Metaphyſicorum.

PRima contradi. eſt in com. 1. Auer. facit iſtam conſequentiam, q̃, ſi intellectus noſter non intelligeret abſtractas ſubſtantias, tunc aliquid natura feciſſet fruſtra. quia feciſſet illud, qđ eſt in ſe naturaliter intelligibile, non intellm ab alio. Sed oppoſitũ huius ſequitur ex dictis ejus. 7. meta. cõ. 55. vbi dicit hęc verba. eſſentię rerũ intelligibiliũ ſunt exiſtẽtes, licet non intelligant. Confirmatur authoritate eiuſdẽ ibidẽ cõ. 46. ſubſtantiæ ſenſibiles ſunt ſubię, licet nõ definiant: nõ. n. diuerſant in ſuis ſubſtãtijs, qñ definiunt, & qñ non definiunt. ſicut eſt diſpoſitio in viſibilibus, qñ ipſa nõ ſunt minus viſibilia, qñ videntur, q̃ qñ non videntur. Et confirmatur. nã Philoſophus. 2. de anima. te. cõ. 142 reprehendit Antiquos opinantes ſenſibile & ſenſum eſſe relatiua ſimpliciter: quia tunc nullus eſſet actu color ſine viſu. ſed idem eſt iudiciũ de ſenſibili reſpectu ſenſus, & de intelligibili reſpectu intellꝰ. 3. de aia. te. cõ. 3. ſicut ergo ſenſibile nõ hẽt eſſe p ſenſum, ſic nec intelligibile p intellm. Et confirmat. quia intelligibile intellm natura p̃cedit: prius aũt inquantũ prius non depẽdet in eſſe à poſteriori. Præterea, rõ Auer. vt dicit Sanctus doctor hic, & doctor Subtilis in. 2. meta. q̃one. 3. videt peccare per fallaciã conſequentis. quia arguit ſic. ſi ſubſtantiæ abſtractæ nõ ſunt intelligibiles ab intellꝰ noſtro, ergo a nullo, ac ſi ſic argueret, nullus hõ currit, ergo nullũ aial currit. Præterea peccat ſecũdo in hoc, qđ ipſe dicit, q̃ eſſent fruſtra. S; hoc nõ ꝓcedit. q. a fruſtra vt dr. 2. phy. eſt qñ aliquid eſt reſpectu alicuius finis, quẽ nõ includit. manifeſtũ eſt aũt, q̃ finis intelligentiarũ nõ eſt, vt à noſtro intellꝰ intelligant. quare nullupliciter peccat rõ Auer. ſicut vides. Soluit. Multi modernorũ laborauerunt in deducendo conſequentiã iſtã Auer. vt talia ſcõuenientia eius tarẽt, &, q. a dicta eorũ vana ſunt, ideo pono modũ, ſm quem Cõmen. in via ſua hẽt defendi. Dico ſm ipſum in. 3. de anima in infinitis locis, q̃ intellꝰ noſter, cũ ſit virtꝰ ſeparata à materia, eſt totiẽs. & iſta fuit prima rõ Philoſophi ad ꝓbandũ im-

2. Meta. com. 1.

Solutio. Digreſſio ꝓ defenſione Auerro. ſm ſua fundamẽta.

materialitatē eius. nā materia eſt ſicut opacitas quædam obtenebrans lucem. & ideo quanto virtus aliqua fuerit magis immerſa materiæ, tanto magis eſt à cognitione deficiens: & p conſequens quanto magis ad immaterialitatē accedit, tanto magis ad cognitionē tendit. & ideo non inconuenienter dictum eſt quamlibet intelligentiā eſſe plenā formis, pro quanto quælibet intelligentia, cum ſit à materia ſeparata, eſt omniū cognitiua. quod quō contingat non eſt præſentis negocij. Auer. igitur ſermo, ſicut mihi videtur, innititur huic fundamento. Nam ſi ſubſtantiarū abſtractarum cognitio noſtro intellectui repugnaret, aut hoc eſſet inquātum materialis, aut inquantum humanus, aut inquantū abſtractus & inquantū intellectus eſt. Non inquantū materialis eſt. qa demonſtratum eſt in .3. de anima ſecundū ipſum, q̄ intellect⁹ eſt virtus abſtracta à materia. Nec inquantū humanus. quia vt human⁹ poteſt intelligere res materiales, quæ ſunt potentia intellectæ: ergo multo magis poterit intelligere abſtracta, quæ ſunt actu intellecta. licet non ita faciliter. nam ſicut dicit Cōmen. commē. 36. ſuper .3. de anima, vbi examinat dictū Themiſtij, ſi poſuerim⁹ q̄ intellectus materialis non eſt admixtus materiæ, tūc ille ſermo erit verus, ſ. q̄ illud, quod eſt magis viſibile, magis cōprehendit. qm̄ quod cōprehendit minus perfectum ex eis cōprehendentibus, quæ non ſunt admixta materiæ, neceſſe eſt vt comprehendat p̄fectius, & non econtra. Et cōfirmat. quia aliter deſyderiū naturale eſſet ad impoſſibile. nā, ſi intellectui humano, inquantū humanus eſt, repugnet abſtractorum cognitio, cū homo naturaliter ad talem cognitionē inclinetur, teſte Philoſopho in proœ. meta. ſequitur ergo tale deſyderiū ad impoſſibile ferri. Nec valet, ſi dicatur talem cognitionē eſſe poſſibilem pro alio ſtatu, quia licet ita ſit ex parte rei, tñ apud Ariſt. nō inuenitur aliquis locus, in quo ponat alium ſtatū. immo oppoſitū poteſt colligi ex dictis eius in .j. & .x. ethic. vbi ponit q̄ felicitas mortuis cōtingere nō p̄ot. Relinquit igit̄, ſi intellectui noſtro talis intellectio repugnaret, q̄ hoc eſſet inquātū abſtractus, & inquantū intellectus eſt. ſed quod repugnat intellectui inq̄tum intellectus eſt, illud repugnat cuilibet intellectui: ſequitur ergo q̄, ſi ſubſtantiæ abſtractæ à noſtro intellectu non eſſent intelligibiles, q̄ à nullo intellectu eſſent intelligibiles. nam in his, quæ ſunt eiuſdem naturæ, aut vniuocæ, aut analogicæ, quidquid per ſe repugnat alicui ratione naturæ, repugnat omnibus exiſtentibus ſub illa natura: ſicut per oppoſitum, ſi quid p ſe cōpetit alicui ratione naturæ per ſe, cōpetit oībus illius naturæ. 2. cœli. 59. & iſta ratio Cōment. eſt à ſigno, non à cauſa, ſi bene aduertis. Et ex hoc etiam ſequitur per locū à ſigno, q̄ tunc natura feciſſet aliquid ocioſum. nā cum eſſe ſubſtantiarū ſeparatarū ſit vita intellectualis. 12. meta. 39. ſi à ſe non intelligerētur, ſfruſtra eſſent. quia fruſtra eſt eſſentia, quæ caret propria operatione. modo ſubſtantia intellectualis non habet aliquā operationem inſequentem formam materialē inquantū materialis eſt, vt calefacere inſequitur calorem: nec operatiōes animæ vegetatiuæ, aut ſenſitiuæ, nec etiam intellectiuæ, vt diximus in deducendo. Forte dices q̄ adhuc haberēt operationem, quæ eſt ſecundū locum mouere. Sed contra. motio p̄ſupponit in intelligentijs ipſum intelligere, & velle. 12. meta. cō. 36. ſi igitur ipſo intelligere carerent, carerent & mouere ipſo, & ita eſſent fruſtra. quia cū ſint naturaliter intelligibiles, et à nullo ſint intellectæ, carerent ergo ſua naturali operatione: ergo ocioſæ eſſent in natura, ſicut diximus. & omnia iſta ſequuntur à ſigno, non à cauſa. & ſicut vides, tollūtur omnia argumenta Latinorū contra Auer. Ad contradictionis aūt formam ſoluentes dicimus rerum eſſentias poſſe exiſtere, eſto q̄ non intelligantur, loquendo de eſſentijs rerum, in quibus ſuum eſſe non eſt ſuū intelligere. ſed tale intelligere eſt ſibi aduenticiū & extraneū: ſicut accidit lapidi q̄ ſit intellectus. & habeat eſſe cognitum. ſed in eſſentijs rerum, quarum eſſe eſt ſuum intelligere, in talibus fallit propoſitio Auer. ſicut eſt in propoſito de abſtractis ſubſtātijs. ſi. n. tales non eſſent actu intelligentes, & intellectæ tales non eſſent. quia ſuum eſſe eſt ſuū intelligere, & econtra ſecundum Philoſophos. modo autem iſtud ſequitur ex hypotheſi data, vt deduximus per locū à ſigno, non autem à cauſa.

Secunda contradi. eſt in cō. 11. Auer. videtur ponere diſſoluionem fieri à priori ad poſterius. Oppoſitū autē videtur dicere ipſemet in cō. 23. ſeptimi meta. Magna fuit quæſtio de hac materia apud Pluſquam cōmen. ſuper primo Techni, & Conciliatoré in differenua. 8. & omnes ſequaces, an reſolutiua via fieret ab effectu ad cauſam, an e contra. & Pluſquam cōmen. voluit q̄ fieret à cauſa ſuper effectum: Conciliator autem voluit, & omnes Moderni q̄ fieret oppoſito modo. 2. Meta. c. 6. 11

Soluti.

modo. Nos autem in hac materia mediando dicimus compoſitionem, & reſolutionẽ dupliciter fieri poſſe, vno modo ſecundũ rationem, & alio modo ſecundũ naturam. & tunc dicimus q̃ reſolutio, quæ fit ſecundũ rationem, procedit à cauſa ſuper effectum. Vnde Themiſt. 1. Poſte. analyticor̃ cap. 26. inquit reſoluere appello, vera concluſione poſita, cauſas, ex quibus confecta eſt cõcluſio, exquirere. Et illud maximo argumento eſt. nam liber Poſtenorum, reſolutorius apparet, eò quia de poſteriori reſolutione agit in eo, quæ eſt penes materiam neceſſariam: talis aũt reſolutio eſt circa demõſtrationẽ, quæ eſt ibi ſubiectum. demonſtratio autẽ, de qua agitur ibi principaliter, eſt demõſtratio ſimpliciter, qnæ à cauſa ſuper effectum procedit, quia per illam acquirit̃ ſcire ſimpliciter definitum in illo libro: non autem per demonſtrationem quia, quia illa nõ facit ſcire ſimpliciter, ſed ſecundũ quid. nam ſcire ſimpliciter eſt rem per cauſam cognoſcere, & q̃n illius eſt cauſa, & q̃ impoſſe eſt aliter ſe habere. Quia igitur reſolutio illa, q̃ ſecundum rõnis diſcurſum, penes cauſas attenditur ſupra effectus, ſequitur ergo Pluſquam cõmen. rectius ſentire in hoc q̃ Moderni. Scire. n. reſolutorie aliquẽ effectum, & intelligere eſt. cum cognouerim⁹ cauſas eius ſimplices, & principia prima vſq; ad elemẽta, vt dicitur. 1. phy. tex. cõ. primi. Et hoc etiam Auerro. confirmat in præſenti loco, q̃n dixit q̃, ſi poſtremum nõ fuerit, & prius ſit, non põt fieri ſua definitio, quę per diſſolutionẽ habetur. Et confirmatur. nã clarum eſt q̃ in Mathematicis ſcientijs eſt maxima certitudo per reſolutionem. patet autem q̃ ibi non fit demonſtratio quia, & per conſequens reſolutio ſecundũ rationẽ non fit ab effectu ad cauſam, ſed potius econtra. & iſtud apud me non eſt dubium, dicant alij quidquid velint. Alia eſt reſolutio, quæ fit ſecundum naturã: & talis fit ab effectu ad cauſam. natura. n. reſoluit mixta i quatuor elementa, & elementa in materiam & formam. de iſta reſolutione loquitur Comẽ. 7. meta. cõ. 23. quia ibi loquitur de diſſolutione, quę fit attendendo penes illud, quod eſt à natura, non aũt à ratione. Et iſtius ét ſentẽtiæ eſt beat⁹ Doctor in. 3. meta. in expõne ſecti textus, ſicut videre poteſ ibi euidenter.

1. Meta. cõ. 16. Tertia contradict. eſt in cõ. 16. Dicitur q̃ Mathematicæ demonſtrationes ſunt in primo ordine certitudinis, & Naturales ſequũtur eas in hoc. Huius oppoſitũ dicitur. 1. de Aia. tex. cõ primi, vbi dicitur q̃ ſcientia de anima excedit oẽs alias ſcientias nobilitate ſubiecti, & certitudine demonſtrationis præter Diuinam. Soluitur. multæ ſunt, & variæ expoſitiones illius loci. ſicut noſti. ſed illud, quod nobis videtur eſſe dicendum ꝓ nũc, eſt illud, quod notat hic Cõmen. in cõ. iſto. Dicit. n. q̃ in eadem ſcientia, ſi diuerſatur certitudo ſecundũ magis & minus, multo magis diuerſatur in diuerſis ſcientijs ſecundum genus. Pro quo debes ſcire, vt ſcribit Cõmen. 1. cœli cõ. 22. Qñ autem qñ differẽtes ſunt demonſtrationes, quarum alteri attestatur ſenſus, & alteri non, aut quia non eſt innata ſentiri, aut quia non eſt poſſibilis vt ſentiatur, fides primæ demonſtrationis erit magis perfecta. Vnde ex hoc colligo q̃ demonſtrationes Naturales, quibus plures ſenſus atteſtantur, ſunt maioris certitudinis q̃ demõſtrationes, quibus pauciores ſenſus atteſtantur. Et, ſi certitudo Mathematicarũ ſcientiarum compararetur certitudini demonſtrationum Naturalium penes hoc, dico q̃ cæteris paribus ſemper demonſtrationes Naturales eſſent certiores demonſtrationibus Mathematicis. quia naturales cauſæ ſunt magis ſenſatæ, q̃ cauſæ mathematicæ: Naturalis. n. verſatur circa ſenſibilia propria, & Mathematicus circa ſenſibilia communia. Si vero certitudo demonſtrationis attendatur penes abſtractionem & ſimplicitatem ſubiecti, ſic Mathematicæ excedũt Naturales ſcientias. quia vt dicitur. 3. de anima, &. 3. cœli. &. 2. phyſi. naturalia ſe habent per additionem ad Mathematica. vnde ſic Arithmetica certior eſt Geometria, quia eſt de paucioribus, vt dicitur. 1. poſter. cap. illo. Certior autem eſt ſcientia altera altera. Iſta autem propoſitio ſic intellecta habet veritatem vt in pluribus: fallit aũt quantum ad librum de aĩa, præcipue quò ad tertium librũ, in quo agitur de intellectu, qui eſt ens magis abſtractum q̃ quodlibet mathematicum. Qſiq; aũt certitudo attenditur penes iudicium potentiæ apprehendentis talem certitudinem, & penes hoc, q̃ ſcientia oſtendit illud, à quo eſt fons, & origo cogitationis oĩs, & principiorũ oĩum in alijs ſcientijs, & in qualibẽt ſcientia. Et ſic ſcientia de aĩa cũ tractet de intellectu agente, & poſſibili, qui diſtinguit, & iudicat quamlibet veritatẽ in qualibet ſcientia, certiſſima eſt omnium ſcientiarum præter Diuinã. & iſta fuit mens Themiſtij ibi, & Auer. in cõ. 2. primi de aĩa ad caſum cõ. ſi bene aduertis Sed dices replicando q̃, ſi iſto modo ſcientia de Anima eſſet certior alijs ſcięntijs nobilitate ſubiecti, Inſtantia.

& certitudine demſonis, à pari & Diuina ſcientia ſaltem quantũ ad ſecundũ eſſet certior. Soluo. ſcientia de Anima non eſt nobilior, neq; certior Diuina quantũ eſt merito ſubiecti. Nã illa Diuina dr, eò quia circa Deum verſatur, & abſtractas ſubſtantias, quæ nobiliores ſunt anima intellectiua, teſte Auerroi in. 3. de anima. cõmẽ. 19. Neq; etiã rõne certitudinis oſtenſæ poteſt eſſe certior ſcientia de Anima. quia licet ſcientia de Anima oſtendat eſſe intellectũ agentis, à quo eſt certitudo principiorum ſcientiarũ oĩum, tñ Diuina etiam conſyderat de Deo, qui eſt altior cauſa veritatis, & certitudinis, q̃ ſit intellꝰ agens. nam, vt dicit Cõmen. in. 2. meta. cõ. 4. oĩa entia ac quitunt eſſe, & veritatẽ à prima cauſa. & ideo bene dixit Cõ. cõ. 1. q̃ ſcientia de Anima in nobilitate ſubiecti excedit oẽs alias ſcias, & etiã in certitudine demſonis p̃ter Diuinã. Attẽdit ẽt certitudo demſonis ex eo, quia pauciores dubitationes contingũt in eis, & minor eſt difficultas reſoluẽdi, q̃ in alijs. Et penes maiorẽ euidentiã illuminationis eſſe ſuper effectum. & ſic loquit Cõ. hic, dum dicit, q̃ demſones Mathematicæ ſunt in primo ordine certitudinis, & Naturales ſequũtur eas in hoc, & poſt Naturales ſunt Diuinæ. & hoc quò ad certitudinẽ demſonis quò ad nos, quę attenditur penes maiorem euidentiam cauſę ſuper effectum: licet, ſi loquamur de certitudine quò ad nos, quæ eſt penes obiectum magis nobis notũ, vt ſic Naturales ſunt in primo ordine, & Mathematicæ in ſecundo. cum illæ ſint de ſenſibili proprio, hæ aũt de ſenſibili cõi. Diuinæ aũt etiam vt ſic ſunt in tertio ordine. ſed de ordine naturæ Diuinę demſones ſunt in primo ordine. Nãles in ſecundo, cùm ſint de ſubſtantia. Mathematicę in. 3. cum ſint de accidentibus. ſubſtãtia aũt natura prior eſt accidente. 7. meta. te. cõ. 4. Nolo tñ abſolute cõcedere quodlibet conſyderatũ in Naturali philoſophia eſſe prius natura quolibet conſyderato in Mathematica. quia hoc falſum eſt, ſed quò ad hoc, q̃ demſones Mathematicæ ſunt de accidẽtibus præter Aſtralogiã, ſicut patet in. 12. meta. 44. &, quia accidens poſterius natura eſt ſubſtantia, ſic quò ad hoc ſunt ſ tertio ordine, quò ad naturam. ſed ſunt ſ primo ordine, quo ad nos, penes euidẽtiã illuminationis eſſe ſuper effectum. Et ad hunc ſenſum. 1. Poſt. multũ Philoſophus laudauit Mathematicas demſones, & etiam in præſenti tex. qũ dicit, q̃ certitudo ſermonis mathematica non eſt exꝑetenda in omni re. nam ſermones fiunt, ſm exigẽtiã materiæ ſubiectæ. cogita bene & põdera, qa pauci, vel nulli potuerũt hoc intelligere, ſicut paſſim videre poteris.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Auerrois,

Super Tertio Metaphyſicorum.

Contradictio eſt in cõ. 1. Inq̃t Auer. q̃ conſuetudo Ariſtot. fuit inducere ſermones diſputatiuos in qõnibus difficilibus. Huius tñ oppoſitũ videtur dicere. 1. cœli. cõ. 2. &. 1. de anima, com. 65. Solutio huius patet ex cõ. 85. primi de cœlo vide ibi, & conſydera. 3. meta com. 2. Solutio

Secunda contradi. eſt in cõ. 16. Dicit Cõmenta. q̃ nomina denominatiua ſignificant vnũ compoſitũ. Huius tñ oppoſitum patet. 5. meta. cõ. 14. vbi vult, q̃ nomina denominatiua ſignificant primo formam, &. 7. meta. cõ. 18. & in prædicamentis cap. de ſubſtantia, vbi dr, q̃ album non eſt in genere propter ſuum duplex ſignificare. & 7. meta. cõ. allegato dicit q̃, qñ accidentia per accidens ſumpta fuerint in ſuis ſubiectis eſſentialibus, tunc habebunt nomina ſignificantia vtrumque: De hoc vide, quæ ſcripſi ſuper cõ. 8. ſecundi de anima. tamẽ diffuſius dicam infra. 5. met. ſuper cõ. 14. quia ibi eſt locus proprius. 3. meta com. 16

SOLVTIONES contradictionum in dictis Auerrois,

Super Quarto Metaphyſicorum.

Prima contradi. eſt in cõ. 1. Dicit Comẽ. q̃ ſcientia de natura eſt de ente mobili. Huiꝰ tamen oppoſitum videtur dicere 12. meta. cõ. 5. vbi dicit, q̃ eſt de corpore mobili. & in proœ. ſuo ſuper. 1. phy. dicit res ſenſibiles eſſe ſubiecta ſcientiæ Naturalis. Soluitur. non eſt cura Philoſophi de nominibus, vt ipſemet dicit ſuper com. 1. primi phy. idem intelligit apud me Commenta. per corpus mobile, & per corpus naturale, per res ſenſibiles, per 4. meta com. 1. Soluda

per ens mobile,& per ſubſtantiam mobilem. nec inuenio aliquã diſcordiam inter Antiquos de ſubiecto philoſophiæ, ſed Latini fuerunt authores illius difficultatis. Illud igitur, quod ego dico in hac materia, eſt iſtud, quod Cõmenta. idem intellexit per iſta nomina,& ideo in hoc non eſt inſiſtẽdum. De ratione aũt formali ſubiecti Naturalis Philoſophiæ, licet Cõmen. dicat quandoq; mobilitatem eſſe, qſq; ſenſibilitatem, tñ iſta, ſi adinuicem comparẽtur, indubitanter credo naturalitatem eſſe rationem formalem ſubiectiuam, & quiditatiuã totius naturalis habitus. Ratio, quæ me mouet, eſt iſta. quia mobilitas,& ſenſibilitas habent reduci ad illam. natura. n. eſt principium motus. Amplius, mobilitas eſt propria paſſio. & nulla talis poteſt eſſe prima ratio ſubiecti ſcientiæ: quia quælibet talis eſt demonſtrabilis, aut demſone ſimplr, aut ſaltẽ demſone cauſę tantũ. ſtat enim aliquã paſſionem eſſe per ſe notam, quò ad ſimplicẽ inhærẽtiam ad ſubiectũ, quæ tñ non ſit euidens euidentia cauſæ. & ſic eſt in propoſito. quia licet monim eſſe ſit de principijs cognitionis ſcientiæ Naturalis, & non poſſit demonſtrari demſone quia, aut demſone dante cauſam, & eſſe, nihil tñ prohibet poſſe demſtrari demſone cauſę tantũ. Amplius, illa eſt prima ratio formalis ſubiecti adæquati naturalis habitus, qua primo ponta aliquid ſeponũ ſub tali habitu, & qua primo remota aliquid remouetur à tali habitu. huiuſmodi eſt naturalitas, nã oia habentia principiũ motº, & quietis ſiunt phyſicæ conſyderationis, & oia carentia huiuſmodi principio nõ ſunt amplius phyſicæ conſiderationis, ſicut patet. 2. phy. tex. cõ. 71. Et cõfirmatur per Philoſophũ, & Commen. ibidẽ tex. cõ. 73. vbi probans primum motorẽ non eſſe naturalis conſyderationis: quia in eo non eſt principium motus: tale aũt natura eſt. Cõfirmatur per Auer. in. 2. primæ philoſophiæ, tex. cõ. 16. vbi Philoſophus dicit. Quamobrem primo perſcrutandũ nobis eſt de natura quid ſit. Sic. n. & de quo eſt Naturalis ſcientia, manifeſtum erit. & Cõmenta. in commen. ſuper iſtis verbis inquit, quando homo ſcruetur naturam quid ſit, declarabuntur ei naturalia à non naturalibus. quid clarius dici potuit? Sed fuit dubitatum ſimiliter per magnificentiam tuam propter quid eſt, qº, cũ Ariſto. dicat. 1. Poſterio. qº ſubiectum in ſcientia ſit per ſe notum in tantũ, qº Auer. 1. phy. cõ. vltimo. & 2. phyſico. 22. & 26. & 2. de anima. 27. & in pleriſque locis alijs tenet ſubiectum non poſſe in ſcientia demonſtrari, nec à priori, nec à poſteriori, & tamen nos videmus temporibus noſtris, ſemper in principijs librorum primam quæſtionem heri de ipſo ſubiecto. Nec valet, ſi dicas, qº illud intelligitur quò ad naturam, non quò ad nos. nam, ſi ſubiectum non deberet eſſe notum quò ad nos, ſaltem demonſtrabile eſſet demonſtratione quia. & tunc licet à Latinis teneatur, apud Auerrois, tamen vbique hoc negatum eſt.

Digreſſio ꝺ ratione formali ſubiecti adæquati Naturalis philoſophiæ.

Dubitatio.

Dico, quòd dubitatio pulchra eſt, & ſubtilis. ſed illud, quod pro nunc occurrit mihi, eſt hoc, quòd refert aliquid eſſe notum in ſe, & refert illud notum eſſe in ordine ad aliquid prædicatum attributũ ſibi ab intellectu. vnde dico, qº aliquid primo modo poteſt eſſe p ſe notũ, & tamen ſecundo modo ſtat iſtud dubium eſſe & ſatis ignotum. ens eſſe notum eſt: nec intellectus circa conceptum entis in ſe errare poteſt, cùm non habeat aliquid, per quod ignorari queat, quia conceptus eius eſt ſimpliciter ſimplex, & talis, aut totaliter ſcitur, aut totaliter ignoratur, vt dicitur. 9. meta. tex. cõ. 22. tñ vtrũ ens ſit vnius eorum Deo, & creaturæ, ſiſt verum ens dicat cõceptum per ſe tertiũ à ſuis inferioribus, dubium eſt ſatis, & ignotũ, & ideo licet Diuina ſcientia ſit de tranſcendentibus, & communiſſimis, quæ valde notiſſima ſunt in ſe, poſſunt tñ de iſtis formari propoſitiones difficillimæ, propter quas ſcientia illa erit ignota ſatis, & ſatis difficilis. facilitas. n. propoſitionis non oritur ex notitia ſubiecti tantũ, ſed ex inhærẽtia prædicati ad ſubiectũ. Vnde, qñ talis inhærentia nota eſt, tunc tota propoſitio nota eſt. Vnde Philoſophus quærit tn. 12. & 7. meta. vtrũ ens, & vnũ habeat aliquã intentionem vlem actu extra decem prædicamẽta. & iſta quæſtio patet, qº difficillima eſt. Ita in propoſito dicimus nos, quantũcũq; ponatur ſubiectum primæ philoſophiæ Naturalis ſiue ens mobile, ſiue corpus mobile, ſiue ſubſtantia ſenſibilis, vel aliquod huiuſmodi, dico quodlibet iſtorum notum eſſe in ſe, & nullum vt ſic demonſtrari poteſt aliquo genere demõſtrationis in ſcientia Naturali, ſed quærere poſtea vtrũ corpus mobile ſit ſubiectum in ſcientia Naturali, iſtud non eſt conſyderare corpus in ſe, ſed eſt conſyderare ipſum in ordine ad aliquod prædicatum attributũ ſibi à rõne, ſicut eſt iſta intentio ſubiectum. & ſic ſtat

Solutio.

illud ignotum esse. vnde ista non implicāt, mihi notum esse corpus mobile esse, & tñ q̄ me lateat vtrū conditiones subiecti scientiæ competant corpori mobili, vt ad totum Physicum negotium pertinet. Ista est extēporanea solutio. tamen magnificentia vestra super hoc cogitabit.

4. Meta. cō. 2.

Secunda contradi. est in cō. 2. Dicit Commen. q̄ substantia est causa accidētium, nō secundum finem & agens, sed secundū subiectum & materiam tñ. Huius tñ oppositum scribit Philosophus in. 2. de aīa. tex. cō. 36. vbi dicit alam esse causam corporis animati in triplici genere causæ, formalis, finalis, & efficientis. Et ad hoc mihi videtur dicendum, q̄ substantia composita respectu accidentium existentium in ipsa concurrit tanq̄ materia & subiectū. talia enim sunt terminata, & non habent materiam in qua subiectentur primo, nisi compositum. talia autem non sunt ab ipso composito tanquā ab agente, quia, cū materia & efficiens non coincidant in idem, dicimus q̄ ab ipso, vt ab agente, impossibile est talia accidentia dependere: & ideo talia dependere ab extrinseco motore in gñe causæ efficiētis. nā agēs, quantū dat de forma, tñ dat de consequētibus ad formam mediāte forma: sicut colligitur ex. 8. physi. 32 & 3. cœli. cō 28. Sed dices, quō compositum est causa talium accidentium, cùm Philosophus. 1. phy. 82. dicat materiam cum forma causam esse omniū eorum, quæ sunt sicut mater? Soluitur. licet composita sint materia, in qua accidentia ista subiectantur, tñ in rei veritate ratio, propter quam recipiantur in genere causæ materialis est materia: & ratio, propter quam recipiantur in composito in gñe causæ finalis, est ipsa forma, sicut patet. 2. cap. de substantia orbis. substantia igitur composita quōcunq; distinguatur à materia, & forma ratione, qua composita est respectu talium accidentium subiectiue in ea existentium, non concurrit vt agens, non vt forma, neq; finis, sed solum vt materia. Illud autē, quod adducit de. 2. de anima, patet q̄ non est ad propositum - quia non negamus substantiā, quæ est forma, posse esse causam finalem, & agentem respectu accidētium. & isto modo patet mens Auer. in hoc loco. Quòd aūt quidam dicere voluerunt hic substantiam esse veram causam materialem accidētiū, non autem causam agentem verā, sed pullulatiuam, & similitudinariam, sic etiam finalem, ista non sunt Auerroistica, sicut diximus alias, sed veritas in via eius est ista.

Soluti⁹.

Instantia.

Solutio.

4. Meta. cō. 3.

Tertia contradi. est in cō. 3. Dicit Cōmē. q̄ ens & vnum vnam naturam significat subiecto, sed diuersis modis. Huius tñ oppositum habet in. 12. met. 21. & 22. cō. vbi habet q̄ ens non significat aliquam naturam.

Solutio. Solutio. qui ponūt vniuocationem entis, & vnitatem conceptus entis per indifferentiā, dicunt conceptum entis non dicere re aliquam, neq; realitatem aliquam, sed dicunt q̄ dicit quandam formalitatem, quę habet modum intentionis primæ. & ita glosat Cōmen. 12. meta. cō. 21. & 22. quia ibi Cōmen. non negat absolute ens non importare aliquem conceptum, sed solum negat q̄ non dicit aliquam naturam, i. aliquam rem vel realitatem distinctam à substantia & ab accidente, à Deo & à creatura. sed q̄ ens non dicat aliquem conceptum realem obiectiuum, hoc nunq̄ Cōmen. vt aiunt negauit. Nobis aūt cum supportatione istorum videtur oppositum de intentione eius. nā ego teneo conceptum entis secūdum ipsum nō esse aliquid tertium vniuocum distinctum à suis partibus subiectiuis, neq; naturā, neq; formalitatem importās. Vnde ipse dicit in 10. meta. cō. 8. ens significat decem prædicamenta prima significatione & sine medio: non quia ens sit cōmune cōitate nominis, & imediate significet sua significata, sicut dixerunt vulgares: sed significat decē prædicamenta sine medio, pro quanto descendit non per dīas vniuocas, sicut genus in species: quia tunc ens esset sicut canis, & per consequens nō posset subiectum esse in aliqua scientia. Et q̄ non dicat aliquam naturam distinctam à decem prædicamentis patuit etiam in cō. allegatis. 21. & 22. 12. meta. Sed illud, quod intendimus probare, est videre vtrum dicat aliquem conceptum tertium distinctum à decem prædicamentis. Et ad hoc dicimus q̄ bene importat vnum conceptum cōem cōitate analogię respectu decem prædicamentorum, qui dr secundū prius & posterius. si. n. nullam vnitatem haberet, non esset de eo scientia. & ista est sententia eius expresse in. 4. meta. cō. 2. Iste aūt conceptus secundum ipsum non est distinctus à suis inferioribus, vt dixerunt subtiles. vnde. 4. meta. cō 6. dicit Cōmenta. q̄ ens & vnum non significant vnam intentionem in oibus rebus, neq; intentionem diuersam ab oibus rebus. Et sic patet qualiter secūdum Auer. ens non dicit aliquam rem, nec realitatem, nec formalitatem tertiam vniuocā distinctam à Deo & à creatura. & à substantia & ab accidente. Sed dices, quō ad cōtradictionis

dictionis formam dicetur? Dico q̄ Cōmen. contra Auic. tenet in. 3. cō. quarti meta. & etiam in. 10. meta. cō. 8. q̄ ens & vnū significant vnam naturam, i. vnum conceptum, non tñ distinctū realiter vel ex natura rei, sed sola ratione à conceptibus suorum inferiorum: sed diuersis modis. vnitas. n. nō importat aliquem conceptum vel formalitatē positiuā, vt dixerunt posteriores distinctam à conceptu entis, sed solam indiuisionem superaddit vnum ex modo significandi ad ipsum ens. sed in re significata conueniunt. & ideo dicit q̄ ens & vnū significat vnam naturam in subiecto, sed differunt secundū modum significandi. Auic. aūt voluit conuersum, videlicet q̄ tam ens q̄ vnum importarent de per se vnū quodq; aliquē conceptum positiuum: quorum vnus erat ab altero distinctū. sic igitur Auer. ponit ens & vnum idem significare. sed qñ dixit q̄ ens & vnum non significat aliquā naturam, intellect ad modum Platonicorū, q̄ videlicet illa natura sit natura tertia à suis inferioribus separata & distincta. vnde ipse dicit. 12. meta. cō. 21. ens & vnum sunt ex rebus vltimis, quæ non hñt esse extra aiam. Et idem habet. 10. meta. cō. 6. sīlr ens & vnum non dicunt vnam intentionem vniuocam tertia ab intentionibus decem prædicamentorū, sed solum est indifferens per analogiam, vt diximus ex intentione eius. 4. meta. cō. 6. & cō. 2. Vnde ēt 10. meta. cō. 6. dicit. impossē est vt aliquid cōe pluribus sit substantia, nisi secundū q̄ est in alia tñ. & subdit parum infra, q̄ ens & vnum sunt de intentionibus vltimis, quæ non hñt esse nisi in alia. vnitas igitur conceptus entis & cōitas eius est cōmunitas & vnitas analogię, non vniuocationis, non distincta secundū esse, vel ex natura rei à suis inferioribus, sed solum in anima & in conceptu. Et nota bene ista, quia multi laborauerunt in videndo veritatem in via Auer. & non potuerunt. Et q̄ hoc sit verum probatur ratione duplici. Si ens inquantum ens non diceret vnum conceptū analogum distinctum ratione à conceptibus suorum inferiorum, sequeretur q̄ non posset de eo aliqua demonstratio fieri. consequens est falsum, quia bonitas demonstrari potest de ente mediante veritate non ratione alicuius inferioris ad ens, sed ratione sui: ergo ens inquantum ens dicit aliquē vnum conceptū. Confirmatur. quia si ens, inquantum ens. non diceret aliquem conceptum proprium ratione distinctum à suis inferioribus, sed solum cōitatem nominis importaret, sequeretur q̄ nullum prædicatū essentiale, & per se de eo diceretur. consequens est falsum: nam dicim⁹ q̄ ista est per se, ens est vnū. probatur consequentia. quia secundum Auer. 4. meta. cō. 2. de termino æquiuoco bene aliquod prædicatum accidentale potest verificari vēr, sicut ista propositio est vēr vera, omnis canis est pulcher: nullū tñ prædicatum per se de tali potest verificari. cū igitur vnitas & bonitas primo verificentur de ente ratione sui, & non ratione alterius, demonstratiue sequi videtur q̄ ens inquantum est cōmune Deo & creaturę, substantiæ & accidenti, non sola communitate vocis, sed conceptus distincti ratione à cōceptibus inferioribus. & hæc non possunt negari ab homine habente intellectum habilitatum ad bonum.

Quarta contradi. est in cō. 4. Enumerat scientias medias Cōmen. in numero scientiarum Mathematicalium, sicut est Perspectiua & Musica. Huius tñ oppositum videtur sentire Philosophus. 2. phy. tex. cō. 10. vbi habet. Demonstrant aūt & quæ ex Mathematicis magis Physicæ. vbi loquitur, vt dicit Cōmē. & vēr oēs expositores de scientijs mediis. Soluitur. quidquid dicant alij. scīæ mediæ vt est Musica, Astrologia, & Perspectiua, & quæ assimilantur his, sunt potius inter Mathematicas scientias enumerandæ q̄ inter Physicas. Et ratio est ista. nam habitus scientificus specificatur à medio: ita. n. Philosophus ponit distinctionē inter speculatiuas scientias in. 6. met. tex. cō. 2. quia aūt media talium scientiarum subalternatarum mathematica sunt, licet applicata sint materię sensibili, dicimus q̄, cum denominatio insequatur formam & non materiam, actum & non potentiam: sicut est de intentione Philosophi. 2. phy. tex. cō. 11. & 9. meta. tex. com. 7. propter hoc & si materiale in talib⁹ naturale sit, cū formale sit mathematicū, potius ergo Mathematicæ q̄ Naturales debent nuncupari. Et istius etiā opinionis est beatus Doctor. qui etsi in. 2. phy. super alleg. tex. oppositū dicat, tñ seipsum retractauit in quæstionibus super Boetio de trinitate. Ad authoritatem aūt Philosophi dico q̄, illa est multiplex secundū amphibologiam. quia vnus sensus esse potest, q̄ duo sint cōparata, & vnum sit illud, ad quod fit comparatio. vt sit sensus q̄ Mathematicæ puræ & scīæ mediæ comparent ad Physicas tñ. Et tunc sensus esset iste q̄ scientiæ mediæ sunt magis Physicæ q̄ Mathematicæ puræ sint Physicæ. & iste sensus verus est. & sic intel-

4. Meta. cō. 4.

Solutio.

intellexit Philoſophus. Vnde trãslatio Arabica ibi clarior eſt noſtra & ſonat hoc, qđ diximus. & hoc eſt rationi conſonum, medium. n. magis conuenit cum extremo, q̃ vnũ extremum cũ alio extremo, cũ maior ſit diſtinctio extremi ab extremo, q̃ extremi à medio, ſeu medij ab extremo. Alter ſenſus pót eſſe. vt vnũ ſit cõparatũ, & duo ſint, ad quę fiat cõparatio. & tunc ſenſus eſt ſet iſte, vt ſcientiæ mediæ cõparatæ ad Mathematicas, & ad Phyſicas ſint magis Phyſicæ, q̃ Mathamaticæ, & iſto modo intellecta propoſitio Philoſophi falſa eſt propter rationem, quam adduximus.

4. meta. com. 21. Quinta contradi. eſt in cõ. 21. Dicit Cõmen. q̃ nullus intellectus intelligit contraria eſſe ſimul. Sed opponebat ibi in margine de vnitate intellect⁹. nã, cum opiniones de contradictorijs ſint contrariæ, teſte Philoſopho in. 2. perihermenias, ſi vnus eſt omnium intellectus, vt ipſe poſuit. tunc contraria etũt in eodem ſimul. & cùm intellect⁹ poſſit intelligere omnia, quæ ſunt in eo, ſi igitur tales opiniones contrariæ ſunt in ipſo, ipſe poterit intelligere contraria ſimul

Solutio eſſe. Ad hoc aũt videtur Auer. teſpondere in. 6. meta. cõ. vltimo, vbi dicit propoſitionem illam nõ tenere in anima, ſed ſolum in materia. nam licet materia extra animã non poſſit recipere duo contraria inſimul, tñ anima bene põt. de hoc tñ videbimus infra in illo loco, ideo pro nunc dimittat.

SOLVTIONES Contradictionum in dictis Ariſt. & Auerrois,

Super Quinto Metaphyſicorum.

5. meta. com. 3. Contradictio eſt in cõ. 2. Dicit Commen. q̃ princip iñ materiale eſt illud, quod demõſtratur cum hac præpoſitione ex. Huius tñ oppoſitũ videtur ſentire ipſe in 1. phy. cõ. 78. vbi dicit, q̃ in ſubo dicim⁹, q̃ hoc fit hoc, ſ priuatione

Solutio. aũt, q̃ ex hoc fit hoc. Soluitur, vt ipſemet Commẽ. dicit in hoc. 5. meta. cõ. 29. famoſior ex ſignificationibus, ex, eſt qñ importat genus cauſæ materialis. & hoc eſt ratio nabile. materia. n. ſic deſcribitur à Philoſopho in. 2. phy. 27. Materia eſt, ex quo fit aliquid cùm inſit. Quod aũt dicit de primo, quorum priuatio eſt manifeſta, generatio attribuitur priuationi cum illa prepoſitione ex, aut etiam in recto: generatio. n. fit eſt non eſſe, & non ex eſſe. & ideo magis dicimus, q̃ infirmus fit ſanus, q̃ q̃ homo ſanus fiat: ied in ſubiectis, quorum priuatio latet, generationes ſubiectis attribuuntur: ſicut dicimus, q̃ domus fit ex lateribus. Pro hoc vide cõ. 25. ſeptimi meta. & nos ibi etiam dicemus magis.

Secunda contradi. eſt in cõ. 5. Dicitur, q̃ 5. meta. com. 5. natura prius de forma dicitur. Sed. 2. phyſi. cõ. 1. dicit, q̃ prius dicitur de cõpoſito: quia inquit, p illa ſunt magis naturalia. Solutẽ. Solutio. nã ſm ipſum. 1. phy. cõ. 3. & 4. nõ dicit vni uoce, nec æquiuoce de materia, & forma & compoſito, ſed analogice: licet compoſitũ proptie loquendo verius naturatũ, vel habens naturam dicatur, q̃ natura, ſicut patet ibidẽ. Vnde vniuerſaliter apud ipſum nil vniuoce dicitur de cauſa, & cauſato, præcipue in prædicatis, quæ ſunt primo intellecta, & habent modum intentionis primæ. Vlteri⁹ debes ſcire, q̃ analogia eſt duplex, quædam eſt ſm famoſitatem, & quædam, ſm veritatem. vnde compoſita exiſtimant cõmuniter eſſe magis entia, & magis ſubſtantiæ, q̃ forma aut materia: quia talia noſtræ primæ cognitioni naturali ſunt notiora: ſicut eſt de intentione eius. 1. phy. com. 3. vbi per confuſa magis exponit compoſita cauſata. ex elementis, ſed ſm veritatem natura per prius dicitur de forma, q̃ de materia, aut de compoſito: quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

Tertia contradi. eſt in fine com. 6. Dicit 5. meta. com. 6. Cõmen. q̃ æterna non habent eſſe neceſſarium ab alio. Huius tñ oppoſitum patet. 2. eaſ. de ſubſtantia orbis, & 2. meta. com. 4. Soluitur. æterna citra primũ non habẽt eſſe neceſſarium ab alio formaliter: habent tñ eſſe neceſſarium ab alio, vt à fine, & ab Solutio. efficiente. Ratio primi eſt iſta. quia, ſi aliquid non eſſet formaliter ex ſe neceſſariũ, ſed contingens, tale nullo pacto poſſet ab alio ſortiri neceſſitatem, ſm ipſum. 2. phy. cõ. 48. contra Aut. niſi tu ponas naturã corruptibilẽ conuerti in naturã æternam. vnde quodlibet æternum caret materia, quæ radix eſt contingentiæ, & poſſibilitatis. Et ideo ſm Philoſophos quodlibet æternum formaliter eſt neceſſe eſſe ſeipſo, effectiue vero, & finaliter talia æterna ſunt à Deo, & propter Deũ: ſicut demonſtrauimus in qõne nra de triplici cauſalitate intelligentiæ.

Quarta contradi. eſt in com. 7. Habetur 5. meta. com. 7. hic cõiter, q̃ duo accidentia numero dſia non pñt eſſe ſimul in eodem ſubiecto. Sed

huic

huic authoritati reſiſtunt Medici, ponẽtes cõplicationẽ febriũ i eodẽ ſubiecto ſimul. quia vt patet per Gale. in .t. de differentijs febriũ, hectica febris põt eſſe coniuncta cũ putrida, & tũc duæ caliditates numero differentes ſimul ſunt in eodẽ ſubiecto, ſicut patet. quia febris nihil aliud eſt, niſi calor naturalis conuerſus in igneũ. Niſi eſſet. q̃ **Solutio.** in tali corpore, in quo eſt iſtarũ duarũ febriũ cõplicatio, eſt vna met numero caliditas. genera. n. febriũ non diſtinguunt gñe, vel ſpecie penes caloré, ſed penes diuerſitatẽ materierũ, in quib⁹ eſt calefactũ eſſe. & ideo non prohibet, vt vnamet caliditas, vt eſt in facto eſſe, quæ remota putrida febre adhuc remaneret in mẽbris, illa rõne dicat eſſe caliditas febris hecticæ, quæ fm aliam rõnẽ, vt eſt in fieri ab humore putrido cauſata dicat eſſe caliditas putredinalis febris. ſtat. n. abſq; repugnãtia fm diuerſos reſpectus. ſed de hoc nõ eſt nobis locus in præſentia dubitandi, quia multa dici põt hinc inde, q̃ tranſcendunt nrm negocium.

5. meta. com. 14. Quinta contradi. eſt in cõ. 14. Nomẽ accidentale primo ſignificat accidẽs, & ſecũdario ſubiectũ. Huius tñ oppoſitũ dicere videt. 1. phy. com. 25. vbi habet, q̃ ſignificat nomen cõcretũ duo, ſ. ſubiectũ & formã. quia dicit, q̃ albũ ſignificat albedinẽ, & recipiuũ albedinis, &. 2. de anima. cõ. 8. dicit, q̃ noia rerũ artificialiũ, quæ accidentia ſunt, primo ſignificant ſubiectũ, & ſecundario formã. Soluit, nomẽ ſignificat rem, fm, q̃ eſt in actu. actus aũt duplex eſt, ſubſtantialis, & accidentalis. ſubſtantialis dat eſſe ſimplr, & accidentalis dat eſſe, fm qd. Et ideo cũm cõpoſita ſubſtantialia ſint in actu ſimplr nomẽ taliũ primo ſignificat formã, quia forma eſt rõ, pp quam compoſitum eſt in actu ſimplr, ſecundario aũt importat cõpoſitũ. In compoſitis vero per accidens noia talium in concreto ſumpta primo formã ſignificant, & ſecundario ſubiectũ, quia à forma ſit denominatio non à materia. &, quia ſubiectum reſpectu accidentis eſt ſicut materia. 4. meta. cõ. 2. ideo dicimus nos, q̃ talia primo ſignificant formam, per quam ſunt in actu fm quid, q̃ ipſum ſubiectũ. Accedit ad hoc, q̃ ſi talia prius ſignificarent ſubiectũ, q̃ formam, tũc ſequeretur, q̃ eſſet nugatio dicendo homo albus, ſicut deducit pulchre Commen. hic contra Auice. De noibus aũt rerũ artificialiũ quid primo ſignificant an formã an ſubiectũ dixi in cõ. 5. ſecundi de aia. & ideo illuc recurre. Quantũ ad propoſitũ ſpectat, dico nullã eſſe contradictionem in Auer. ſi qñq; dicit nomen concretũ accidẽtale duo ſignificare, ſ. ſubiectũ & formam, ſeu compoſitũ ex forma. & ſubiecto: ſicut ipſe habet. 3. meta. cõ. 16. vbi habet noĩa denominatiua ſignificare vnũ cõpoſitũ. Quãdoque aũt dicit talia ſignificare formã primo, & ſecundario ſubiectũ. aliud. n. eſt ſignificare abſolute, aliud eſt primo ſignificare. dicimus talia noĩa concreta ſignificare vtrũq; ſ non tñ primo ſignificare vtrũq; dicimus, ſed talia primo formã ſignificant. denominatio ab actu fit, non à potentia. 2. phyſic. 11. &. 9. meta. tex. cõ. 7. &. 8. meta. cõ. 7. &. 1. phy. 63. &. 1. cap. de ſubſtantia orbis. nam, qñ amittitur forma ſubſtantialis rei, ibi materia amittit nomen, & definitionẽ rei: cũm aũt deſtruitur forma accidentalis, ibi etiam amittitur denominatio, quò ad eſſe fm quid. quod erat à tali forma, licet eſſe ſimplr, quod eſt à forma ſubſtantiali non amittat per amiſſionẽ accidentalis formæ. ſic igit ſolutio ad oẽs authoritates patet.

5. meta. te. ſine cõ. Sexta contradi. eſt in tex. ſine cõ. Ariſto. dicit in hoc cap. 9. non poſſe dici oẽm Socratem muſicũ eſſe, quia Socrates non eſt in pluribus, ſicut dicitur omnis homo muſicus. Sed huius oppoſitũ habet in. 1. cœli & mundi, vbi dicit, q̃ oĩs mundus eſt ex propria materia in tex. cõ. 98. vbi littera græca habet ὁ πᾶς κόσμος, & tñ mundus non eſt **Solutio.** in pluribus, vt patet ibidem. Soluitur, & eſt ſententia Alexan. ibidẽ referente Simplicio, q̃ in individuis, in quibus ſalvat tota natura ſpeciei, ſicut eſt in ſempiternis, põt poni ſignũ vlr diſtribuens, ſicut eſt de mũdo & Sole, & id genus. ſecus aũt eſt de individuis rerũ generabilium. in talibus. n. tota natura perpetuari non põt, niſi per ſucceſſionẽ. ſolicitudo. n. diuina propter hoc miſerta dedit talibus vitturẽ, vt poſſint perpetuari in ſpecie, vt dicit Cõmenta. in. 2. de anima. cõmen. 34. Et nota bene hoc.

5. meta. com. 16. Septima contradi. eſt in cõ. 16. Inquit Cõmẽ. q̃ in intellu vlr notius eſt particulari. Huius tñ oppoſitũ ſequi videt ex dictis eiꝰ in 12. meta. cõ. 4. vbi habet, q̃ vita intellecta apud Ariſt. ſunt collecta ex ſimilitudine, qnã accipit intellectus ex particularibꝰ, & facit ea intentionẽ vnã: & p conſequens ſingularia notiora intellectui eſſe videnẽ. **Soluitio.** Niſi eſſet, q̃ authoritas iſta in oppoſitũ adducta, pcedit de vlr pro ſecunda intentione, non aũt pro prima. quia vniuerſale, vt eſt de primo intellectis præcedit cognitionem ſingularis. Singularis enim cognitio

repugnat

repugnat intellectui vt intellectus eſt ſecun dum Philoſophos, non inquantum ſingula re, ſed inquãtum materiale. Et ſi intellectui nro cognitio ſingularis attribuitur, hoc eſt, vt habet reſpectum ad materiam & ad ſenſum ex ſui imperfectione, cũ ſit vltimus in genere abſtracto 2. 3. de aĩa. com. 19. & ideo Cõmen. ſuper cõ. libri de Diuinatione dicebat q̃, ſi ſubſtantiæ abſtractæ ſingulare materiale cognoſceerent, contingeret illas materiales eſſe. Et ideo ītellectus noſter primo aſpectu vniuerſale cognoſcit, quia hoc eõpetit ſibi ratione, qua intellectus eſt, cũ ſit abſtractus à materia, & habeat oppoſitum receptionis modum modo, quo materia recipit. nã materia ſingulariter, & intellectus vr & abſtracte recipit. ſic ergo directe vr cognoſcitur ab intellectu. ſingulare autem cum non cognoſcatur ab intellectu, niſi vt ipſe inclinationem habet ad materiam, ſic dicimus tale cognoſci ab itellectu, vt ſuper phantaſmata ſe conuertit. & iſta cognitio reflexa eſt, & non competit intellectui niſi mediante ſenſu: ſicut patet. 3. de anima. cõ. 9. Caueant ergo Nominales, & Burleiſtæ tenentes ſingulare eſſe primo cognitum ab intellectu. Sed de hoc in quæſtione noſtra de primo cognito diximus ſatis.

5. Meta. tex. 18.

Octaua contradi. eſt in tex. 18. Ariſt. dicit in tex. cõ. 18. q̃ motus & tempus ſunt quanta per accidens. Sed oppoſitum habetur in prædicamentis, vbi tempus poſitur eſſe per ſe quantitatem continuã. Soluitur. tẽpus quiditatiue eſt numerus numeratus ſecundum prius & poſterius ipſius motus, & præcipue primi motus. & quò ad hoc eſt per ſe quantitas, quia talis numerus numeratus poteſt eſſe quantitas continua, ſicut tripedaneum telũ, vt dicit luciditſſimus Themiſt. & ideo quiditatiue conſyderatum tempus eſt per ſe quantitas, quia nihil addit ſupra motum niſi numerum numeratum. Aliud aũt eſt cõſyderare in ẽpore, & eſt quod habet per ſe mẽſurare motum. Motus autem menſurat tẽpus per accidens. & hoc eſt accidens tpis, & non eſt quiditas rpis, vt inquit Alex. in. 4. phy. in expõne tex. cõ. 118. & quò ad hoc tẽpus eſt q̃ntum per accidens, p quãto imaginamur q̃ tẽpus menſurat per ſui quantitatem q̃titatem motus, & adæquat ei. & diuiſio & continuatio eius adæquatur diuiſioni & continuationi motus, à quo tẽpus dependet, tanq̃ à cauſa, ſaltem in genere cauſæ materialis. & ſic dicit Philoſophus q̃ tẽpus eſt diuiſibile & continuum p̃pter motum. & motus propter magnitudinem.

Solutio.

Non incõuenit ergo tẽpus, quò ad id, quod eſt ſecundũ ſui quiditatem eſſe q̃titatem p ſe, & quò ad id, quod accidit ei, quod ſit q̃tum per accidens. nã vt inquit Alexã. quiditas t pis eſt in numerato eſſe prioris & poſterioris motus, ſecundũ quod illud eſt pri⁹ & illud poſterius, ſed menſurare motũ accidit tẽpori, ſicut propria paſſio accidit ſubiecto. Sed nunquid motus ſecundũ ſui quiditatem ſit per ſe q̃ritas? videtur q̃, ſic, quia Cõmen. 4. phy. com. 99. declarans dictũ Philoſophi ibi, qũo motus & prius & poſterius in motu ſunt eadem ſubiecto, ſed differunt ſecundum eſſe, inquit q̃ prius & poſterius, cũ fuerunt accepta ſecũdũ q̃ ſunt in ſubiecto, rune ſunt partes motus: cùm autem fuerint conſyderata ſecundũ definitionem & & quiditatem, tunc prius & poſterius erit aliud à motu, qũ motus eſt in quantitate, & prius & poſterius ſunt in numero. ex quo videt motum quiditatiue eſſe q̃ritatem. & hoc Burleus, & multi alij Auerroiſtæ tenẽt. Ex aduerſo autem inſtatur ex authoritate Philoſophi in. 5. meta. collocantis motũ in quantis per accidens. Amplius aũt. 4. phyſi. com. & tex. 118. & 119. dicit q̃ tempus menſurat rem motã, non ſimplr ſecundũ q̃ motum eſt quantum, ſed ſecundũ q̃ mot⁹ ipſius quãtus eſt. vbi Cõmen. in cõ. dicit q̃ tẽpus menſurat quantitatẽ accidentem motui, & per conſequens, ſi q̃titas motus accidit motui, eſſentia & quiditas motus eſt aliquid, cui illa quãtitas aduenit, quia nihil dr ſibimet accidere vbi Cõment. elicit vnum pulcherrimum documentum per locum à maiori, q̃, ſi tempus non menſurat rem motã, ſecundũ q̃ eſt mota ſimplr, dignius eſt ipſum non menſurare aliquid ſecundũ q̃ eſt ens, ex quo vr q̃, ſi eſſentia motus nõ menſuratur à rpe, ſed quantitas accidens eſſentiæ motus, multo minus eſſentiæ aliarũ rerum à rpe menſurabant. & ratio eſt, quia vt inquit Philoſophus, 12. meta. tex. cõm. 29. tempus aut motus eſt, aut eſt motus paſſio quædam. Et ideo magis vr q̃ temp⁹ habeat menſurare eſſentiã motus, q̃ eſſentiam aliarum rerum. & ideo, ſi non menſurat mot⁹ eſſentiam, ſed quantitatem accidentẽ motui, multo minus menſurabit eſſentiam aliarum rerũ. & iſta ẽt fuit ſententia Alexã. vt recitat Cõmen. 4. phy. cõ. 101. q̃ tempus non eſt numerus motus, i. q̃ non eſt incrementum tempus numerare motum. quod ideo dicit, quia ſecundũ Alex. quiditas temporis non conſiſtit in numeratione actiua reſpectu motus, ſed in numerato eẽ prioris & poſte-

Vtrũ motus ſit ſui quiditatẽ ſit per ſe quãtitas.

& poſterioris. quia illud eſt accidens temporis ſeu proprietas, & non eſt quiditas temporis. Amplius aũt dicit illud. quia dato q̃ tẽpus menſurat motum, tñ non menſurat eius quiditatem & eſſentiam, ſed quantitatem accidenté ei. Et confirmat̃ per Cõmen. 4. phyſi. com. 96. vbi Philoſophus dicit q̃ tempus non determinatur per temp⁹, neq; quò quantum, neq; quò quale dicit, non dicit hoc, quia tempus ſit quantum & quale. qm̃ tempus eſt quantũ, & non quale. ſed, ſi tempus haberet qualitatem, ſicut motus habet quantitatẽ & qualitatem, non menſuraretur à tẽpore, ſicut motus, qui quò ad vtrunq; à tpe determinatur. nam quãtitas motus determinatur p tẽpus, quia dicimus motum magnitudinis eſſe in magno tpe, & velocitas mot⁹ q̃ eſt qualitas. motus etiã determinatur p tempus, igitur quãtitas eſt accidens motus, & non eſt quiditas eius. & hoc teneo, q̃ quiditas & eſſentia motus eſt actus imperfectus in mobili. vt patet ex. 3. phyſi. & huic accicit quãtitas & qualitas, & multa alia accidentia, ſicut eſt videre de cõtinuatione & alijs in. 4. phyſi. tex. com. 99. Ad authoritatem Cõmen. in cõ. 99. dico q̃ motus eſt in quãtitate, vt habet mẽſurari p tempus, non aũt quo ad ſui quiditatem & eſſentiam pertinet ad quantitatẽ. alioquin idem eſſet mẽſurare motus quãtitatem, & motus eſſentiam, quod eſt contra Philoſophum & cõtra Cõmen. 4. phy. in te. cõ. 119. & tunc ſequeretur q̃ quiditas motus tẽpore mẽſurarentur, & tẽpus eſſet mẽſura motus in eſſe quiditatiuo. & tũc ſequeretur q̃ motus non poſſet quiditatiue intelligi ſine tempore: cuius oppoſitum ſcribit Cõment. in. 4. phyſi. in tex. cõ. 97. vbi dicit q̃ tempus non imaginatur ſine motu, & motus põt imaginari ſine tpe. & confirmatur, quia in 3. phy. in definitione motus tẽpus non ponitur, vt patet intuẽti. Alexan. aũt in. 5. meta. in cap̃. de ſquanto iſtã contradictionem iſto modo ſoluere nititur. inquit. n. q̃ tãetſi in prædicamẽtis tempus fuerit dictum eſſe quantum p ſe, & motũ, quod intelligit vt tempus eſt idem quod motus, tñ nunc in quinto tãlia dicit eſſe quanta p accidẽs, ſed non ſunt quãta, ſilr vt quæ ſunt quãtorum paſſiones, quatenus quanta ſunt, ſicut eſt magnum & paruũ, & multum & paucum, lõgũ & breue: talia. n. ſunt per ſe quanti paſſiones, in eo q̃ quantũ eſt. ſed motus & tẽpus non ſunt paſſiones quanti, in eo q̃ quantum, & ideo dr̃ quanta per accidẽs. Amplius aũt vt aſſerit Arist. in. 5. meta. ſtrictius vr̃ loqui de quanto, q̃ in prædicamentis. nam in quanto illud p ſe quantũ eſſe dr̃ quod permanet, & affectiones illæ per ſe quanti ſunt, q̃ permanent, ſicut & ſubiectũ, motus aũt & tẽpus permanent. Vnde definitio quanti in. 5. meta. erat, quantum eſt quod eſt diuiſibile in ea, q̃ inſunt, quorum quodlibet & vnũquodq; vnũ quid, & hoc aliquid aptum eſt eſſe. Vbi Alex. ponderãs illa verba, quorũ vnũquodq;, &c. dixit addita eſſe ad diſtinguendum à quantis ea, q̃ conſtituuntur ex partibus ſitu carentibus, cuiuſmodi eſt tẽpus & oratio: addę etiã motum, talia. n. non proprie dr̃ quãta. & ideo oẽs affectiones, q̃ inſunt quãtitatibus pmanentibus, q̃ proprie ſunt quantitates, quia tales ſunt permanentes, ſicut & ſubiecta illarũ, ſicut multum & paucũ, quæ ſunt numeri paſſiones: longũ & breue, q̃ ſunt paſſiones lineæ: latum & anguſtum, quæ ſunt paſſiones ſuperficiei: altum & humile, quæ ſunt paſſiones corporis, talia ſunt quanta p ſe, ſicut affectiones eorũ, quæ per ſe quanta ſunt, quia ſubiecta talium paſſionũ ſunt vere quantitates permanentes. ſic & iſtæ paſſiones. ſed motus & tẽpus non ſunt paſſiones quanti per ſe, neq; ſunt permanentia. vnde motus nõ eſt paſſio magnitudinis permanentis, inquantum magnitudo permanens eſt, neq; tẽpus eſt paſſio alicuius magnitudinis permanẽtis. vnde vere illa ſunt p ſe quanti affectiones, q̃ ſunt conſequentia ſua ſubiecta neceſſario. motus aũt non neceſſario conſequitur magnitudinem, ſuper qua fit motus, neq; aliquid magnitudinis eſt motus. licet in magnitudine fiat. Hæc ſunt dicta Alexan. Et tu, frater mi, elice q̃cquid tibi mel us apparebit. ſcito. n. quiditatiue motum quantitatẽ non eſſe: tẽpus vero, cũ ſua quiditas ſit in numerato eẽ prioris, vt q̃ ſit per ſe quantitas. quo ad hoc, ſed penes menſurare motum hoc ſibi accidit: & ſic eſt quantum per accidens. quia refert dicere tempus eſſe numerum motus, & eẽ motum menſurans. prima eſt per ſe in primo modo, maxime ſumendo numerũ pro numero numerato: ſecunda vero eſt in ſecundo modo. ſic dicit Themi. in. 4. phyſi. in expõne tex. cõni. 117. &. 118. & ante ipſum fuit dictum Alexã. vt recitat Simplic. vnde tempus eſt menſura motus, & quietis: licet motus per ſe, & quietis per accidens. ſed tẽpus eſt numerus motus tantum, & nõ quietis. quies. n. non conſiſtit in tranſitu prioris ad poſterius ſecũdũ ſe, ſicut cõſiſtit motꝰ. 5. Meta. t. 18.

Nona contradic. eſt ſuper eo. tex. Ariſto. dicit

Sic dicit Ammon. in prædi. O quantũ placet mihi, qa hoc ſueni, poſt quã ſcripſi iſtud. Laus Deo.

Alexãdri ſententia.

dicit motum, & tps eſſe quãta per accidẽs. Sed hui⁹ oppoſitum videt de motu Ariſto. dicere in. 3. phyſi. in tex. cõ primi. vbi dicit. videt aũt motum eſſe de genere continuorum. De répore etiam oppoſitum patet in prædicamentis, vbi enumerauit inter ſpecies quantitatis continuæ per ſe. Dico, q̃ motus quiditatiue non põt in alio genere, nec in alia natura colloc ari, q̃ in gñe actus permixti cũ potentia. hoc. n. fuit bene determinatũ per Ariſt. in. 3. phy. in tex. eõ. 12. Et miratus ſum per vitã meã, qũo aliqui auſi ſunt dicere in via Peripateticorũ motum quiditatiue eſſe quantitatẽ. nam tunc iſti detrahunt Ariſt. qui in definitione quiditatiua eius non poſuit quantitatẽ, & aperte reclamat contra illos, qui per inęqualitatẽ, quæ pertinet ad quantitatẽ, aut per alteritatẽ, quę pertinet ad qualitatem, definiebãt ipſum. immo, vt ait in nullo alio genere quiditatiue reponi põt, niſi in genere actus medij inter actum purum, & potentiam puram. Et iſta fuit cauſa erroris Pythagoricorũ definientium ipſum per non ens, & priuationẽ. quia, vt dicit Ariſto. & Cõm. 3. phy. cõ. 14. &. 15 latuit eos iſte actus medius. licet. n. eius potentia, & actus non ſint genera vniuoce dicta, dicunt tñ analogice, ſicut notat Cõmen. ibidẽ. cõ. 4. &. 12. & de anima cõ. 30. Vnde quantitas, & continuatio, & velocitas, & ſucceſſio ſunt de accidẽtibus motus. cuius argumento eſt, q̃ Ariſt. in 4. phyſicæ auſcultationis, & Comment. in tex. eõ. 119. dicit, q̃ tps non menſurat eſſentiam motui, ſed quantitatem accidentem motui. vbi Commen. notat vnũ pulchrum documentũ, q̃ eſt manifeſtum, q̃ ſi tps non menſurat rem motã, ſm, q̃ eſt mota ſimpl'r, dignus eſt ipſum non menſurare aliquid ſm, q̃ eſt ens. Arguit enim per locum à maiori negatiue. quia tps, aut eſt idem quod motus, aut eſt quædam paſſio eius. 12. meta. tex. cõ. 29. & ideo magis apparet tps menſurare motus eſſentiam, q̃ eſſentias terũ permanentium. Si igitur nõ menſurat motus eſſentiam, ſed quantitatẽ accidentem motui, multo magis non menſurabit eſſentias aliarum rerum, quæ non ſunt motus. & ibi manifeſte apparet ſine aliqua cõtrouerſia, q̃ quantitas eſt de accidentibus motus. Et hoc etiam expreſſe habet Cõmen. in 4. phy. in cõ. 98, vbi dicit, q̃ accidentia motus ſunt multa. & in cõ. 96. dicit expreſſe, q̃ motus eſt quantus, & qualis, & q̃ vtroq; modo motus determinatur per tps, & ex parte qua quantus, vt cum dicimus q̃ motus magnus eſt in tpe magno & paruus in tpe paruo, & ſi'r ex parte qua qualis, vt motus velox, qui fit in tpe breui, & tardus, qui fit in longo tpe, & in cõ. 99. expreſſe dicit, q̃ vnum accidentium mot⁹ eſt continuatio. Mirum eſt igit' de Burleo, & de multis alijs Peripateticis, qui voluerunt mo tum eſſe quiditatiue, & per ſe quãtitatẽ. Nec obſtat authoritas Comment. in 4. phy. cõ. 99. vbi declarans dnam ſm rõnem inter motum, & prius, & poſterius, q̃ ſunt in motu, quę ſunt eadem ſubiecto, & differunt rõne, vt dr in tex. vbi dicit, q̃, cũ fuerint conſyderata, ſm quiditatem, prius & poſterius erit aliud à motu, qñ motus eſt in quantitate, & prius, & poſterius ſunt in numero. dico, q̃ ſumunt ibi quiditatẽ large pro deſcriptione, quæ notificat rem per accidentia, & cõſequentia. Et ſic gloſa, frater mi, dictum Ariſt. in. 3. phy. vbi dicit, q̃ videtur motus eſſe de numero cõtinuorum, non quod continuũ ſit de quiditate motus, ſed eſt de conſequentibus motum. Et ideo Commenta. 3. phyſic animaduertens ad hoc, quod modo dixi, notãs. 3. phy. cõ. 2 inquit q̃ illorũ, quę ſequuntur motũ quę ſunt propinqua ſubſtantiæ eius, eſt cõtrariũ, & non dixit contrariũ eſſe de ſubſtantia motus, ſed eſſe de propinquis. accidentia enim propria magnam partem conferunt ad cognitionem quod quid eſt 1. de anima. te. cõ. 11. Et ſic gloſo dictũ Themiſtij, & aliorũ expoſitorũ iuxta ſententiã Ariſt. aſſerentem contrariũ accipi in rõne motus modo prædicto. De tpe aũt eſt alia ratio. quia tps formaliter ſupra motum nõ addit niſi rationem menſuræ. & ideo inquit Commen. in 4. phy. in cõ. 113. tempori eſſentiale eſt menſurare motum, cum eſſentia eius ſit menſurare motum. & ideo tps eſt per ſe quantitas. quod aũt Ariſt. dicit tps eſſe quantum per accidens, hoc eſt pro quanto extenditur, & continuatur ad extenſionẽ, & continuationem motus, vt ipſemet ſe declarat in hoc loco, & in 4. phy. in tex. cõ. 99. & in tex. com. 113. Et nota bene hoc, quia non fuit iſta ſolutio mihi declarata niſi poſt longum tempus, & non ſine magno labore vitæ meæ,

Solutio.

Decima cõtradi. eſt ſuper eo. te. Ariſt. de declarando qũo motus dr eſſe continuus, inquit, dico aũt non qđ mouet, ſed quo motũ eſt. vbi videtur mot⁹ continuitatẽ eſſe à ſpatio, & non à mobili. Huius tñ oppoſitũ inuenit' determinatũ ab Ariſ. in 2. de gene. & corru. in tc. 62. & in 6. phy. te. cõ. 37. vbi dicit

5. meta. tex. 18.

dicit ſecutum eſt aũt oĩa diuiſibilia eſſe ab
Soluto. ipſo mutãte. i. à ſubiecto, qđ mutat. Soluit, vt dixi i n. 2. de gener. vbi ſoluit iſtã cõtradictionẽ, q̃ ſine dubio illa videtur fuiſſe ſnĩa Philoſophi ibi, q̃ cõmunitas motꝰ pricipalr eſt à mobili: ſed in. 5. meta. qa poſſunt quãta p̃ accidẽs eẽ duobꝰ modis. vno rõne ſubiecti, vt album eſt quantum ratione ſubiecti. Ariſ. aũt ponit aliũ modũ, non rõne ſubiecti in quo: ſed circa qđ, ideo iſto mõ, vt dicit ibi Alex. Ariſt. poſſunt motũ eſſe diuiſibilẽ nõ à ſubiecto: qa tũc idẽ eſſet ſecundꝰ modꝰ, & primꝰ erꝰ, qđ eſt p̃ accidẽs quãtũ: ſed poſſunt, q̃ ſit à ſpatio, circa qđ fit motꝰ, p̃ſertim qa diuiſio, et cõtinuatio nobis ĩmo ex iſta cauſa magis nota eſt. Aut alr dicere poſſumꝰ, q̃ motus habet duplices partes. q̃dã ſunt ſimul, & tales hẽt ex diuiſione mobilis, & hẽt quatdã nõ ſimul, ſed ſucceſſiue, qa vna eſt prior, & alia eſt poſterior. 4. phy. cõ. 102. Tũc igit, ſi loquamur de diuiſione, & cõtinuatione, quo ad partes motus, quas hẽt ſimul, deputat̃ à mobili pricipalr non à ſpatio: ſed quo ad alias videt̃ magis à ſpatio q̃ à mobili. ideo volui hic repetere cõtradictionẽ, vt innueré iſtã diſtinctionẽ. & cogita, qa pulchra eſt & quietãs animã. non põt n. mobile ſimul, & ſemel eſſe in diuerſis partibus ſpatij. & ideo iſta continuitas, & diuiſio
5. Meta. cõ. 18. magis eſt ex ſpatio, quàm ex ſubiecto.

Vndecima contradi. eſt in cõ. 18. Scribit Commen. grauẽ & leue quantitates eſſe. Oppoſitũ tñ ſcribit. 2. de aia cõ. 108. &. 4. cœli. cõ. 2. Vide ibi, quia fuit ſolutum clare.
Solutio.

Duodecima contradi. eſt in cõ. 19. Scribit Cõ. bonũ & malũ eẽ in aiatis. Sed oppoſitũ patet. 6. meta. t. c. 8. vbi dr ſolũ verũ & falſũ eſſe in aĩa, ſed malũ & bonũ eſſe in rebꝰ. De
5. Meta. cõ. 19. hoc dicemus ſtatim in cõ. 8. ſexti meta. vbi declarabimus illud dictũ non hĩe veritatẽ cũ p̃ciſione, & qualiter, & quõ ibi dicẽt.
Solutio.

Decimatertia contradi. eſt in cõ. 22. Habet q̃ definitio eſt finis in cognitione. Sed huius oppoſitum patet. 1. de anima. cõ. 11. in
5. meta. cõ. 22. quod dr q̃ eſt principium. Soluitur. eſt principium cognitionis demonſtratiuæ. eſt finis ſimplicis, & intuitiuæ cognitionis.
Solutio.

Decimaquarta cõtradi. eſt in cõ. 25. dicit Cõmẽ. in c. 25. q̃ compoſitio eſt in poſitione
5. meta. com. 25. partiũ adinuicẽ. Huius tñ oppoſitũ habet. 1. de gña. t. c. 85. Solutio eſt iſta, q̃ poſitio partiũ requirit in mixtione ipſa tanquã conditio neceſſaria, vt patet ex. 89. eiuſdẽ primi đ gñe. non tñ formaliter eſt ipſa: & ad iſtum
Solutio. ſenſum negatũ ſunt. 1. de gener. a. 85. hic vero conceditur ſim primum ſenſum.

Decimaquinta contradi. eſt in t. 33. Dicit Ariſt. q̃ materia & forma ſunt gñe diuerſa. Sed oppoſitũ patet ex. 12. meta. t. c. 22. vbi dicit q̃ materia & forma ſunt propria prædicata ſubſtantiæ, ex conſequenti ſunt eiuſdẽ gñis. Soluit. Ariſt. definit illa eſſe diuerſa ge-
5. meta. tex. 33. Solutio. nere, quorũ ſubiectũ primũ receptiuũ alterũ nõ reſoluitur in alterũ, nec ambo in idẽ, & loquit̃ de ſubiecto receptionis, & reſolutionis. & qa primæ materiæ nihil ſubijcit̃, ideo materia prima, & forma illo modo genere diuerſa ſunt. ſiſt quia materia prima, & forma viciſſim nõ alterant̃, nec primæ materiæ & formæ reperitur aliqua materia ſubiecta, in quã vtrũq; reſſolui poſſit, ſic materia & forma ſunt gñe diuerſa. In. 12. autẽ meta. dicit materiã, & formam eſſe in eodẽ gñe p̃dicabili reductiue, p quanto ſunt p̃pria p̃dicati ſubſtantiæ, & principia reducũtur in illo genere, in quo eſt principiatum.

SOLVTIONES Contradictionum in dictis Ariſt. & Auerrois.

Super Sexto Metaphyſicorum.

COmmento primo huius ſexti habet̃ q̃ ens diuiditur prima ſui diuiſione in per ſe, & per accidens. Sed in. 5. meta. te. cõ. 14. ens. t. diuidit̃ in decẽ prædicamenta, primo vero phyſico. tex. commen. 6. primo diuiditur per finitum & infinitũ. Tertio phyſico. tex. commen. 3. primo diuidit̃ per actum, & potentiam. Soluitur. plures ſunt diuiſiones entis primæ, tamen quælibet eſt prima in ſuo genere. quædam eſt diuiſio entis in partes ſubiectiuas, ſicut eſt diuiſio entis in decem prædicamenta, quædam eſt diuiſio entis in paſſiones, ſicut diuiſio entis per vnum, & multa, per neceſſarium, & contingens: quædam eſt diuiſio entis per modos, ſeu analogas differentias, modo loquendi Auerro. ſicut eſt diuiſio entis per actum & potentiam. Et iſtæ diuiſiones ſunt entis, quod eſt ſubiectum in metaphyſica, quod ſecundum Auerro. habet vnitatem conceptus analogice dicti non vniuoce. eſt etiam diuiſio entis in anima, & extra aniñ. & iſta diuiſio, vt peritiſſimis in hac arte videtur, eſt vocis æquiuoce in ſuas ſignificationes. Non eſt igitur habendũ pro inconuenienti plures diuiſiones entis primas eſſe modo declarato. ſicut non in-
6. met. com. 1. Solutio.

conuen-

cõuenit plura eſſe gña prima teſte Porphyrio, capſo de ſpecie dicẽte decẽ prædicamẽta eſſe tanquam decem rerum principia.

6. Meta. cõ. 1. Secunda contradictio eſt in eodẽ commẽto. Inquit Cõmentator quod nõ eſt demonſtratio ad genus artis, neq; ad ſpecies illius. hoc idem habet. 2. de aĩa cõm. 27. Sed oppoſitum fuit adductum per nos in margine de eſſe ignis, quod demonſtratum eſt 4. cœli. tex. cõ. 32. cùm tñ ignis ſit pars ſubiectiua illius libri. Soluunt aliqui q̃ ibi non demonſtratur eſſe ignis, ſed demonſtratur ignem eſſe in loco. Iſta ſolutio non eſt de intentione Auerr. quia ipſe habet ibi in cõmento, quòd ibi demonſtratur ſpecies ſubiecti artis. Ideo dicamus non inconuenire demonſtrari ſpecies ſeu partes ſubiectiuas, quod idem eſt, in ſcientia, vbi illæ ignotæ fuerint. & nulla alia ratione mouemur ad hoc aſſerendum, niſi in caſu, quo illæ fuerint ignotæ. nã quid prohibet eas in ſciẽtia demonſtrari poſſe demonſtratione ſigni, vbi in tali ſcientia fuerint ignotæ? & cùm hoc in tali ſcientia fuerit medium notius, per quod in illa ſcia demonſtrari queant, quod dico propter ſubſtantias ſeparatas, q̃ licet ſint partes ſubiectiuæ entis, inquantũ ens, quod eſt adæquatum ſubiectum Metaphyſicæ, non tñ poſſunt demonſtrari ex defectu medij. quia nullum aliud eſt mediũ, vt dicit Cõmentator ad probandum ſubſtãtias ſeparatas eſſe, niſi motus, vt dicit. 12. metaphyſi. cõ. 5. hoc aũt raro contingit in ſcia, q̃ tales partes ſubiectiuæ in ſciẽtia demonſtrantur: vel q̃ raro contingit quòd ſint ignotæ: vel q̃ raro contingit illã ſcientiam habere medium notius in illa ſciẽtia ad illas demonſtrandas. Vnde Cõment. 4. cœli. 32. expreſſe dicit raro iſtud cõtingere. & vt ego puto, hoc non cõtingit, niſi ꝓpter alteram iſtarum duarũ cauſarum. Propoſitio igitur iſta Auer. non habet veritatẽ, niſi vt in pluribus, nõ ſemper. & ita eſt de multis ꝓpoſitionibus naturalibus, q̃ non ſunt veræ, niſi vt in pluribus. Et de hoc non debemus admirari. nã. 2. phy. 48. ea, q̃ ſunt à natura, aut ſunt ſemper, aut ſunt vt in pluribus.

6. Meta. cõ. 1. Tertia contradictio eſt in eodem primo commento. Dicitur quòd eiuſdem ſciæ eſt ſcire quia eſt rei, & quid ſit res illa. Huius tñ oppoſitum ſequitur ex dictis Auerro. 2. phy. cõ. 26. vbi habet quòd ſcientia Naturalis bene cognoſcit eſſe abſtractorum, non autem cognoſcit quiditatem. Soluẽ. dictũ Philoſophi habet locum hic, quando ſi eſt inueſtigatum fuerit à priori: fallit autem, q̃n tale ſi eſt inueſtigatum fuerit à poſteriori: ſicut ꝓcedit inſtantia ex. 26. ſecũdi phy. Et iſta gloſa eſt ipſius Ariſtote. 2. poſter. & Auer. tex. cõ. 8. ſicut clare videre poteris.

Solutio.

Solutio.

6. Met. t. 4. Quarta contradi. eſt in tex. 2. Ariſt. dicit in. 6. meta. tex. cõ. 2. quòd formæ naturales ſunt ſicut ſimum, & formæ mathematicæ ſunt, ſicut rõcauum. vbi colligitur formas naturales non poſſe ſecundũ rationem cõcipi ſine materia. Sed huius oppoſitum expreſſe colligitur. 1. cœli. tex cõ. 92. vbi dicit quòd tam in rebus naturæ q̃ etiã arte conſtantibus aliud eſt ſecundũ ſeipſam concepta forma, & aliud vt eſt mixta cũ materia. Et confirmatur per Auer. 12. meta. cõ. 39. vbi habet quòd intellectus natus eſt diuidere coniuncta in eſſe, ſicut diuidit materiam à forma, & formam à congregato ex materia & forma. Soluitur. aliud eſt formã naturalem rõne eſſe ſeparabilem à materia, aliud eſt eam definiri poſſe ſine materia. primum verum eſt. 2. phyſ. 12. forma eſt natura, quæ non eſt ſeparabilis niſi tantũm, tñ definiri non poteſt. nam definitio eſt ratio complete ſignificans rem ſuam eſſe. Vnde Cõmẽ. 1. de aĩa, cõ. 16. dicit quòd formæ naturales non poſſunt definiri ſine materia, alioquin talis intentio erit accepta alio modo q̃ eſt. Et, quia Ariſt. in. 6. primæ philoſophiæ ſciẽtiarum ſpeculatiuarũ diſtinctionẽ venatur penes diſtinctum modũ definiẽdi, ideo dixi quòd naturales formæ ſine materia definiri non poſſunt, poſſunt tñ intelligi & abſtrahi à materia. Et hic nota errorẽ illorum, qui non diſtinxerunt inter modũ abſtrahendi, & definiendi. & eſt differentia magna valde, ſicut vides. verum autem iſta abſtractio ſit naturalis vel mathematica, de hoc vide quæ ſcripſi ſuper cõſimili difficultate in. 2. phyſi. in tex. cõ. 12.

6. Meta. tex. 2. Quinta contradi. eſt ſuper eodẽ tex. Ariſ. venatur diuiſionem Philoſophiæ theoricæ ex triplici modo diuerſo definiendi, & oſtẽdit quòd ſunt tres, videlicet Naturalis, Mathematica, & Theologia. Sed huius oppoſitum inuenimus ab eodem in. 11. primæ philoſophiæ, in cap. 3. vbi concludit Mathematicam Naturalemq; partes eſſe ſapientiæ. conſueuit aũt Ariſt Metaphyſicam nuncupare pleruncq; primam Philoſophiã Sapientiam, & interdum Theologiam, ſicut notat Alex. in. 4. meta. impoſſibile eſt autem vt vnum & idem ſit pars condiuidens genus, & ſit pars poſtnotodum ſpeciei alterius condiuidentis, ſicut ſi irrationale cõdiuidit cũ rõnali aĩal. impoſſe eſt irrõnale eſſe partem rationalis.

rõnalis. Si igit̃ Sapientia, & Naturalis, & Mathematica ſunt partes Philoſophiæ theoricæ, qũo igit̃ Naturalis, & Mathematica partes poterunt eſſe Sapientiæ, & eſt ardua contradictio, ſicut vides. Scire igit̃ debes, q̃ multiplici exiſtente diuiſione, vt innuunt Boetiꝰ in lib. diuiſionũ, & Annqui Peripatetici: nã aut eſt generis in ſpecies, aut ſpeciei in individua, aut totius in partes, & hoc dupl̃, vel in partes homiomeras, vel i partes anomiomeras, aut eſt diuiſio vocis æquiuocæ i ſuas ſignificationes, aut eſt diuiſio ſubiecti in accidentia, aut accidentis in ſubiecta, aut accidentis in accidentia, aut eſt diuiſio ab vno, vel ad vnũ, dubiũ eſt qualis ſit iſta diuiſio. Non.n. põt eſſe generis in ſpecies, tũ quia in his, quę ſunt ſpecies eiuſdẽ gñis, non eſt hoc prius & illud poſterius, ſunt .n. ſimul natura, vt dr̃ in prædicamentis cap. de ſimul q̃ ſunt idẽ genus conduidentia: ſed in talibus eſt prius, & poſterius, vt patet, natura, quia prima Philoſophia eſt natura prior cæteris. Amplius aũt genus æqualiter participatur à ſuis ſpecieb⁹: ſed vna ſpecies non eſt particeps alterius, mathematicum aũt genus entium, circa quod ſcientia Mathematica verſatur, quodãmodo eſt in materia, & ſic particeps eſt entis naturalis, & quodammodo eſt abſtractum à materia, & ſic particeps eſt entis diuini. Nec videt̃ eſſe diuiſio totius in partes homiomeras, quia tales nõ ſolum ſunt eiuſdem denominationis cum toto, verumetiam & inter ſe. ſed Naturalis, Mathematica & Diuina licet participent nomen Philoſophiæ theoricæ, non ſunt tñ eiuſdem denominationis inter ſe, ſicut quæ libet pars carnis caro eſt. Neq; in partes heterogeneas, quia tales non participant nomen totius, ſed Philoſophia Naturalis Mathemanca & Diuina partícipant tõné Philoſophiæ theoricæ. Naturalis.n. theorica q̃dam eſt, vt dr̃ in. tex. cõ. 2. in præſenti loco, & ſimiliter Mathematica & Diuina. Nec eſt diuiſio ſpeciei in individua, vt clarũ eſt, nec ſubſtantiæ in accidentia, aut accidentis in ſubſtantias, quia cognitio ipſa theorica, & partes eius qualitate. ſunt. Nec eſt diuiſio accidentis in accidentia. quia, vt inquit Boetius, diuiſio iſta enumeratur inter diuiſiones. quæ ſunt per accidens, quæ ſunt tribus modis, vel ſubiecti in accidentia, vel eõtra, vel accidentis in accidentia. vnde, ſi diuidat̃ album in dulce, & in amarum, tale diuiſum per accidens verificatur de conduidentibus, quod in caſu non eſt. nam Philoſophia Naturalis per ſe theorica eſt, & nõ per accidens. Neque eſt diuiſio æquinoci in ſua ſignificata. quia in talibus non eſt hoc prius, & illud poſterius. tũ etiam quia in talibus non inuenitur prædicatio eſſentialis, & per ſe, vt notat Commen. in. 4. meta. in c. 2. Relinquitur igitur q̃ iſta diuiſio ſit tanquam diuiſio eius, quod eſt ab vno, ſicut ab vna Medicina dicit medicinale inſtrumentũ, & medicinalis dicta, & medicinale pharmacũ, ſic ab ipſo theorico habitu dr̃ Philoſophia Naturalis, & Mathematica, & Diuina theoticæ philoſophiæ. & iſta eſt antiqua expoſino, & ſententia Græcorũ expoſitorũ. Latini aũt nõ aliter ſentiunt, vt poteris videre. Et ſcire debes, vt dicunt Annqui Peripatetici, q̃ in nullo diuiſionis modo ex illis, q̃ ſunt octo, teſte Damaſceno, inuenitur dr̃a fm prius & poſterius natura, aut fm magis & minus, niſi in poſtremo, qñ fit diuiſio ab vno, & ad vnũ. vnde fm talem diuiſionẽ fit diuiſio entis in ſubſtantiam & accidens. & iſta eſt expreſſa ſententia Philoſophi in 4. primæ philoſophiæ in tex. cõ. 2. vbi aſſerit ens dr̃ multis modis, ſed ad vnũ, et ad vnã aliquam naturam, non æquiuocę quã diuiſionem Arabes & Latini poſteriores appellant diuiſionem generis multipl̃, ſeu analogice dicti, quæ ſunt media, vt notat Cõmen. ibidem inter æquiuoca, & vniuoca. Pro ſolutione igit̃ prædictæ contradictionis ſcias, q̃ cognitio quiditatum particularium duplex eſt. Nam quædã eſt ſub proprijs, & ſpecificis rationibus. & de talibus ſunt ſcientiæ particulares, vt Naturalis eſt de quiditatib⁹ rerũ ſenſibilium, vt ſunt motæ, vel vt habẽt motus principium, & ſcientiæ Mathematicæ ſunt de quanto continuo & diſcreto: vt continuum & diſcretum abſtrahunt à motu & a materia ſenſibili. & ſciẽtiæ tales ſunt diſtinctæ à ſcientia Diuina, quæ eſt de ente inquantũ ens, & non ſunt partes eius Naturalis & Mathematica illo modo & ſic intelligitur dictum Philoſophi in præſenti loco diuidentis Philoſophiã theoricã in tres partes, Naturales, Mathematicam, & diuinam, quarũ nentra ſubalternat̃ alteri. diſtinguũtur. n. iſti habitus ex diuerſis formalibus rationibus definiendi, & abſtrahẽdi. Alio modo cognitio quiditatum particularium cõſyderari põt ſub rõnibus generalibus, & trãſcendẽtibus. ſicut quiditas rei ſenſibilis põt conſyderari, vt eſt ens, & vt eſt ſubſtantia, & quiditas entis mathematici vt eſt ens, & vt eſt accidens, vel vt ſunt actus, vel in potẽtia. & talis conſyderatio eſt pars conſyderationis Diuinæ, quia ſcientia Diuina cõſyderat

Solutio. Cognitio quiditatũ particularium duplex.

ens inquantū ens, & quodlibet inquantum ens. Et ita, ni fallor, intelligitur dictum Philoſophi in. 11. meta. aſſerentis Mathematicā & Naturalē eſſe partes Sapię pro quāto videlicet quiditates particulares, de quibus illę cōſyderant, participāt rōnem entis inquantum ens, & quæ entī inſunt. Sic cōcordat mecū Philoſophꝰ in principio. 4. & 6. meta. Et concordat etiā Alex. in. 6. met. cō. 5. vbi dicit. & cūm interrogat vtrū vl'is ſit prima Philoſophia, mea quidē ſententia non dicit vl'is, pro eo, quod eſt alias cōplectens, quēadmodū exponebamus: ſed vlem & potiore, & nobiliore dixit Et ſcribit etiā præfatus Alex. in. 4. mgta. in tex. 1. ꝙ prima Philoſophia non verſat' in particularibus entibus, quia tunc non eſſet à cæteris ſcientijs particularibus diuerſa. & ſic exponit dictum Philoſophi ibi, qualiter ſcientia Diuina conſyderat ens inquantū ens ſimpl'r: aliæ aūt particulares ſcientiæ partes entis, & p'm curā illā accidētia ſpeculant. Vides igitur, ꝙ non ſub eadem rōne aliquid efficit ſub membro contradiuidente ſibi aliquod, ſub qua contradiſtinguitur illi. Nec hoc inconuenit, vt idē, ſub diuerſis reſpectibus conſyderatū, ſit diſtinctū ab aliquo & ſit pars ſubiecta eidē. dicit etenim. Cō. in. 3. cœli & mundi in cō. 9. ens p'm ꝙ eſt reſpectiuū habet diſpoſitiones contrarias & infinitas, & p'm ꝙ eſt eſſentia non eſt niſi vnū, & eſt quaſi ſua eſſentia, cōparatio. n. eſt accidens ſeparabile à re, res aūt non ſeparatur à ſe. Michael aūt Epheſius aliter interpretat' illū locū. 11. meta. aſſerit. n. Naturalem philoſophiā, & Mathematicā eſſe partes Sapientiæ, qñ iſtæ demonſtrant, & non fallunt, quod maxime Sapientiā attingit. ad dictam Sophiſticæ, quæ ſemper accipit falſa, & Dialecticæ, quę ſtudio perſuadendi interdum accipit falſa. Sed iſta expoſitio vera eſſet, ſi textus diceret partes eſſe Philoſophiæ, ſed aſſerit eſſe Sapientiæ. inquit. n. μέρτις σοφίας. Sapientiam autem Ariſt. primam Philoſophiam appellare ſolet. vnde bene Ariſt. Philoſophiam diuiſit in theoricā & practicā, & theoricā in tres partes. Dialecticā aūt nō partē Philoſophię ſed inſtrumentū vtriuſq; opinat' eſt eſſe, vt notat bene Alex. in topicis, & in lib. prior̄, licet, Plato aliter ſēſerit, vt diximꝰ alibi.

6. meta. com. vlti. Sexta contradi. eſt in cōm. vltimo, quod eſt octauum in ordine. Dicit Commenta. ꝙ animia pōt ſimul oppoſita recipere. Huius th oppoſitū habet. 4. meta. tex. cō. 9. vbi Cōm. & Philoſophus probant p deductionem ad impoſſibile, ꝙ, ſi primum principium non eſſet verum, tunc opiniones contrariæ in eodem eſſent. & Commen. in cō. dicit, ꝙ qui dicit aliquod intelligibile, ponit hoc fundamentū, ꝙ duo oppoſita non congregant' ſimul. Memini me ſuperius difficultatem iſtā in hoc loco diſcutiendā fore pollicitū eſſe, quia videbat' locus iſte proprius eſſe huic materiæ. Dico de intentione ſapientum ea, quæ diſperſa ſunt in inferioribus vnita eſſe in ſuperioribus. vñ Commen. 12. meta. cō. 18 dicit oēs formas in potentia eſſe in prima materia, actu vero eſſe in primo motore. & illud forte intēdebat Plato in poſitione idearū. ſicut dicit Cōm. ibi. Similiter. dico ꝙ ea, quæ contrariantur in rebus inferioribus, & materialibus, in ſuperioribus & immaterialibus nō contrariantur vnde, ſicut dicit Cō. hic, albedo & nigredo, quò ad eſſe, quod hāt extra animam, in materia contrariant'. & ideo materia ſimul non pōt habere iſta ſed ſucceſſiue, maxime quò ad gradus, p'm quos contrarietatem habēt, quod dico propter colores medios, qui p'm Auerro. in pluribus locis actu componuntur ex extremis. tamen ſpecies albedinis, & ſpecies nigredinis nullam habent contrarietatem in viſu, vel in ſenſu cōmuni, vel in intellectu. De iſtis igitur contrarijs incomplexis iudico dictū Auer. veritatem habere ſine dubio: ſed de contrarietate, quæ eſt inter complexa: difficultas eſt, & aliqui ad pauca reſpicientes voluerunt etiam prædictā Auer. ſententiā ſe extendere ad complexa, ita ꝙ dicunt opiniones de contradictorijs non eſſe contrarias in intellectu. Et iſta opinio falſa eſt, & impoſſibilis ſine dubio, falſa eorum pacet tum quia ſententia Philoſophi expreſſa eſt in. 2. perihermenias contra hoc: tum quia opinio iſta redit ad opinionē negantium primum principium. nam, ſi opiniones de contradictorijs non ſunt contrariæ, quid ergo prohibet vnum & eundem contradictoria vere opinari. ſed iſtud inconueniens contingit eis propter vnitatem intellectus ſuſtinendam, quam rectius finctionem, & falſitatem dicere fas eſt. ſed vt dixi, ad pauca reſpicientes de facili enunciant. Si tamen eſt tibi curæ iſta ſoluere, quia fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum, dicas opiniones cō tradictoriorum contrarias eſſe. Tñ eſto ꝙ ſit vnitas intellectus, diceret Cōm. propter hoc non ſequi aliquod inconueniens. Nam quēadmodū eadē oratio ver & falſū ſuſcepiua

Soluti.

ꝓpria eſt,ad variationē facta in re, quia in ea non eſt niſi tanquam in ſigno, in re aūt eſt tanquā in cauſa,ſic etiā veritas,& falſitas propoſitionū contradictoriarū exiſtentiū in intellectu cōſiſtit in relatione ad diuerſa phantaſmata, & reſpectu illorū non ſunt contraria,ſed reſpectu vnius,& eiuſdē hois contraria ſunt,quia in virtute eius cogitatiua non pſit eſſe duæ opiniones particulares contradictoriæ.& quia intentiones intellectæ,ſicut ipſe dicit.3.de aīa.cōm 30. ſunt colligatæ cū intentionibus imaginatis,ſic igit reſpectu vnius contraria ſunt,nō reſpectu diuerſorū.Sed iſta ſolutio,& ſi de intentione Cōm.ſit,tñ multas habet initātias,quæ ad.3.de aīa dimittant diſcutiēdæ, vbi in quæſtione de intellectus pluralitate multa dicete meminimus.Ad formam igit contradictionis dicendum puto,ꝙ longe aſſ Auer. exponi tex.illū nouū 4.met. q̄ exponunt noſtri Latini.nam ſm Latinos Ariſt.ibi.ſm eorum expoſitionem probat, ꝙ duo contradictoria non pſit ſimul vera eſſe,quia,ſi quis opinaret oppoſitum primi principij,ſequeret ꝙ, cum opiniones de cōtradictorijs ſint contrariæ, tunc accideret contraria in eodē eſſe.ſed longe aliter exponit locum illū Com. & ſua expoſitio talis eſt ꝙ,ſi dictum Heraclit eſſet verum,cùm contingat duos diuerſos hoies dicere contradictoria,& exiſtimare ea vera eſſe,ſequeret ergo duo cōtradictoria eē vera ſīl,qđ nō eſt poſsibile:quicquid ſit de hoc,iā diximꝰ qūo contraria in intellectu poſſunt ſimul recipi.& qūo non.de dictis aūt aliorū nō ſit nobis curæ.iuxta illud Arbitrij noſtri non eſt ꝙ quiſque ſequatur.

5. meta. com. 8.

Septima contradi.eſt ibidē. Dicitur falſum & verum in anima eſſe, bonum aūt & malum eſſe in materia. Sed oppoſitum huius apparet.3.de anima.34.&.5.met.te. com. 19. vbi dī ꝙ,maxime bonū & malū tale quale in animatis. Dico ꝙ Cō.3.de anima.Cō.34.dicit ꝙ ens in intellectu eſt bonum ſimplr,ſed ens extra intellectū eſt bonum ſ reſpectu.intelligitur ſic dictū iſtud. ens in intellectu eſt bonum ſimplr,i.inquā tū ens abſolute,iuxta illud Philoſophi ſm pliciter dico,ꝙ nullo addito dico. ſed ens extra intellectum eſt bonū in reſpectu, qa eſt bonū in reſpectu operantis. Et ideo dixi,ſm ꝙ mihi videtur.Cō.12.meta.cō.36. ꝙ balneum in aīa mouet vt efficiens, ſed balneum extra aīam mouet vt finis, quia, cū finis habeat rōnē boni,iuxta illud Philoſophi in.2.met.t.c.8. qui dicūt infinitū auferūt boni naturā.&.5.met.t.cō.3.& qa bonitas balnei in reſpectu operāns nō eſt ſm eſſe,qđ habet in aīa,ſed ſm eſſe qđ hēt extra aīam, pp hoc dixit ergo Cō. Balneū extra aīam mouere vt finē. Quantū aūt ad intentionē Philoſophi hic ſpectat dicendū puto cū Beato doctore in prima parte ſummæ,qō.16.art.1 ꝙ ſicut bonū nominat id in quod tendit appetitꝰ, ita verū nominat id, in qđ tendit intellectus. hoc aūt diſtat inter appetitū & intellectum, ſiue quācūq; cognitionē. nā cognitio eſt ſm ꝙ cognitū eſt in cognoſcente: appetitus aūt eſt ſm ꝙ appetēs inclinat in ipſam rē appetitā, & ſic terminus appetitus, qđ eſt ipſum bonū eſt in re appetibili: ſed terminus cognitionis, qđ eſt verū,eſt in ipſo intellectu,& ſicut bonum eſt in re,inquantū hēt ordinē ad appetitū,pp hoc ratio bonitatis derivat à re appetibili in appetitū, ſm qđ appetitus dr bonus,prout eſt boni,ita cū verū ſit in intellectu, ſm ꝙ cōformat rei intellectę, neceſſe eſt ꝙ ratio veri denuetur ad rem intellectam,vt res intellecta vera dicat,ſm ꝙ hēt ordinem ad intellectū.& hoc forte voluit dicere Philoſophus, ꝙ bonū & malū ſunt in rebus,ſed verum & falſum ſunt in anima.Propter hōc tñ nō excludit quin in rebus animatis rō boni ſit, cū animata etiā res ſint, & nobiles res, q̄ inanimata,teſte Philoſopho in.2.de generatione aīaliū:c.1. & etiā Auguſti.15.de trinitate.ca.4.viuentia nō viuentibus: intelligentia nō intelligē tibus,inuſtū iuſta, beata miſeris præferenda iudicamus. Et ideo tenendum eſt maximum bonum in animatis eſſe, cùm maxime res ſint,vt dicit Philoſophus.5.met.t.9

Solutio.

SOLVTIONES Contradictionum in dictis Ariſt.& Auerrois,

Super Septimo Metaphyſicorum.

7. meta. com. 5.

PRima cōtra.eſt in cō.5.Auer. hēt ꝙ oēs Antiqui de quibus meminit Philoſophus ibi,nō peceperūt niſi materiā ex qua tuor cauſis. Sed huiꝰ oppoſitū hēt ex hoc,qđ dicā nā Anaxagoras cognouit intellm abſtractū.1.de aīa.80.&.1.phy. 39.&.1.meta.te.cō.2.qui ſm ipſum erat ſegregans oīa,quę in ſuo chaos cōmixta erāt. Similiter inſtātia eſt de Empedocle.ipſe.n. poſuit vltra quatuor elementa,quæ ſm ipſum cōcurrebāt in gñe cauſę materialis,hīt

& amicitiam, quæ concurrebant in genere cauſæ efficientis, ſicut patet 1. phy. te. cō. 41.

Solutio. Soluit propoſitio iſta habet veritatē de omnibus alijs Antiquis longe ante Ariſt. exiſtentibus, præterquam de Anaxagora. & Empedocle: ſicut ſcribit Cōmen. in 2. phyſicę auſcultationis cō. 75. Dixi aūt notabiliter de Antiquis longe ante Ariſt. exiſtentibus, pp Socratē, & Platonem. nam tempore iſtorū fuit cognita tanq̄ fmis, ſicut dicit Comen. 1. meta. cō 50. quia iſti inſtituerunt res publicas propter bonū. ſimiliter Plato ideas poſuit, q̄ in genere cauſę efficientis concurrūt.

7. meta. tex. 8. Secunda contradi. eſt in tex. 8. Ariſto. & Commen. dicunt q̄ forma videtur eſſe magis ſeparabilis, q̄ materia. Sed huius oppoſitum ſcribit Alexā. in paraphraſi de anima cap. 1. vbi habet q̄ fieri nullo pacto pōt, vt materia per ſe ſubſiſtat. nam ſic et materia rōne ſeparet̄ à forma, nō tñ fm eſſe, & ſubdit q̄ non ſolū aūt eiuſmodi materia, verū ipſa quoq; materiæ ingenita forma nullo pacto pōt per ſeipſa ſubſiſtere. Quinimo forma magis hoc pati videtur, q̄ ipſa materia. quāquam .n. materia per ſe ſubſiſtere ſine forma non poſſit, tñ in compoſitis corporibus continenter excipit̄, non q̄ ſimplr materia ſit, ſed q̄ alicuius materia, cū ſit, per ſe ſubſiſtere videt̄. Formarū aūt, quę in materia fiunt, nulla vnquā per ſe pōt ſubſiſtere, ſiue ſimplicis corporis, ſiue compoſiti corporis eſſe deprehendatur. vnde videtur eſſe aperta contradictio inter Alexandrum, & rationem Alexandri, & dicta Ariſt. & Commen. Niſi eſſet q̄ Cōmen. in cō. refert illam

Solutio. ſeparabilitatem, quò ad intellectum, quia intellectus formæ videt̄ magis ſeparatus, q̄ intellectus materiæ, ſicut eſt de potentia & actu, vt ſupra dictum eſt. ſed Alexā. loquit̄ de ſeparatione quò ad ſubſiſtentiam in rerum natura. Sed tunc contra Alexan. emergit difficultas. quia materia eſt ens poteſtate, & forma, & cōpoſitum ſunt entia actu: ſubſiſtentia magis tribuitur actui, q̄ poteſtati. & hoc videt̄ dicere tex. Ariſto. Dicit .n. Aut impoſſibile. etenim ſeparabile, & hoc aliqd ineſſe videt̄ maximæ ſubſtantiæ. propter quod forma, & quod ex ambobus ſubſtantia videtur eſſe magis, q̄ materia. certiſſimum eſt aūt, q̄ hoc aliquid apud Ariſt. dicit rem per ſe ſubſiſtentem. Dic, q̄ rei ſubſiſtentia dupl̄r concipi pōt. Vno modo, quò ad actu conſiſtere, & ſic ſubſiſtentia magis formæ, & compoſito attribuitur, q̄ materiæ. & iſto modo Ariſt. ibi ſumpſit. Alio modo pro permanentia rei ſine corruptione in ſua ſubſtantia, & ſic magis ſubſiſtit materia, quæ eſt ingenerabilis, & incorruptibilis, q̄ forma, aut compoſitum. & ſic intellexit Alexander.

Tertia contradi. eſt in cō. 10. Habet ſingularia notiora eſſe vſibus. Huius oppoſitum habet. 1. phy. tex. cō. 4. & cō. 5. & 57. & alibi infinities. Soluitur. ſingulare, de quo loquit̄ hic eſt notius vſi in cauſando, iuxta illud Philoſophi in prœmio meta. vſia ſunt maxime difficilia ad cognoſcendū. Aut loquit̄ hic quātum ad cognitionem complexam. ſingulare .n. & ſi de eo ſcientia nō ſit, tñ eſt principium ſcientiæ, pro quanto ex ſingularibus per inductionem ſumit̄ vſe, quod eſt principium artis, & ſcientiæ. Aut loquit̄ de confuſa cognitione ſingularium, & de diſtincta vſium. Sed iſtud vltimum nō placet multum, quia tunc abuſiua ſatis eſſet iſta comparatio, ſicut intuenti patere pōt. Aut aliter. ſingularia ſunt notiora nobis in cognitione in genere ſumpta, vt eſt cōmunis ad ſenſitiuam & intellectiuam, nam prima noſtra cognitio naturalis ſenſitiua eſt.

7. meta. com. 10. Solutio.

Quarta contradi. eſt in comē. 12. Scribit Commen. q̄ ſubſtantiæ compoſitæ habent definitionem. Huius tñ oppoſitum expreſſe habet infra in cō. 37. Solutio eſt iſta, qñ infra dicit compoſitorum non eſſe definitiones, per compoſita intellexit ſingularia, & de talibus non eſt ſcientia, neq; per definitionem, neq; per demoſtrationem. 7. huius tex cō. 35. & 51. ſed ſolum ſenſus. hic vero ſumit compoſita vſia. & talium bene definitiones eſſe poſſunt. ſimiliter talia ſubiecta demōſtrationū ſunt. & hoc eſt, qđ dixit Cō. 1. meta cō. 27. ſenſibilia hūt duos modos cōprehenſionis, vnū, qui non eſt ſcientia eorū, ſed imago, vt ſunt ſingularia. & modū, qui eſt ſcientia eorū, & ſunt intellecta vniuerſalia.

7. meta. com. 12. Solutio.

Quinta contradi. eſt in eodem cō. 12. Habet Commen. q̄ definitum eſt vnū actu, & duo potentia. Sed huius oppoſitum habet infra. tex. cō. 43. vbi habet q̄ genus eſt ī potentia, & dfia eſt actus, & ita definitum nō eſt duo in potentia, ſed vnum in potentia, & aliud in actu. Soluitur. definitum eſt vnū in actu, quantū ad conceptum confuſum. ſed quantum ad cōceptum diſtinctum eſt duo in potentia. quia poteſt reſolui in duos conceptus: qui conceptus tñ ita ſe habent, q̄ vnus eſt potentialis ad alterum, ſicut cōceptus generis ad conceptum dfiæ. & ſta ſe dat̄ contradictio clariſſime, ſicut vides.

7. meta. com. 13. Sexta contradi. eſt in cō. 13. Habet Cōm. q̄ definitio non eſt omnis ſermo ſignificans illud,

illud, quod ſignificat nomen. Huius tñ oppoſitū patet 4. meta. tex. c. 28. vbi habetur ꝙ ratio, quā ſignificat nomen eſt definitio. Soluitur in habentibus quid rei, ratio quid rei, & ratio quid nominis coincidunt, non tñ abſolute ratio quid nominis quælibet eſt definitio quid rei. multa. n. habent quid nominis, quæ tñ quid rei carent.

Solutio.

Septima contra. eſt in c. 14. Hēt Cō. ꝙ priuatio non eſt non ens ſimplr. Sed huiꝰ oppoſitum patet. 1. phy. 79. cō. Reſpondetur. priuatio formaliter eſt non ens, ſed connotatiue aliquid entitatis habet. ſic loquitur hic ratione connotati, ſed in alijs locis loquitur reſpectu ſuæ primæ, & formalis imaginationis. vide com. 11. duodecimi meta. & cō. 60. primi phyſi.

7. meta. com. 14.

Solutio.

Octaua contradi. eſt in cōmē. 18. Habet Cōmen. ꝙ accidentia per accidens non habent definitionem omnino. Huius tñ oppoſitum patet ſupra cō. 14. &. 15. Soluitur. intelligit dictum eius hic iſto modo, accidētia per accidens non habent definitionem omnino, quæ videlicet habeat habitudinē per ſe, & eſſendalem. & hoc manifeſtant verba eius ſequentia, quia reddens cauſam ſui dicti, propter quid accidentia iſta non habent omnino definitionem, inquit, definitio. n. ſignificat res terminatas. Aut aliter ſolui pōt. accidentia per accidens duplici ſubiecto comparari poſſunt, eſſentiali, ad quod primo conſequuntur, & accidentali, cui ꝙ accidens attribuuntur, & tunc diceretur, ꝙ talia accidentia in comparatione ad ſubiecta, quibus per accidens attribuuntur, non habent definitionem, ſed bene in comparatione ad prima ſubiecta definiri poſſunt. & iſtam ſolutionē etiam latenter innuit Commentator in hoc loco, ſicut mihi videtur.

7. Meta. com. 23.

Solutio.

Nona contradi. eſt in cō. 23. Dicit diſſolutionem fieri à poſteriori ad prius. Huius tamen oppoſitum patet. 2. meta. commen. 11. Vide ibi, quia ſoluta fuit.

7. Meta. com. 23.

Decima contradi. eſt ibidem. Habetur ꝙ materia de nominatiue prædicatur de eo, cuius eſt materia. Oppoſitum patet. 2. de generatione. tex. cōmen. 4. contra Platonem. vide ibi, quia ſoluta fuit.

7. Meta. com. 25.

Solutio.

Vndecima contradi. eſt in 25. cō. Scribit Commen. ꝙ generatio magis attribuit priuationi, q̄ ſubiecto. Huius tñ oppoſitum patet. 1. phy. cō. 60. vbi habet, ꝙ illud, quod vere generatur, ſubiectum eſt. Soluitur. ſubiectū motus vere moueri dī, quia motus eſt i moto, non in motore. & ideo ſubiectū generationis veriſſime generari dī, vt Cōmenta. dicit. 1. phy cō. 60. ſed in talibus non ſolemus niſi rariſſime loqui, cum iſtis præpoſitionibus, ex, vel ab, in ſubiectis. vt dicamus ex hoſe fit muſicus, vel ab homine ſit muſicus. ſed talibus modis loquendi vtimur in priuationibus. ſolemus. n. dicere ex immuſico muſicum fieri. & hoc maxime propriū eſt idiomati Græcorū, ſicut ſcribit Cōmē. 1. phy. 61. cō. & ideo dixit hic generationē magis attribui priuationi, q̄ ſubiecto, ad modū declaratū. & de hoc clare vide. cō. 61. primi phy. & inuenies illud, quod dicimus.

7. Meta. tex. 28.

Duodecima contradi. eſt in tex. 28. Scribit Philoſophus, ꝙ diuerſa propter materiā vt Socrates, & Callias, ſunt eadem in forma. & Cōmen. in cō. ſcribit ꝙ multitudo indiuiduorū in eadē ſpecie prouenient ab vno generante eſt propter multitudinem materiarum, in quas agit. ex quo elicitur, ꝙ materia eſt principium diſtinctionis indiuiduorum in eadem ſpecie, & non forma, & per conſequens indiuiduum principalius dependet in eſſe à materia, q̄ à forma; quia eadē ſunt principia eſſendi, & diſtinguendi. Sed huius oppoſitū habetur ab Auer. in q̄ pluribus locis, vt. 1. de aīa cō. 90. vbi dicit, ꝙ omne continuū & vnum numero eſt per ſuam formā, & non per ſuam materiam. & in. 2. de anima. cō. 27. &. 9. expreſſe dicit indiuiduum eſſe hoc, & indiuiduū per formam, quia non eſt indiuiduum, niſi, ꝑm ꝙ eſt in actu, & non eſt in actu niſi per formam. Soluitur. indiuiduū diſtinguitur ab alio, & a priori, & à poſteriori. A priori aūt aliquid dicitur diſtingui, qñ per principia intrinſeca conſtituua diſtinguit. & ſic indiuiduū, cū conſtituatur in eſſe ex materia & forma tanquam ex principijs intrinſecis, ſic diſtinguit ab alio, & per ſuam materiam, & per ſuam formam. nam vt ſcribit. 12. primæ philoſophiæ tex. cō. 27. alia eſt natūra tua, & mea, forma tua, & mea. Si aūt iſta duo adinuicem comparentur, videlicet forma, & materia, & quæratur à quo intuitus vnum indiuiduum diſtinguit ab alio, vtrum per ſuam formam, an per ſuam materiā. Ad hoc non eſt niſi diſtinctione reſpondendū: quia quæſtio iſta eſt multiplex: & qui qōnem multiplicem vt ſimplicem interrogat, aut male interrogat, aut captioſe interrogat. vbi. n. eſt multiplicitas, ibi eſt confuſio apud intellectum, & ideo oportet qōnem multiplicem interrogatā diſtinguere, vt docuit Philoſophus in. 1. cœli. in te. cō. 110. & in. 1. elenchorum. Dico igitur, ꝙ aut hoc quæritur abſolute, aut prout principium diſtinguendi

Difficultas de principio indiuiduationis.

Solutio.

Quo ſenſu forma

& quo pacto materia sint distinctionis causæ.

distinguitur contra principium assimilandi. si primum sic dico, ꝙ quemadmodum à forma indiuiduũ habet esse & non à materia, ita etiam ab ea recipit distinctionem quia, vt dicit lucidissimus Themi. in princi. 2. de anima, à forma res habent vt essent, sed a materia res habuerunt vt fierent. materia. n. est, ex quo fit aliquid sed forma est, per quã est hoc aliquid. & hanc sententiam asseruit etiam Cõmen. in. 7. met. in cõ. 37. vbi dicit forma est, quę cũ fuerit, erit res: sed materia eũ fuerit non erit res. sic igit̃ à forma principaliter indiuiduũ habet esse, & ꝙ formam principaliter recipit distinctionẽ, à priori loquendo. à materia aũt non recipit distinctionẽ principaliter, sed secundario, vt comparat̃ ad formam. Sed, si distinctio indiuidui ꝙ materiã cõparet̃ ad distinctionẽ à posteriori, quã hẽt indiuiduũ per quantitatẽ, & per alia accidẽtia, sic dico, ꝙ indiuiduũ principaliter distinguit̃ ab alio per materiã, & non per accidentia, nisi cõcomitanter. & hoc colligit̃ ex intentione Auer. in lib. destructio destructionũ in dispu. prima in soso. 7. dubij. vbi dicit inconueniẽs est in diuiduũ distingui ab alio indiuiduo solum ꝙ accidentia, immo indiuidua ab inuicem distinguunt̃ materia. &. 7. primæ philosophiæ. cõ 2. expresse scribit, ꝙ indiuiduũ substantiæ præcedit indiuidua aliorũ accidentiũ. sic igit̃ distinctio à materia est prior distinctione per accidẽtia. Quod eũã ratione ostẽdit. nã, si indiuiduũ principaliter̃ esset hoc & distinctum ab alio eiusdẽ speciei ꝙ aliqđ accidens, tunc aut hoc esset per accidentia terminata, aut per accidentia interminata: non per accidentia terminata, quia illa adueniunt cõpositio post formã ſm naturam, vt dicit Cõ. in. 1. caꝑ. de substã. orbis, & per consequẽs in illo priori indiuiduũ est hoc, & non illud, & non per aliquod accidẽs terminatũ, nec etiã per accidentia interminata, quia talia fundant̃ in materia, & sunt in differentia ad quãlibet formam. Et ideo caueant, qui ponunt quantitatẽ esse principiũ indiuiduationis à priori, & distinctionis, sed solũ est à posteriori. sic. n. intelligo dictũ Cõ. in. 1. phy. cõ. 6. & licubi habet similẽ modũ, ꝙ multitudo, aut est rerũ differẽtiũ ſm formã, aut est rerũ differentiũ ſm quãtitatẽ. vbi per differentiã ſm quantitatem intelligit diuam eorũ, quæ sunt vnius speciei. sed licet Philosophis inspicientibus multitudinẽ in eadẽ specie apparuit, ꝙ non inuenit̃ nisi in rebus materialibus, & quantis, quãtitas tñ nõ est principiũ intrinsecũ, & principale istius multitudinis, & distinctionis, & per se, sed necessario requisitũ, & secundariũ. dixi aũt necessario requisitũ. quia, si materia non esset diuisa per quantitatẽ in suis partibus, non posset habere in eadẽ hora plures formas in actu, vt scribit Cõ. in libro de substantia orbis. Si aũt quæstio quęrat, vtrũ distinguendo principiũ assimilandi contra principiũ distinguendi, à quo indiuiduu principaliter̃, & appropriate recipit distinctionẽ, & similitudinẽ, vtrũ à materia vel à forma, Soluo sine aliquo dubio, ꝙ distinctionẽ appropriate recipit à materia, & assimilationẽ appropriate recipit à forma. Nã impossẽ est assimilationem fieri à materia, à qua est omnis infirmitas, sed hoc est à forma. & hoc est, qđ pulchre notauit Arist. in præsenti tex. cõ. 28. ꝙ quæ sunt dria propter materiã, vt Socrates, & Callias, sunt eadem in forma: ecce ꝙ identitas est à forma & diuersitas est à materia. Vnde Cõ. in cõ. dicit ꝙ multitudo indiuiduorũ prouenięs ab vno generante est propter multitudinẽ materierum in quas agit. & est ratio, quia fundamentũ proximũ idẽtitatis est vnitas I substantia. dicitur. n. in. 5. meta. tex. cõ. 20. eadem sunt, quorum substantia est vna. sed cum vnitas sit principaliter à forma: dicitur enim in. 2. de anima. tex. cõ. 7. Ens & vnum cũ multiplr̃ dicant̃, quod vere est, actus est. & 3. phy. cõ. 68. inquit Cõmen. causa, ꝓpter quam vnũ est indiuisibile, est quia omnis res est vna per suam formã. forma aũt est indiuisibilis per se. & hoc etiam sentit in infinitis alijs locis. Materia aũt appropriate dicit̃ esse principium distinctionis illo modo quia ex quo non potuit esse principium cõuenientiæ, & similitudinis, secutum est, vt esset principium diuersitatis. Et hoc bene enucleauit nobilis Peripateticus Auerro. in lib. destructionũ disputa. prima. in solutione. 7. dubij, vbi sic scribit ad literam. Nam causa multitudinis numeralis est materia apud eos: causa vero distinctionis in multitudine numerali est forma. Reperiri autem multa numero, eadem tñ forma absq; materia, est qđ dubiũ. nã nõ cognoscit, nec distinguit̃ indiuiduum ab indiuiduo aliquo attributo, nisi per accidens. qm̃ reperitur aliud, quod cõmunicat ei in attributo illo: distinguitur tñ indiuiduũ ab indiuiduo ex parte materię. Adde etiam ꝙ Philosophi, & præcipue Peripatetici, cũ viderint multitudinem sine necessitate in natura non esse ponendam, dixerunt multiplicationẽ indiuiduorũ in eadem specie ex diminutione

Quantitatẽ non esse indiuiduationis principium à priori.

proficus,

proficiſci, ſicut notat Cõm. in. 1. cœli in cõ. 4. & 98. & in. 2. de anima, cõ. 34. &, quia talia ſunt, quæcũq; habent formam in materia, vt generabilia & corrupubilia, ideo dixerunt cauſam iſtius multiplicationis fuiſſe materiam. vnde contradictiones illæ arduę non niſi per diſtinctionem ſolui poſſe & ab huiuſmodi difficultatibus nõ niſi ſolers ingenium euadere poterit.

7. meta. com. 29. Decimaterria contradi. eſt in cõ. 29. Habet Commẽ. q; quemadmodum eſt in mobilibus localiter, q; quædã mouentur ex ſe, & quædam ex alio, ita eſt in generabilibus. videt ergo q; aliqua ab intrinſeco alterari queant, & generari. Cuius oppoſitum patet

Solutio. 2. phy. cõ. 1. ibi ſoluitur. quia licet in corporibus ſimplicibus non inueniatur corpus, quod alteretur ex ſe, ſicut inuenitur corp⁹ ſimplex, quod mouetur in loco ex ſe: tñ in compoſitis hoc, vt ipſe dicit, fallit. quia talia poſſunt habere principium intrinſecũ effectiuum reſpectu ſuæ alterationis, & partialis generationis: ſicut eſt in nutritione, quæ fit in animalibus, & plantis reſpectu illorũ, quæ aduenium ſuis corporibus ab extrinſeco, ſicut eſt cibus & potus.

7. meta. com. 32. Decimaquarta contradi. eſt in cõ. 32. Dicit q; in generatione ſubſtantiæ oportet, q; præexiſtat agens, quod ſit ſubſtantia. Sed inſtantia eſt de igne, qui. 2. cœli. cõ. 42. &. 1. metcoro. generatur à motu. Soluitur in cõ. illo. 42. Nam ſubſtantiæ imperfectæ, quæ quodammodo mediant inter ſubſtantiam & accidens, quales ſunt ſubſtantiæ elementorum, indifferẽter poſſunt & ab vniuoco. & ab æquiuoco generari.

7. meta. tex. 35. Decimaquinta contradi. eſt in t. 35. Dicit Philoſophus in præſenn tex. vbi loquit de partibus definitionis ſm materiam, & ſm formam, q; anima & animæ eſſe ſunt idẽ, & circulus & circulo eſſe ſunt idem, vbi Cõmen. in cõm. notat, q; intendit Philoſophus per hoc, q; definitio animæ, quę dat ei⁹ quiditatem, videtur eſſe ipſum ſuum eſſe, & q; in definitione eius non apparet materia, oino, & iſta, in quorũ definitione ei⁹ nõ apparet materia, ſunt illa, i quorũ definitione apparet, aliud, & definitio dr de illis principaliter, & de iſtis ſecundario Sed hui⁹ oppoſitum adducebam ex. 2. de anima tex. cõ. 5. vbi dicitur q; anima eſt actus corporis inſtrumentalis, potentia vitam habentis: vbi patet q; in definitione animæ ponitur corpus, quod eſt materia, vt habetur. 2. de anima. te. com. 8. Beatus Thomas in. 7. primæ philoſophiæ in lectione. 9. in expoſitione

Solutio. prima. tex 34. dicit quòd in definitionibus illarũ formarum, quæ ſunt ſimul ſumptæ cum materia, ita, q; forma non poteſt diſtincte concipi ſine tali materia, licet materia non ſit pars formæ, tamen in definitione talis formæ dicitur poni materia, vt corpus inſtrumentale in definitione animæ. ſicut. n. accidentia non habent eſſe perfectum, niſi ſm q; ſunt in ſubiecto, ita nec formæ niſi ſm, q; ſunt in proprijs materijs, & propter hoc ſicut accidentia definuntur ex additione proprij ſubiecti, ſic formæ ex additione proprię materię. & hanc viam etiam ſequitur Egidius Romanus in. 2. de anima. Sed iſta opinio ſtare non poteſt. quia Ariſt. definionem datam per additamentum in 7. meta. dicit eſſe accidentium, & non ſubſtantiarum. cum autem forma ſit ſubſtantia, non poteſt dici, q; definitur per additamentum, niſi rediret opinio Antiquorum aſſerentium omnem formam eſſe accidẽs, Et ideo dicamus nos cum Antiquis Peripateticis q; licet in definitione formarum naturalium debet poni materia, vt habetur in primo de anima tex. com. 16. & in. 2. phy. tex. cõ. 26. & licet materia non ſit pars formæ. quia tñ eſt vehiculũ, & ſubiectum formæ, & in relatione quadam conſiſtit ad ipſam formam, impoſſibile eſt formam talẽ vt ſic ſine materia definire, vt ſentit Cõmẽ. 1. de anima commen. 16. & in. 4. phy. cõ. 16. Non tamen propter hoc illa definitio erit ex additione. quia definitiones ex additione ſunt de genere illarum, in quibus apparet aliud, vt dicit Commen. in præſenu cõmento, & ſunt definitiones accidentium, in quib⁹ apparet ſubiectum, quod eſt aliud genere à forma definiti. ſed materia eſt in eodem genere cum forma. Amplius ex materia & forma fit per ſe vnũ, ſed ex ſubiecto & accidente non fit per ſe vnum. & ideo nullo pacto Antiqui Peripatetici concedunt definitionem formę ſubſtantialis eſſe ex additione. hoc. n. eſt accidentalis formæ proprium. Sed quantum ſpectat ad præſentem contradictionem ſoluo, q; Cõmenta. intellexit in definitione, quæ dat quiditatẽ animæ, non apparet materia omnino, videlicet ſicut apparet materia in definitione accidentiũ, ex qua etforma non fit per ſe vnũ. nã hoc declarant verba ſequentia. inquit. n. q; tales definitiones, in quib⁹ apparet materia, ſunt de gñe illarum, in quibus apparet aliud: & definitio in illis dr principaliter. & in iſtis ſecũdario. notum eſt aũt ex declaratis in ſeptimo, q; ſubiectũ cadit in definitione

Solutio. propria.

accidentiũ ſicut additiũ, & ſicut cauſa materialis, vt dicit Commen. expreſſe. 4. meta. cõ. 2. & tales definitiones ſunt ſecundarie. ſed definitiones, in quibus non apparet materia alterius generis, ſunt ſubſtantiarum, & taliũ definitiones ſunt pricipaliter. Illo modo igit̃ eſt gloſanda authoritas Cõment. q̃ omnino non apparet materia in definitione animæ, ſicut apparet materia in definitione accidentium, & eſt ſermo conſonus verbis ſequẽtibus. Aut dic q̃, licet in definitione dante animæ quiditatem apparet materia, tñ non apparet omnino tanquã pertinens ad eſſe quiditatiuum animæ. quia anima & ſuum eſſe idem ſunt. Dicit.n. Cõmẽ. cõ. 35. declarans præſentẽ authoritatẽ quõ anima & eſſe animæ idem ſunt, nomẽ formæ dr̃ de forma vl̃, & de forma particulari, ſed bene apparet in definitione eius, ſicut vehiculum deferens ipſam quiditatem, vt gloſat Commẽ. 7. meta. cõ. 34. Et nota vnũ ſatis pulchrum, & eſt antiquũ dictũ Alexã q̃ Naturalis plerũq; in ſcientia Naturali in concipiendis rebus, de quibus conſyderat, vtitur abſtractione mathematica, vt alias notaui tibi. Forma.n. rõne ſeparabilis eſt. 2. phy. cõ. & tex. 12. Et Ariſt. in. 7. meta. in tex. cõ. 37. expreſſe etiam concedit, q̃ formæ, q̃ũque in vna materia ſolum eſſe poſſunt, ſi militer ſe habent illis, quæ in diuerſis ſunt materijs. Nam ſicut illæ, quę in diuerſis materijs exiſtunt, materia non eſt pars formæ, ſicut qa forma circuli ineſt lapidi, & ligno, indiſcriminatim ſaluari põt, neutra talium materierum eſt de quiditate circuli, neque pars ſuæ eſſentiæ. Eadem ratione contingeret, ſi oẽs circuli eſſent ænei, ita q̃ forma circuli in nulla alia materia ſaluaret̃, pp hoc æs nõ eſſet de quiditate circuli, nec pars formalis eius, et licet forma circu'i non poſſet actu ſeparari â rali materia: poſſet tñ intellectu ſeparari, licet hoc ſit magis difficile, q̃ in caſu, quo forma poteſt ſaluari in diuerſis materijs. ſed non eſt hoc impoſſibile. & hoc eſt quod cõfitetur etiã Commen. in cõ. 37. vbi dicit, omnes vero formæ, quæ non exiſtũt pluſquã in vna materia, à qua nunquã ſeparantur. qm̃ hoc nõ prohibet intellectũ intelligere in eis eſſe aliquid ſimilę materiæ, & aliquid ſimile formæ. quemadmodum, ſi circulus nunquam eſſet niſi in cupro, hoc non prohibet intelligere, q̃ cuprũ non eſt forma circuli. nec pars formæ. hoc etiam aſſerit Cõmẽ. in. 12. met. cõmẽ. 39. vbi dicit, q̃ intellectus innatus eſt diuidere adunata in eſſe, ſicut diuidit materiã à forma, & formam à compoſito ex materia. & forma. & hoc eſt ad confirmandum ſecundam ſolutionem,

Decimaſexta contradl. eſt in tex. 37. Scribit Philoſophus, & Cõmen. q̃ formæ naturales non poſſunt abſtrahi a materia. vnde Commen. dicit q̃ impoſſibile eſt intelligere hominẽ ſine carnibus & oſſibus. Sed hoc videt̃ contradicere Ariſt. in tex. vbi dicit, q̃ ſicut formæ, quæ ſunt in diuerſis materijs, materia non eſt pars formæ, & intellectus poteſt abſtrahere formam à materia, ita pariformiter in illis, quæ in vna ſolum exiſtũt materia, à qua nunquam ſeparantur, vt ſi oẽs circuli ſunt ænei, ſicut ſunt formæ naturales, q̃ in propria, & determinata exiſtunt materia, vt hominis forma ſemper cum carnibus & oſſibus ſpectatur. hoc aũt auferre mente non eſt difficile, ita q̃ verba Cõmẽt. contradicunt verbis Ariſt. Et confirmatur. quia Ariſto. in. 2. phy. cõ. & te. 12. deſcribẽs formam, quæ eſt natura, dicit q̃ eſt forma, & ſpecies, non ſeparabiliter exiſtens; niſi ſm rõnẽ. & ita quælibet forma naturalis videtur ratione ſeparabilis. Et confirmatur authoritate Commenta. 12. meta. cõ. 39. vbi dicit q̃ intellectus põt diuidere adunata ineſſe, ſicut diuidit materiam à forma, & formam à compoſito ex materia, & forma. & eſt aperta contradictio, ſicut vides. Scias igitur ſm mentem Auer. 7. meta. cõ. 21. q̃ homo quandoq; ſumitur pro hominis quiditate, & quandoq; ſumitur pro congregato ex materia et forma. Et primo modo, forma hominis eſt homo, & ſecũdo modo forma hominis non eſt homo. quia homo pro congregato conſtat ex materia & forma, tanquã ex partibus ſubſtantialibus. vnde aliud eſt eſſentia hominis, aliud hominis quiditas. & ita eſt in omnibus generabilibus habentibus formam conceptam cum materia. 7. meta. tex cõ. 41. Et animaduertere, q̃ ſi ſumatur homo pro congregato, vt eſt eſſentia quædam per ſe exiſtens, ſic homo nõ poteſt intelligi ſine forma, & materia, quia ſunt partes, quæ ſunt de eius eſſentia, & vna non ſufficit ſine alia. ſed, ſi homo ſumatur pro hominis quiditate: ſic forma hominis poteſt intelligi per abſtractionem intellectus ſine materia, quia materia non eſt pars talis formæ, ſeu quiditatis, licet iſtam abſtractionem difficilius operetur intellectus in formis naturalibus, q̃ in mathematicis: quia tale ſunt indeterminata materia, à qua nunquam ſeparari poſſunt, vt ſint in alia. Intellectus n. vt ſcribit Commenta.

7. meta. tex. 37.

Solutio.

in. 4.

In 4.phyſi.in cō.95.multotiens opinatur illud,quod ſequit̄ rem,ſit ipſa res.Homo igit̄ pro congregato impoſſibile eſt vt intelligat̄ ſine carnibus,& oſſibus, quia compoſitum non poteſt intelligi,neq; conſtare ſine partibus componentibus.ſed homo pro hominis quiditate pōt intellectu abſtrahi à materia,licet hoc difficilius ſit, q̄ in formis mathematicis. Et nota,vt teſtat Alexan.q̄ iſta abſtractio eſt mathematica, qua qſiq; Naturalis vtit̄,vt alias notaui tibi.Et nota q̄ refert dicere formā naturalem poſſe intelligi ſine materia, & dicere poſſe eam definiri. primum verū eſt mathematica abſtractione,vt dixi,ſed ſm eſt impoſſibile,& hoc notat bene Ariſt.7.meta. tex.com.39. contra Platonem,vbi dicit,& comparatio quidem de animali, quam iuntor Socrates dicere ſolebat non bene ſe habet. abducit.n. à veritate,& opinari facit.quaſi contingens ſit hominem eſſe ſine partibus,ſicut linea ſine circulū. Sed hoc non eſt ſimile. ſenſibile nāq; aliquid forſan animal eſt,& ſine motu non eſt definire.& qñ Com.ibidem in cō.dicit, q̄ quiditates naturales non poſſunt intelligi ſine motu,ſicut quiditates Mathematicorum,intelligendum eſt definitiue, quia aliter contradiceret textui. primo.n.de anima tex.com.16. Phyſicus definit per materiam ſenſibilem,&.6.meta.tex.cō.2.idem habet vbi venatur diſtinctionem ſcientiarum ſpeculatiuarū ex diuerſis modis definiendi.ſic igitur oportet intelligere dicta ſapientum, quæ non poſſunt intelligi in modico tpe,& ſine labore grandi.Deus ſit dator auxilij.

7. meta. com.37. Decima ſeptima contradict.eſt in cō.37. Auer. dicit, q̄ definitio eſt formæ vſis, non compoſiti ex materia & forma. Huius oppoſitum patet commento vltimo octaui huius, vbi habet definitiones eſſe compoſitorum. Soluitur. ſumpſit hic compoſitum ex materia & forma,vt eſt ſingulare diſtinctum contra vniuerſale.& talis non eſt definitio,ſed ſenſus.ſed cō.vltimo octaui huius ſumpſit compoſitum vſe. nam tale ex materia in communi, & forma in communi componitur.et iſtius definitio eſſe poteſt,teſte Philoſopho hic.7.meta.tex.cō.37.

Solutio.

7. meta. com.37. Decimaoctaua contradi.eſt ibidem. Scribitur,q̄ formæ natura eſt ab intellectu non poſſunt ſeparari à materia i imaginatione. Huius ſm oppoſitum ſcribitur.4. phy.c.37. &.8.meta.cō 8.Soluitur.omne,quod intelligitur,intelligitur ſm q̄ eſt in actu.ſicut patet.9.meta.tex.cō.20.& ideo, cum materia ſit pura potentia,pro occurſu ab intellectu non poteſt apprehendi ſine forma,ſed eſt p analogiam ad formam cognoſcibilis: ſicut patet.1.phy.tex.cō.69.ſed ſic cognita materia,intellectus actu ſecundo poteſt materiā ſine forma intelligere, intelligendo.ſ.materiam non eſſe formam, & formam nō eſſe materiam. Nam vt ſcribit Commenta. 12. meta.cō.39. intellectus natus eſt diuidere adunata in eſſe in ea,ex quibus componuntur:quāuis non diuidantur in eſſe, ſicut diuidit materiam à forma.

7. meta. com.44. Decimanona contradi.eſt in c.44.Dicit Cōmen. q̄ in induiduo non eſt niſi forma particularis,& materia,ex quibus componitur Sed huius oppoſitum patet.5.meta cō. 6. vbi habet, q̄ in induiduo demonſtrato eſt natura addita naturæ componentium, & eſt illud,quod fit ex compoſitione.in omni.n.compoſitione ad aliquā vnitatē deuenire neceſſarium eſt.Soluitur.conſtitutiue, & integratiue nihil aliud eſt in induiduo,q̄ materia,& forma.ſic intelliguntur dicta eius hic.entitatiue aūt aliquid tertium poteſt eſſe,quod non eſt nec materia, nec forma, ſed eſt ſubſtantia compoſita: quicquid dicant Nouelli negantes tertiam entitatem, ſm principia Auer. Aut aliter dici pōt,q̄ dictum eius hic procedit contra Platonē, qui poſuit ideam ſeparatam neceſſariam ad generationem induidui, & ad eius compoſitionem ſicut poteſt patere tibi ex cōm.45. huius ſeptimi, & ita iſta authoritas non eſt contra ipſum in prælegata authoritate.5. meta.ſicut vides.

Solutio.

7. meta. com.57. Vigeſima contradi.eſt in cō.57.Auer.dicit q̄ nullum commune eſt ſubſtantia. & idem habet.45.Sed huius oppoſitum patet hic in cō.46. vbi habet q̄ definitiones vniuerſalium habent aliquam diſpoſitionem diſpoſitionum ſubſtantialium,& qualitatē accidentem eis. Soluitur. Commen.in iſta authoritate.46.allegata expreſſe innuit duplicem vniuerſalis acceptionem, ſ.pro intētione ſecunda, quæ eſt quædam qualitas,i. quoddā accidens à rōne cauſatum.& attributum vniuerſali pro prima intentione:qđ vſe pro prima intentione appellat ipſe diſpoſitionem ex diſpoſitionibus ſubſtātialibus, ideſt habentibus eſſe citra actum animæ. Quod aūt dr ab ipſo in præſenti cō. q̄ nullum commune eſt ſubſtantia, hoc dicit ad modum,quo poſuit Plato.vſia.n.apud Ariſt. non habent eſſe extra animam,ſicut poſuit Plato.3.de anima.cō.18. &.1 meta. cō.45. Ariſt. opinabatur q̄ intellecta rerum notificant ſubſtantias earum, & non ſunt ſubſtantiæ

Solutio.

ſtantię earum. Sic igitur vniuerſale pro prima intentione non dicit aliquam formam realé diſtinctam à forma particulari realiter, vt quidam voluerunt: ſed dicit conceptum realé, qui eſt notio ſingularũ, & eſt forma declarans non dans eſſe. tenemus. n. formam generis ſpeciei, & indiuidui vnã eſſe fm rem, ſolum ratione differentem. Et ſic gloſo authoritatem eius. 1. meta. cõ. 17. qñ dicit q̃ materia prius recipit formas vniuerſales, q̃ minus vles: & eis mediantibus recipit indiuiduales: non q̃ in materia ſit multitudo formarum correſpondentium multitudini prædicatorum quiditatiuorũ factorũ ab intellectu, ſed vna & eadem forma, fm modum intelligendi nãm prius intelligit̃ informare materiam quò ad gradum ſubſtantialitatis, q̃ corporeitatis, & prius quò ad gradum corporis, q̃ viuentis, & ſic deſcendendo vſq; ad vltimũ indiuidualé gradũ: quicquid dicat Iohannes de Ianduno in hoc, & ſequaces eius.

7. meta. com. 58. Vigeſimaprima contradi. eſt in cõ. 58. Habet Cõm. q̃ eſſentiæ rerũ ſunt exiſtẽtes, licet non intelligantur. Sed opponebatur p̃ nos ibidé per cõmen. primum. 2. meta. vbi habet q̃, ſi ſubſtantiæ intellectuales à nobis non eſſent intellectæ, tunc eſſent fruſtra in natura, et per conſequens nõ eſſent, cum natura nihil agat fruſtra. 1. cœli. 32. & Solutio. 3. de anima. 45. Vide in cõ. 1. 2. meta. quia fuit ibi ſoluta iſta inſtantia diligenter.

7. Meta. com. 60. Vigeſimaſecunda contrad. eſt in cõ. 60. Habetur q̃ compoſitum per ſe eſt aliud à componentibus. Huius oppoſitum ſcribit Commen. in. 1. phy. cõ. 17. & ſupra cõ. 44. vbi dicebat q̃ in cõpoſito non eſt niſi materia, & forma particularis, ex quibus cõponitur. Soluit̃ in omni per ſe compoſitione, Solutio. fm omnes ſapientes neceſſarium eſt ad aliquam per ſe vnitatem deuenire. & huius oppoſitum non põt imaginari ab intellectu diſpoſito ad bonum. cũm igitur compoſitio ex materia & forma ſit per ſe compoſitio, oportet igitur iſtã terminari ad aliquam per ſe vnitatem. iſtud non eſt niſi tertia entitas. Si enim in mixtione elementorum non dicimus mixtum eſſe omnia quatuor elementa ſimul ſumpta; nam tũc mixtio eſſet parium iuxta poſitio contra Philoſophum primo de generatione. 85. & Cõmen. hic expreſſe. caro non eſt terra & ignis, ex quibus cõponitur, ſed eſt aliquod additum, quare ergo cuam materia cum forma non ſunt cauſantes aliquid terrium aliud ab eis non video, Authoritas aũt Cõ. 1. phy. 17. procedit de toto integrali & continuo, quia ſic etiam loquitur ibi Philoſophus. tale. n. fm rem non dicit aliquã formam tertiam diſtinctam ab eſſe partium ſimul ſumptarum, licet ergo tenecam tale, fm rõnem dicere formã aliquã diſtinctam ab eſſe partiũ ſimul ſumptarũ. nã fm Philoſophũ. 5. meta. tex. cõ. 19. ſenarius numerus non eſt bis tria. ſed eſt ſemel ſex. Si autẽ velis illã propoſitionẽ Cõ. 17. primi phy. dilatare ad totum eſſenuale, dicas q̃ totũ nihil aliud eſt q̃ partes ſimul ſumptę integrauue & conſtituuue. & ſic ad authoritatem eius ſupra in 44 huius dicas conſequenter. & vt de ſupra. vbi etiã diximus in illo loco. Quòd autem iſta ſit opinio Commen. credo me diffuſe probaſſe ſuper 1. phy. com. 17. & tu illuc recurras.

SOLVTIONES Contradictionum in dictis Ariſt. & Auerrois.

Super Octauo Metaphyſicorum.

8. meta. tex. 2. Contradictio eſt ſuper textu. 2. in iſto. n. tex. habet q̃ ſubſtantia magis dr̃ de genere, q̃ de ſpecie, & de vlr magis, q̃ d̃ particulari. Huius th oppoſitum determinatum eſt in 7. meta. in tex. cõ. 44. vſque ad finẽ, vnde ibi lẽ te. cõ. 58. expreſſe dr̃ q̃ nullum vlr dictorũ ſubſtantia eſt, neque vna ex ſubſtantijs. Amplius in præſenti tex. 2. expreſſe dr̃. Item etiã nec vle ſubſtantia nec genus. & ita in paruo ſpacio in eodẽ reſpectu Philoſophus ſibi ipſi cõtrarius eſſe videtur. Soluitur, vt innuit Cõm. hic in prin. Soluti. cõ. & ita etiam dicit Michael Epheſius, q̃ primum dictum eſt ex ſententia Antiquorum, non ex ſententia Ariſtot. nam Ariſtot. non vult genera, & ſpecies eſſe ſubſtantias, ſed ſimilitudines ſubſtantiarum particularium, ex quibus collectæ ſunt. vt teſtatur Commenta. 12. meta. commen. 4. vbi dicit vniuerſalia apud Ariſtotelis ſunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea ſimilitudinem, & facit ea intentionem vnam. & 1. meta. commen. 45. intellecta vniuerſalia apud Ariſto, non ſunt ſubſtantiæ rerum, ſed ſignificant rerum ſubſtantias. per hoc patet ſolutio. Et ſi inſtetur, quòd Ariſtote. 7. metaphy. tex. cõmen. 44. dicit, quòd ſubſtantia dicitur quatuor modis. inter quos vnus eſt ipſum vniuerſa-

le

le. & Commen. etiam hie dicit ſubſtantiam dici quatuor modis. Soluitur, ꝙ vt dicit Cõmen. ibi, & hic etiam illa diuiſio eſt ſecundum famam, ſed ſecundum rei veritatem Ariſto. ſubſtantiam diuidit illam trimembri diuiſione, videlicet in materiam, formã, & congregatum, ſicut fecit. 2. de anima. te. cõmen. 2. &. 7. meta &. 8. tex. commen. 7.

8. Meta. com. 4. Secunda contradi. eſt in cõmen. 4. dicit Commen. ꝙ oppoſitio eſt primo in loco. Huius oppoſitum videtur velle. 8. phyſi. cõ. 16. Soluitur refert dicere oppoſitionem primo eſſe in loco, & refert illam motui locali ineſſe. Et ꝙ hoc ſit verum, notum eſt, ꝙ prima oppoſitio in loco reperitur. nã, cum de ratione oppoſitorum ſit diſtantia, maxima aũt diſtentia reperitur in loco: ideo, &c. tamen non eſt per ſe notũ, ꝙ omne, quod eſt mobile motu locali, talem oppoſitionẽ habeat. quare, &c.

Soluitio.

3. Meta. tex. 8. Tertia contradict. eſt in tex. 8. Dicitur in iſto tex. ꝙ materia, neque elementum eſt, neque ex elemento. Huius tamen oppoſitũ memini me legiſſe in. 5. primæ philoſophiæ in cõ. 4. vbi Commen. in calce commen. dicit exponens verba Philoſophi in fine textus, vbi inquit. Omnibus vero commune eſt illud, cuiuſque eſſe elementum, quod primum cuique ineſt. vbi Commenta. dicit, &, cùm definitio prædicta ſit illa, quam diximus, manifeſtum eſt quòd verum elementum commune eſt omnibus compoſitis, quod eſt primum, ex quo componuntur omnia, & iſtud elementum dicitur eſſe cauſa aliorum elementorum. & hoc, quod dixit, eſt prima materia. Amplius Commenta. authoritate Alexand. plerumque gloſæ exponens elementa pro cauſis intrinſecis, ſicut eſt materia, & forma. vt. 1. phyſi. commen. 1. &. 8. meta commen. 1. &. 2. meta. commen. 23. Soluitur. elementum, vt dicit Commen. in. 3. cœli commen. 31. quoddam eſt vniuerſale omnibus corporibus tã ſimplicibus, quàm compoſitis, & de talibus elementis Ariſto. egit in. 1. phyſicæ auſcultationis, & talia elementa non ſunt corpora neq; cõpoſita ex materia & forma, ſed ſunt prima materia & forma. ꝗdã aũt elemẽta ſunt corpora, ꝙ ſunt elemẽta corporũ cõpoſitorũ & tale elementum definitur ibi in 3. cœli tex. com. 31. & de illis agitur in. 3. & 4. lib. & etiam in libro de generatione & corruptione, qui eſt liber de elementis, vt dicit Philoſophus in. 2. de anima. in tex. cõ. 117. Quando igitur dicunt Philoſophus, & Commenta. materiam non eſſe elementum intelligunt quòd non eſt elementum, quod eſt corpus. qui enim ponit primam materiam eſſe corpus peccat: vt dicit Cõmenta. 12. met. com. 14. &. 1. phy. cõ. 63.

8. meta. com. 10. Quarta contradictio eſt in commen 10. Inquit formam ſubſtantialem non recipere magis, nec minus. Inſtantia eſt de formis elementorum 3. cœli. commen 67. Soluitur. Habet locum in veris formis ſubſtantialibus: fallit in his, quæ ſunt mediæ inter ſubſtantiam, & accidens. gloſa Auer. vbi ſupra. 3. cœli. commen. allegato. Nota tamen quòd licet formæ perfectæ non recipiant magis, aut minus in ſua eſſentia, tamen vt ſunt formæ in materia, bene vt ſic recipere poſſunt magis, aut minus: ſicut innuit Commenta. hic in iſto commen. inquit enim. vnus homo non eſt maioris humanitatis, quàm alter ſecundum formam: ſed, ſi fuerit, erit ſecundum quòd eſt forma in materia. Nam forma humana ſecundum diſpoſitiones materiales, in quibus exiſtit, ſic poteſt magis & minus recipere, in tantum quòd à Philoſopho in ethicis aliqui homines arborei, aliqui brutales, aliqui intellectuales, & quaſi terreſtres Dij nuncupantur. Aliqui enim, vt dicit Heſiodus, ad ſcientias capeſcendas per ſolam naturam ſunt apti & perfecti ex bonitate complexionis, ſicut fuit Hippocrates, & Ariſtote. Aliqui vero non per naturam, ſed per doctores excitantes mentes eorum. Quidam vero neutro modo apti ſunt. & iſti omnino ad diſcernendum verum à falſo omnino inutiles ſunt. Patet autem ꝙ totalis iſta diuerſitas non prouenit, niſi ex diuerſitate complexionis, & diſpoſitionum, in quibus forma exiſtit. Theologi etiam noſtri dicunt quòd in puris naturalibus anima Chriſti fuit, & eſt pfectior anima Iudæ.

Soluitio.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Auerrois, & Ariſt.

Super Nono Metaphyſicorum.

9. meta. com. 2. Contradi. eſt in cõ. 2. Auer. dicit ꝙ formæ liberatæ à materia ſunt tantũ agentes, nullo modo patientes, neq; eſſentialiter, neq; accidentaliter. Sed oponebat ibi de anima intellectiua, quæ recipit intellectionẽ, & ſpecies intellectas. Soluitio. Soluit. dictũ Auer. veritatẽ habet ſm principia Philoſophi. Pro quo debes ſcire, ꝙ actus, &

& formæ eſt agere & mouere. 2. de generatione. tex. cō. 53. &. 9. meta. tex. cō. 20. &. 3. phy. 17. materiæ aūt eſt moueri, & pati. vnde quilibet forma, ſiue materialis, ſiue ſeparata fuerit, actiua eſt: nec aliqua ſub hac ratione qua forma eſt, eſt paſſiua: qa paſſiuū eſſe inſequitur potentiam, quæ eſt primo diuerſa ab actu. Si igitur aliqua formæ paſſiua fuerint, iſta paſſibilitas competit ſibi rōne, qua potentia participat. paſſibilitas aūt iſta duplex eſt, quædam ſignata, & realis, & iſta inſequitur primo ſm Philoſophos materiam quantam Vnde, ſi qua forma paſſiua fuerit paſſione, & receptione ſignata, ſiue realis, ſiue ſpiritualis fuerit, hoc eſt rōne materiæ, ſicut ſcribit Commen. cōm. 5. 3. de anima ad principium cū, & cō. 38 Alia eſt paſſio & receptio vīs, & abſtracta. & iſtius ratio eſt intellectus. poſſibilis, qui nullam aliam naturam habet, niſi quia poſſibilis vocatus eſt. & iſte intellectu. eſt materia intelligibilium. & eſt quartum genus entium: ſicut dicit. Cōm. 3. de anima. cō. 5. in ſolutione. 1. q̄ōne. Si formæ igitur exiſtentes in materia reali paſſione patiantur, hoc eſt rōne materiæ. Vnde Cōmen. 4. cœli. cō. 22. dicebat. forma in motu elementi mouet, ſed vt eſt forma in materia mouetur, q̄ etiam ſenſitiuæ virtutes ſignatæ recipiāt eſt, quia ſunt in materia. Sequitur igitur q̄ eūm omnes formæ à materia ſeparatæ præter animam noſtram intellectiuam, quæ infima eſt ſm ipſum inter abſtracta-3. de anima, cō. 19. nullo modo paſſiuam eſſe non eſſentialiter quia cuilibet formæ, vt forma eſt, repugnat eſſentialiter pati, etiam materialibus. vnde Cōmen. 5. phy. cō. 5. qui dixerit formas perſe moueri non eſt amplius loquendum cū eo in hac ſcientia, neque etiam accidentaliter, quia forma accidentaliter patitur ratione potentiæ, quæ vel eſt materia, vel eſt intellectus poſſibilis. in talibus autem non eſt materia: ideo non poſſunt pati paſſione reali & ſignata ſm Philoſophos, neque etiā paſſione ſpirituali, quia non intelligunt per receptionem, nec in eis eſt vere intellectus poſſibilis, licet Comē. videatur illud dicere, ſed ſm rationē, vt alias declarauimus. Nullo igit' modo pati poſſunt tales formæ, neq; per ſe, neq, per accidens, nec paſſione reali, nec ſpirituali, cùm intelligant per eſſentiā, & non per ſpecies ſm Philoſophos. Anima aūt intellectiua, cum ſit infima inter abſtracta, cùm ſit compoſita ex intellectu poſſibili vere, & ex intellectu agente, ratione poſſibilis paſſiua eſt ratione vero agentis eſt actua. ſed paſſio iſta eſt alterius rationis à paſſione materiæ, ſicut ſcribit Commen. 3. de anima cō. 38. vbi formaliter ponitur iſta ſolutio ad inſtantiam motam à nobis hic, ſicut tu diligenter poteris ibi videre.

Secunda contradi. eſt ſuper tex. 3. Ariſto. & Commen. ponunt differentiam hic inter potentias rationales, actiuas, & irrationales: quia rationales ſunt contrariorum, irrationales vero nequaquam, ſed vnius tantū per ſe loquendo. Sed eſt inſtantia de virtute motiua voluntarie: cuius nedum eſt mouere corpus de loco ad locum, verumetiā & retinere. ſicut auis volans in aere. dum ſiſtit ſeipſam, ille ſtatus cauſat' à tali virtute motiua. & ſimiliter homo, qñ ſtat erectus, ille ſtat⁹ à tali virtute cauſatur, alioquin homo non poſſet ſtare, ſi ille ſtatus ab illa virtute non eſſet, ſed caderet. quemadmodum ſi homo dormiens poneretur erectus, vt dicit Galenus in lib. de rigore, & tremore. Amplius per eandem virtutem mouetur graue deorſum, & quieſcit deorſum, & patet, q̄ virtutes iſtæ ſunt irrationales, ſicut patet. Auer. aūt videtur ſoluere primam difficultatem occulte in. 2. phyſi. cō. 48. videtur. n. velle, q̄ virtus concupiſcibilis eſt de virtutibus paſſiuis apta nata recipere duo cōtraria æqualiter. & quia ille motus voluntarie fit à virtute concupiſcibili, quę determinat' ab obiecto, tñ ceſſat primum. Ad ſm autē diceret' q̄ virtus grauitatis per ſe, & primo eſt cauſa quietis, & ſecundario eſt cauſa motus, quia elementum eſt in potentia accidō tali ad motum deorſum, quæ eſt potentia violenta, poſtquam paſſum eſt violentiam. In hoc igitur conſiſtit differentia, quia virtutes actiuæ rationales per ſe, & principaliter ex ſui natura ſunt indeterminatę ad agēdum duo contraria æqualiter, ſed naturales vnum per ſe, aliud per accidens, aut vnum ex principali intentione, aliud vero ſecūdario, ſic calidū per ſe calefacit, ſed per accidens infrigidat, & frigidū per ſe infrigidat, & per accidens calefacit, & quandoque accidit, vt effectus per accidens ſit validior effectu per ſe, vt patet expertis in naturalibus. Nec videatur tibi mirum, ſi dixerim formā grauitatis per ſe primo eſſe cauſam quietis, & non motus. nam iſta eſt etiam ſententia Auer. in. 4. cœli. in cō. 26. & hoc etiam ſupra notaui tibi.

9. meta. tex. 3.

Soluta.

Tertia contradi. eſt in cō. 19. Scribit Cō. q̄ potentia ad ſanitatē & ad ægritudinē eſt eadem. Oppoſitum patet. 3. phyſi. tex. cō. 19. vbi habet q̄, ſi potentia a ſanitatē, & ægritudinem

9. meta. com. 19.

tudinem eſſet vna, tunc ſanitas & ægritudo eſſet vnum & idem. Soluitur. loquitur hic potentia ſubiectiua, quia eadē eſt materia contrariorum. ſed. 3. phy. loquitur de potentia obiectiua. idem aūt eſt ens in potentia obiectiua ad actū, & ens in actu. Vnde cō. dicit. 8. meta. com. 15. agens extrahens aliq̄d de potentia ad actum non largitur multitudinem. ſed perfectionem, &. 12. meta cō. 18. iuxta dimidium agens naturale non cōgregat inter diuerſa. Nota tñ hic, q̄ potentia iſta ſubiectiua, & obiectiua vna & eadem eſt tm aliter, ſicut mihi videtur pro nunc: ſed ſortiuntur tales potentiæ diſtinctas denominationes in ordine ad diuerſa, ſicut eſt de actione, & paſſione. vnde pluralitas entium eſt euitanda inquātum eſt poſſibile. Dico, q̄ vna & eadem forma, vt eſt in potētia materiæ, appellatur vt hic eſſe in potentia ſubiectiua: ſed eadem forma vt eſt i potentia actiua agentis, dicitur eſſe in potentia obiectiua, in ordine. ſ. ad actum. vnde, cùm ſm Auerro. 12. meta. cō. 18. oēs formę ſint in potentia in prima materia, & ſint i actu in primo motore, tales ſunt in potentia ſubiectiua, & paſſiua materiæ. cùm aūt potentia paſſiua ſit principium traſmutandi ab altero inquantum alterum, videtur mihi q̄ ſit vnus reſpectus realis, qui reſpicit tam ſubiectum, q̄ formam, vt in ſubiecto inducitur ab ageure: ſed diuerſas ſortitur denominationes, vt ad diuerſa extrema comparatur: ſicut eadem eſt diſtantia inter ſuperius & inferius, inter Thebas & Athenas, non tñ eſt idē diſtare. & ita ego aueo ponere potentiam obiectiuam realiter diſtingui à ſubiectiua in via Auer. & licet multi teneant hoc, tñ mihi videtur in via eius, & forte etiam in via Ariſt. illā non diſtingui re à ſubiectiua: quia eſt principiū per ſe notum, & ab omnibus Peripatheticis conceſſum, q̄ quicquid eſt poſſibile reſpectu agentis, eſt poſſibile reſpectu patientis, & quicquid eſt poſſibile reſpectu patientis, etiam illud poſſibile eſt reſpectu agentis. & hoc loquendo de vera potentia. nam aliter aliquid eſſet ocioſum in natura, & fruſtratorium, contra Philoſophum. 1. cœli. 32. Et ideo recte diximus nos euitantes pluralitatem entium, iuxta conſuetudinē principis noſtræ militiæ Ariſto. inquantū eſt poſſibile, q̄ reſpectus ille ad ſubiectū, & ad formam vt eſt ab agente vnus & idē eſt re, ſed ratione diſtinguitur. Sed Theologi noſtri, qui habent principia oppoſita principijs Philoſophorum, tenent aliquid eſſe poſſibile reſpectu agētis, quod nō fuit poſſibile reſpectu paſſi. ideo habent de neceſſitate ponere iſtos reſpectus tm aliter diſtingui. Vnde mundus ante ſui creationē erat in potentia actiua agentis. ſ. Dei, creatoris, non erat aūt in potentia ſubiectiua alicuius paſſi, cùm ex nihilo creata ſit. Similiter angeli ante ſui creationem erant i potentia actiua Dei: non aūt erant in potē tia paſſiua alicui⁹, cùm ex nihilo ſint creati. immo materia prima fuit in potentia ante ſui creationem actiua Dei: in nullius tñ potentia ſubiectiua fuit. quia primum potentiale in nullius eſt potentia ſubiectiua: aliter eſſet primum & non primum. & ideo Theologus diſcrepans à Philoſophis ſ principijs habet etiam diſcordare in concluſionibus, ſed velle tenere concluſionem phyſicam per principia Theologica diſtincta à Phyſicis, vel econtra; ridiculum eſt. Et ideo ſubtiliſſimus Scotus, videns iſta vera eſſe theologicæ, voluit ponere potentiam obiectiuam diſtinctam à ſubiectiua mot⁹ vt mihi videt per iſta fundamēta de Ariſt. in hoc tantum curabat, inquantum anthoritates eius gloſare poſſet, ne veritati theologicæ obuiarēt. Quōd aūt hoc non poſſit ipſe tenere in fundamētis Philoſophi mihi videtur hoc poſſe rationibus conuinci ſic. Nam ſm re Ariſt. ideo ponit potentiā obiectiuam, quia diuiſio bona debet euacuare totam naturam diuiſi: ſed, ſi Ariſt. diuidēs ens per potentiam, & actum intellexiſſet potentiam ſubiectiuam tantum, & non obiectiuam, tunc ſub tali diuiſione nō cōprehenderetur omne ens, ſicut patet de angelis, de mundo, et materia prima ante ſui creationem, quæ erant res in potentia non ſubiectiua, nec erāt res in actu formali, vel exiſtentiæ: ergo oportet dicere potentiam, quæ eſt dria entis, eſſe potentiam obiectiuam. Amplius. 9. meta. tex. cō. 13. actus & potentia ſunt eiuſdem generis: ſed hoc nō poteſt de potentia ſubiectiua verificari, q̄a ſubſtantia poteſt eſſe potentia ſubiectiua quantitatis, & patet, q̄ iſta ſunt diuerſorū generum. Trahitur illud ſic per Auetro. 8. meta. cō. 15. agens extrahens aliquid de potentia ad actum nō largitur multitudinē, ſed perfectionē. & hoc idem habet. 12 met. cō. 18. vbi habet q̄ agens apud Ariſto. non congregat inter diuerſa. & hoc idem habet 5. phy. cō. 9. q̄ potentia & actus ſunt eiuſdē generis. & patet iſtas authoritates non poſſe ſaluari de potentia ſubiectiua: ſed de neceſſitate ſunt veræ de potentia obiectiua.

Solutio.

De potentia ſubiectiua, & obiectiua.

&ia

& in tantum proceſſerunt cum huiuſmodi authoritatibus pleriq; non modicæ authoritatis viri, vt de intentione Auer. ſubſtinere auſi ſint potentiam obiectiuam diſtingui ab actiua, & à paſſiua potentijs, nec non à logica potẽtia, quæ nil aliud eſt q̃ reſpectus rationis ex non repugnantia terminorum cauſatus. & iſta per vitam meam non poſſunt ſuſtineri de mente Philoſophorũ. Et vt ægritudini eorũ ſuccurramus, oſtendamus eis cauſam erroris eorũ & eſt, quia ponentes potentiã obiectiuã, coacti ſunt ad illud ex principio repugnante Philoſophiæ & eſt q̃ aliquid eſt in potentie reſpectu agẽtis tantũ, quod non eſt in potentia paſſi. & hoc non concedit à Philoſophis in reb⁹ nouis. immo ipſi dicunt omne, qđ eſt in potẽtia actiua agẽtis, eſt in potentia paſſiua alicuius ſubiecti, iuxta illud Cõm. allegatum ſupra. oẽs formæ ſunt in potentia paſſiua materiæ, & ſunt in potentia actiua primi motoris. patet modo q̃ ſm Theologos aliqua forma ante ſui productionem eſt poſſibilis poſſibilitate, qua reſpicit agens tantum & ideo iſtam potentiam à qua poſſibilis denominatur, nuncupauere obiectiuã. ſed Philoſophus dicẽs oppoſitum huius, oportet negare ſecundum ipſum talem potentiam diſtingui à potentia paſſiua, quia per potentiam paſſiuam forma eſt poſſibilis ex parte ſubiecti cũ reſpectu ad agens. quia. 9. meta. tex. cõ. 2. potentia paſſiua eſt principium tranſmutandi ab altero inquãtum alterum. potentia. n. paſſiua definitur per actiuã, & econtra. vnde. 2. phy. 48. & 8. phy. 79. & in pleriſq; locis in libro deſtructionũ contra Algazelem, quicquid eſt poſſibile per principium paſſiuũ intrinſecũ, eſt poſſibile per principiũ extrinſecũ actiuũ. Et q̃ ens non diuidat̃ per potentiã obiectiuã, ſed per potentiam ſubiectiuam oſtenditur hic Philoſophus. 12. meta. tex. cõ. 8. volẽs declarare q̃ ſit eſſe materiæ diuidit ens per potentiã & actũ, & ibi declarat materiã contineri ſub potentia, & non ſub actu: quia eſt illud, ex quo ẽa fiunt per tranſmutationẽ. manifeſtũ eſt aũt potentiã, ex qua aliquid tranſmutatur, eſſe potentiã ſubiecti uã non obiectiuam: quare entis diuiſio per potentiam & actũ non eſt ſm Philoſophos per potentiã obiectiuam, quia tũc argumẽtum Philoſophi adductum eſſet in quatuor terminis. Amplius Commenta. in. 12. meta. cõ. 26. declarans intentionem Philoſophi. inquit q̃ ibi intendit inducere aliũ modũ, quo principia omnium prędicamẽtorum ſunt eadẽ, & eſt pro quanto actus, et potẽtia ſunt in omni genere, & q̃ actus habet reduci ad formam, & potentia ad materiam, & q̃ potentia, & actus propinqui ſunt diſtincti in diſtinctis prædicamentis. vult ergo potentiam ſubiectiuam, & actũ eſſe principia prædicamentorũ omniũ, & non obiectiuam, cũm dicat potentiam reduci ad materiam, & actum ad formã. Amplius ipſe in. 5. meta. cõ. 14. vbi declarans, qũo actus, & potentia ſunt in omni prædicamento, exponens exemplũ Philoſophi in prædicamento ſubſtantiæ de forma mercurij, dicit, q̃ in lapide eſt eadẽ forma mercurij, & in actu, & in potentia, & declarans qũo ſit in potentia dicit, q̃ eſt in potentia, quia habet naturam recipiendi eam: actu veto habet eam quando actu recipit eam. vbi patet de intẽtione eius potentiã, in qua mercurius eſt, ſubiectiuã eſſe, non obiectiuam. Nec valet dicere obiectiuã debere poni propter reſpectum ad agens: quia iſte reſpectus importatur per ſubiectiuam, cũm ſit principii tranſmutandi ab altero inquãtũ alterũ, & ita non oportet entia ſine neceſſitate multiplicare. Et ideo, ſicut mihi videtur, ſaluo ſemper meliori iudicio, de intentione Philoſophi potẽtia iſta obiectiua non eſt diſtincta realiter à potẽtia paſſiua. quia iſta potentia obiectiua, ſi ponit̃, non eſt propter aliud, niſi propter reſpectum, quẽ importat forma ad ipſum agens: ſed, cũm iſte reſpectus ſufficienter importetur per potẽtiam ſubiectiuã, ſeu paſſiuam, ſicut clare patet ex definitione potentiæ paſſiuæ poſitæ in. 9. meta. & in. 5. propter hoc dicimus de intentione Philoſophi non dari potentiam obiectiuam, tanquam rem diſtinctã à ſubiectiua. Et dicimus q̃ diuiſio entis per actum & potentiam eſt per potentiã ſubiectiuam, & ſic dicimus agens extrahens aliquid de potentia ſubiectiua ad actum non largiri multitudinem, ſed perfectionẽ: quia vna & eadem eſt res, quæ eſt in potentia ſubiectiua materiæ, & in potentia actiua agentis, cum re, quæ actu producta eſt. & ſic agens apud Ariſtot. non congregat inter diuerſa. Et ſic dicatur conſequenter q̃ potentia ſubiectiua, & actus ſunt eiuſdem generis: loquendo de potentia ſubiectiua proxima. nam vt dicit Philoſophus, & Cõmẽ. 12 meta. tex. cõ. 22. licet principia omnium decẽ prædicamentorũ remota poſſint eſſe eadẽ, quia principia prædicamenti ſubſtantiæ ſunt principia omnium prædicamentorũ, tñ principia proxima vnuſcuiuſq; ſunt ſibi propria.

ꝓpria. & ſic patet qũo actus & potentia circuunt omne genus, & qũo ſunt eiuſd̃ generis, iſta eſt mens Philoſophi, & Auer. 12. met. 26. Quod aũt dr de angelis, & de materia, & corporibus cœleſtibus, quia non ſunt in potentia ſubiectiua, ſed obiectiua, patet, q̃ hoc nihil eſt contra Philoſophum, & Commen. ſed apud Theologum bene ille lud haberet vim Cogita ergo & conſydera, q̃ ex diuerſis principijs diuerſę ſequuntur concluſiones. Et ideo Auer. plerũq; dãnauit Auic. in hoc, appellans ipſum medium inter Peripateticos, & loquentes.

9. meta. com. 19. Quarta contradi. eſt ibidẽ. Dicit q̃ in abſoluto à motu reperitur melius. Oppoſitũ patet. 3. meta. tex. 16. 3. vbi dr in immobilibus non eſt ratio finis, neq; bonis. Soluitur. immobilia duplicia, quędam ſm eſſe, & definitionem, ſicut ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, & quędam ſola definitione. tunc dico, q̃ in immobilibus ſola definitione, qualia ſunt ens a mathematica, non eſt in eis ratio boni, neq; finis, quia talia ſm eſſe ſeparata nõ ſubſiſtunt. quia, ſi ſubſiſterent, eſſet in eis bonum, ſi ipſum eſſe ipſorum. ſed talia ſole ratione à motu ſeparata ſunt, & ſic abſtrahunt à ratione finis, qui habet rationẽ mouentis. Nec eſt inconueniens q̃ in aliquo ente ſm rationem non ſit bonum, vel ratio boni, cũm ratio entis ſit prior quàm ratio boni. loquitur igitur Commentator hic de rebus ſeparatis ſecundum eſſe & definitionem à motu, quia in talibus bene poteſt eſſe ratio boni, immo ſumnu bonu.

Solutio.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Anſt. & Auerrois,

Super Decimo, & Vndecimo Metaphyſicorum.

10. meta. com. 6. Contradictio eſt in com. 6. Inuenimus contradictionem ſatis apparentẽ. Quia ibi Cõm. dicit q̃ hoc nomẽ ens de pluribus dicitur q̃ vnum. Huius ſm oppoſitũ legimus in. 4. meta. tex cõm. 3.

Solutio. Solui poteſt ſic, q̃ ens de pluribus dicitur quiditatiue q̃ vnũ. nam ens quiditatiue dicitur de ſuis partibus ſubiectiuis: non aũt vnum præcipue ſm viam communẽ quantũcunq; Beatus doctor ſuper. 4. meta. hoc mẽ de vno tenere videat. Et tunc ſm iſtam ſolutionẽ authoritas Cõmẽ taliter habet interpretan. ens dr de pluribus q̃ vnũ, vt cùm dr de ſignificato rei, i. quantum ad quiditatem rei, ſeu quiditatiuã prædicationẽ: ſed quantum ad prædicationem identicam de quot dr ens, de tot etiã dr vnum: quia ens, & vnũ, vnam & eandem naturam ſignificant ſm Cõm. cõ. 3. quarti meta. & cõ. 8. de cimi huius. Aut aliter, & ſubtilius meo iudicio, ens dr de pluribus q̃ vnum, qñ dicit de ſignificato rei propter hoc quia ſtat multa eſſe vnum ſubiecto, quæ th in ſignificato rei ſunt diſtantia, & ſm definitionem ipſam, ſicut patet expreſſe. 1. phy tex. cõ. 21. vbi Philoſophus reprehendit Antiquos ſm expoſitionem Cõm. in hoc, quia credebant ens & vnũ ſemper idem ſignificare ad modum dictum. Et ſic patet contradictionis ſolutio. nam ens, & vnum, aut ſumuntur quo ad naturam ſignificatam, & ſic idem ſignificãt, vt patuit, aut ſumuntur quò ad ſignificationes, & rationes rerum, & ſic de pluribus dicitur ens, q̃ vnum, quia ſtat aliqua vnum eſſe ſubiecto, & talia eſſe plura ſm rationes & ſignificationes. Vide, vt dixi cõ. 21. primi phy. & ſic Commentatorem per Cõmentatorem expone, quia nil melius, q̃ ipſummet authorem ſuimet interpretem eſſe, quia nemo nouit melius propriam mentem, quàm ipſemet author.

1e. meta. com. 7. Secunda contradi. eſt in cõ. 7. Auer. dicit non eſt dicendũ colores componi ex albo & nigro, tanquã ex duobus principijs. Huic tamen oppoſitum ſcribit ipſe expreſſe. 5. phy. 6. 19. 52. & hic cõm. 23. Soluitur. forte

Solutio. aliquorũ propter iſtam authoritatem motus fuit Burleus, & multi Auerroiſtę ad tenendum de intentione Auer. duo contraria non poſſe eſſe ſimul in eodem ſubiecto. Et q̃ magis auget difficultatem hanc, eſt etiam authoritas eiuſdem in. 4. meta in tex. cõ 26. vbi aſſignat cauſam, quare cõtraria nõ ſint eſſe in eodẽ, & eſt quia vnũ contrariũ eſt priuatio alterius. & hoc enã dicit ibi Philoſophus in litera. & parũ infra Commen. dicit, q̃ in contrarijs immediatis talia non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto ſimul, ſed ſucceſſiue. contraria vero habentia mediũ poſſunt eſſe in medio potentia, nõ actu, nec perfecte & hoc videtur fauere opinioni iſtorũ, qui dicunt talia media inter cõtraria eſſe cõpoſita ex extremis quãtũ ad denominationẽ, non aũt quantũ ad eſſe, pro quanto mediũ comparatũ vni extremorum, ſortitur nomen alterius, ſicut pallidum reſpectu nigri albũ dicitur, & reſpectu albi dicit nigrum.

Sed

Sed proculdubio iſta non fuit mens Auer. quia tunc periret motus inter contraria habentia medium: ſicut ipſe deducit. 10. huiꝰ cō. 23. nam in omni motu vnitatis prius, mutatur forma in medio, q̄ in extremo, & ideo ſi in tali medio non eſſet formaliter ſm aliquem gradum forma, ad quam fit motus, tunc talis motus nō poſſet eſſe ſucceſſiuus, neque vnus. Dicamus igitur ad

Solutio propria.

authoritates in oppoſitum adductas. Ad primam hic, quando dī colores non eſſe compoſitos ex extremis, verum eſt tanquā ex duobus principijs menſurantibus perfectionem, & eſſe ipſorum. nā cùm ſemper vnum contrariū ſit, vt dr in litera, ſicut priuatio alterius, ideo impoſſibile eſt ambo rationem menſuræ habere, quia ratio mēſuræ attribuitur habitui non priuationi. vnde Philoſophus in litera vult probare inductiue, qualiter in omni genere eſt vnum primum, quod eſt metrum, & mēſura omnium exiſtentium in illo genere, & ſic i genere colorū eſt albedo. colores igitur medij non componuntur ex extremis. tanquā ex duabus menſuris. Ad authoritatem aūt Philoſophi & commenta. 4. meta. tex. cō. 26. q̄ contraria non poſſunt eſſe ſimul in eodem, quia vnū eſt priuatio alterius, Soluitur verum eſt de contrarijs in illis gradibus conſyderatis, in quibus contrarietatē habent. non enim tenemus albedinem ſub quolibet gradu nigredini contrariari, nec caloreni frigiditati: ſed ſub eſſe actuali, & perfecto contrariantur: & vnum, vt ſic, eſt priuatio alterius. Ad authoritatem Auer. in eodē cō. qñ dicebat q̄ in contrarijs mediatis talia poſſunt eſſe in eodem potētia, non actu, nec perfecte: Dico q̄ per potentiā ibi non intellexit puram potentiam: quia tunc nulla eſſet dria inter contraria mediata, & immediata penes hoc: nam etiam contraria immediata poſſunt eſſe in eodē ſub recto in potentia pura, per potentiam igitur intellexit potentiam actui admixtā, ſicut in ſimili ipſe dixit in fine primi de generatione, vbi exponit quō elementa ſunt potentia in mixto, per potentiam exponit pro quanto non ſunt in mixto, in ſuo eſſe perfecto, ſed refracto. Et ideo caueant Burleus, & alij ad pauca reſpicientes de intentione Commen. negare contraria non poſſe ſimul eſſe in eodem ſub aliquo eſſe refracto: quia tunc etiam oporteret dicere elementa non eſſe formaliter in mixto ſm ipſum Auer. Diſcordant igitur in principio & volunt cōcordare in concluſione. & hoc non eſt poſſibile. Sic etiā exponit ſeipſum, Commen. cō. 6. ſuper. 5. phy. ſicut videre potes. Videas etiam qualiter gloſa Burlei non poteſt ſtare, q̄ media inter contraria componuntur ex extremis, quantū ad denominationem, non quantum ad actualem cōpoſitionem. Nam. 4. cœli. cō. 26. Auer. diſtinguit de duplici medio, ſm comparationem, & ſm compoſitionem. media ſm cōparationem cōponuntur ex extremis quantum ad denominationem, ſicut ipſe dicit, non quantum ad eſſe. ſicut dicimus aerem eſſe medium inter ignem & aquam ſm cō parationem, quia reſpectu ignis eſt grauis, & reſpectu aquæ eſt leuis: non tamen componi dicitur propter hoc ex graui & leui. ſed media ſm compoſitionē ſunt illa, in quibus extrema actu ſunt in eſſe, non in comparatione tantum. & ideo diſtinctio Commen. nulla eſſet. quia membra coinciderent, ſi aliqua media ex extremis contrarijs, non actu, permixto tamen potentiæ eſſent compoſita ex talibꝰ extremis. & hoc eſt certū, nec alicui parū exerci tato in viaſibus hominis dubium eſſe poteſt.

Tertia contradi. eſt in cō. 10. Auer. Scribit q̄ linea arcualis nō poteſt æquari lineæ rectæ. Oppoſitum ſequitur de quadratura circuli, ſicut patet in prædicamentis. Soluit. aliqui non mediocris authoritatis viri tenuerunt quadraturam circuli minime dari poſſe. nam, cùm figura circularis, & figura recta ſint alterius rationis, minime videnē comparabiles adinuicem, per regulam Philoſophi poſitam. 7. phyſicorū. tex cōm. 31. Et confirmant hoc ſic, æqualia per communem animi conceptionem ſunt, quæ adinuicem ſuperpoſita non ſe excedunt adinuicem, nec exceduntur. modo curuum ſuperpoſitum recto nunquam æquari poteſt remanendo in ſua curuitate, ſicut patet. Et confirmatur authoritate Philoſophi. 7. phy. tex. cō 21. vbi probat motum circularem non eſſe comparabilem motui recto, quia tunc magnitudo recta eſſet comparabilis magnitudini circulari quod falſum eſt, & impoſſibile apud Ariſtot. propter ſuperius adductam rationem. Ad authoritatem aūt Philoſophi in prædicamentis, dum dicit in capitulo de ad aliquid quadraturam circuli ſcibilem eſſe, dicunt, q̄ Ariſt. loquitur ibi ſub conditione & non aſſerit. & quantū ad hoc verum dicunt, quia litera taliter iacet. ſcientia vero ſi non ſit, nihil prohibet ſcibile eſſe. vt quadratura circuli, ſi eſt ſcibilis, ſcientia quidem eius nōdum eſt. Boetiꝰ autem

10. meta. com. 18.

autem vir summę authoritatis in omni scię tia,& Latinorum gloria, assecutat ibidem scientiam illam posit Aristo. tempora inuen tam fuisse.sed ipse breuitati studens voluit supersedere a tali demonstratione. Nos igit dicamus non inconuenire aliqua conuenire magnitudinibus mathematice consyderatis, quæ tñ repugnant magnitudinibus eisdem, vt à Naturali consyderantur. sicut pulchre declarat Commen. 1.cœli com. 32. vbi dicit motui circulari mathematice aliquid contrariari, non naturaliter. similiter. 4.phy.72. linea mathematica in infinitum potest diuidi, non aũt vt est terrestris, vel ignea. Sic etiam naturaliter consyderando magnitudinem circularem, & rectam, non sunt comparabiles: quia iste consyderat res.vt sunt in motu,et in re extra, & qa, vt dicebat,cum æqualia sint illa,quę mutuò superposita non se excedunt, nec excedunt à se inuicem.& ideo fm rem curuum, & rectum non possunt æquari, quia tunc curuũ non esset curuum.sed Mathematicus,cuius propositiones oés sunt verę ad imaginationem. 3 phy. 60.tenet figuram rectam comparabilẽ esse figuræ circulari:quia ipse imaginatur,q̃ est possibile,q̃ linea recta incurretur,& fiat circularis. & ideo ipse etiam dicit q̃ linea recta est breuissima, quæ duci potest inter duo pũcta.ex hoc patet, q̃ Geometra comparat lineam rectam curuæ, cũ tñ æqualitas fm rem dicatur fere æquinoce.sed illud dictum est iarge verum, & ad imaginationem. & ita etiam ad imaginationem dicit figuram multorum angulorũ comparabilem esse figuræ rectæ. Et ista est solutio Auer. expresse. 7. Phy.cõ.29. sicut videre poteris.Et per hoc possumus moderos cum Boetio concordare de quadratura circulari, q̃ est possibilis mathematice, & sic locutus est Boetius in prędicamentis: naturaliter aũt dictum Modernorum procedit,non aũt absolute,& simpliciter. Et istud multotiens est, quod ducit doctores in graues errores, quia nesciunt discernere consyderationem à consyderatione. & sic quæ repugnant vni consyderationi credunt alij repugnare.sed non est ita, sicut vides. & hoc forte fuit in causa, q̃ Arist. in prædicamentis locutus est sub conditione, dum dixit,si scibilis est.quia ipse videbat non fm quãlibet consyderationem scibilem esse talem circuli quadrationem.

10. meta. com. 13. Quarta contrad.est in cõ.13.Dicit Cõm. q̃ contrarietas in loco est causa contrarietatis in substantijs.Huius tñ oppositũ patet 5.phy.cõ.10.vbi habet contra Alexandrum in substantijs nullam esse contrarietatem. Solutĩ.in substantijs est contrarietas, quãtum ad qualitates suas.ideo Philosophus in 2.de generatione & corruptione.tex.cõ.49 dicit q̃ igni contrariatur aqua,vt contingit substantiam substantiæ contrariam esse.& hoc non propter aliud dixit, nisi quia videbat formas substantiales fm se non habere contrarium, sed ratione suarum qualitatũ, sicut ipsemet seipsum declarando in eodẽ 2.in tex.com.24.dicit.elementa omnia habent contrarietatem adinuicem,quia differentiæ contrariæ insunt his. Sic igitur contrarietas in loco est causa contrarietatis in substantijs, non quantum ad esse substantiale,sed quantum ad esse qualitatiuum. Solutio.

Quinta contradi est in cõ.22.Haber.Com mẽ. scientiam esse in qualitate, & scitum in substantia.Sed.7.phy.20.dicitur q̃ scientia est in relatione. Solvitur. non inconuenit idem in diuersis prædicamentis esse fm diuersas rationes. sic scientia nostra,quæ causat à rebus,qualitas est,sed est relatio fm dici,quia ad scibile refertur, licet scibile ad scientiam,aut non referatur, aut relatione rationis refertur.Assimilatur etiam scientia relationi inquantum in indiuisibili consistit,& inquãtum in ea non est per se motꝰ. 10. meta. com. 22. Solutio.

Sexta contradi.est in cõ.23. Ait Commẽ q̃ partes in composito sunt in potentia.Sed oppositum dixit ipse. 5. phys. 6.19.& 59.& nos paulo ante oppositum determinauimꝰ in cõ.7.Solvitur sic.ibi. per potentiam non intellexit potentiam puram abijciente omnem actum,sed potentiam actui permixtã. vnde partes,vt sunt in toto,non habent tantam actualitatem, quantam habent ipsæ, cùm sunt totũ.& ideo vt in toto inexistũt, dicuntur esse in potentia,i. in quodã modo potentiæ:qui modus permixtus est actui. 10. meta. com. 23. Solutio.

Septima contradi.est in tex. 24.dicit Philosophus, q̃ materia negatione ostenditur. Sed huius oppositum habetur in.1.phy.tex. com.69.vbi habetur q̃ cognoscitur p analogiam ad formam.Solvitur duplex est materiæ notio. vna est, quam dat nobis prima scientia Naturalis. & istam venamur per transmutationem, sicut processit Philosophus in.1.phy.& illo modo materia cognoscitur p comparationem ad formam. Alia est posterior fm ordinem doctrinæ. & ista tradit nobis scientia Diuina, & in tali consyderatione materia abstrahitur ab omni forma,& cognoscitur per negationem omnium formarum.intellectus enim,vt scribit 10. meta. tex. 24. Solutio.

Cõm. 12 meta. cõmen. 39. innatus eſt diuidere adunata in eſſe, ſicut diuidit materiã à forma. & materia ſecundum talem conſyderationem non habet eſſe extra animã: quia tunc quod nõ eſt in actu, eſſet in actu vt deducit Commenta. 2. phyſi. c. 12. ſed ſolum habet eſſe in anima: quia ſic eſt rationis obiectum ſolum. & ſic conſyderata materia, pertinet ad Diuinum talis conſyderatio, vt pulchre notat Cõmen. 12. metaphy. commen. 14.

10. meta. com. 24. Octaua contradi. eſt in commen. 24. Dicit Commenta. quòd genus ſignificat materiam. Huius oppoſitum patet primo meta. Soluti. 17. Soluitur. aliud eſt, genus eſſe materiã, aliud ipſum materiam ſignificare, & à materia ſumi. primum eſt falſum, vt ipſe probat primo metaphyſi. 17. & 12. metaphyſi. commen. 14 ſecundum autem verum eſt. vide ſecundo cœli commen. 49. & 7. metaphy. 41. Et hoc eſt rationabile. nam, ſicut dicit Commen. primo de anima commẽ. 5. partes definitionis ſumuntur à principijs, quæ ſunt in re. Et ideo à principio potentiali ſumitur genus, & ab actuali differentia. Ideo dixit Porphyrius in cap. de differentia q; genus eſt proportionale materiæ, & differentia formæ.

11. meta. tex. 9. Contradi. eſt in 11. metaphyſi. ſuper tex. 9. Ariſto dicit, quòd infinitum non eodẽ modo eſt in magnitudine, motu, & tempore, vt vna quædam natura, ſed quòd poſterius eſt dicitur ſecundum prius, vt motus propter magnitudinem, in qua mouetur, & tempus propter motum, & eandem ſententiam videtur aſſerere in. 6. phyſi. in tex. cõm. 70. & in. 4. phyſi. in tex. commen. 99. ex quo videtur motum eſſe continuum & infinitum principaliter ex parte magnitudinis, in qua fit motus, & non ex parte mobilis. quod etiam Philoſophus in. 5. meta. tex. com. 18. expreſſe teſtatur. Sed huius oppoſitum determinat Ariſt. in. 2. de generatione & corruptione in tex. cõm. 62. Soluitur. motus: vt inquit Commen. habet duplices partes. quædam ſunt ſimul, & talem partium diuiſionem ſortitur motus à mobili in quo eſt, vt in ſubiecto: motus enim eſt in mobili, & non in motore, & habet alias partes in ſucceſſione exiſtentes, ſecundum quas menſuratur à tempore. dico igitur, q; tales partes & diuiſionem in infinitum motus ſortitur ex diuiſione magnitudinis, ſuper qua mobile mouet, ſed alias, quas ſimul habet, ſortitur à mobili. ſic loca pugnantia concordabis.

Solutio.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Auerrois, & Ariſt.

Super Duodecimo Metaphyſicorum.

AVerroes in ſuo. 12. ſuper. 12. meta. Ariſtote. cõ. 6. inquit, q; Naturalis conſyderat cauſas mouentes, & materiales ipſius ſenſibiles ſubſtantiæ, formales autem & finales cõſyderare non poteſt. Huius oppoſitũ legimus. 2. phy 70. vbi habet q; Naturalis omnes cauſas conſyderat. Soluitur. memini me dixiſſe in. 1. phy. cõ. 1. & in prologo Auer. differentiam eſſe dicere Naturalem omnes cauſas conſyderare, & dicere ipſum cõſyderare omnes primas cauſas. primum eſt verum: ſecundum vero falſum. duas primas cauſas conſyderat Naturalis, & duas alias primus Philoſophus. primum motorem, & primam materiam Naturalis conſyderat: ſed Diuinus primã formam & primum finem. vide loco allegato ſuper. 1. phy. quia late diſputaui. vide com. 3. tertij meta & cõm. 5. & 19. 7. meta. & in prologo ſuo ſuper. 1. phy. & in. 4. metaphy. commen. 1.

12. Meta com. 6. Soluitio

Secunda contradi. eſt in commen. 9. Dicit Cõmẽ. q; Democritus fuit propinquior in aſpiciendo materiam. Sed oppoſitum legimus. 1. phy. com. 79. vbi iſtud Platoni attribuit, non Democrito. Soluitur. procedit dictum eius de illis, quos enumerat Philoſophus hic, & vniuerſaliter de his, qui fuerunt ante Ariſto. ſed Plato, qui fuit in eodẽ tempore cum Ariſt. fuit propinquiſſimus in inſpicienda natura materiæ. & ſic intelligitur dictum Auer. in primo phy. cõ. 79.

12. meta. com. 9. Solutio

Tertia contradict. eſt in. 12. commen. Inquit Commen. q; nec forma, nec materia generatur. Sed oppoſitum patet de materia primo phy. commen. 60. vbi habet, q; materia vere generatur. Soluitur. materia, & forma non generantur, vt terminus per ſe totalis generationis. nam ex proœmio metaphy. actus & generationes omnes circa ſingularia ſunt & ideo dixit. Commen. ad iſtum ſenſum hic q; , ſi materia & forma generarentur iſto modo, tunc materiæ eſſet materia, & ſic in infinitum. & ita etiã de forma procedit, q; illius eſſet forma, & ſic in infinitum. materia tamen vere generatur ſubiectiue, ſicut ipſe dicit in cõm. 60. primi phyſicorum.

12. meta com. 11. Soluto

Quarta

12. Meta. com. 14. Quarta contradi. eſt in cō. 14. Forma nō comprehenditur ſenſu, dicit Cōm. Sed oppoſitum huius patet. 2. de anima. 63 vbi dicit q̄ cogitatiua hominis eōprehendit intē tiones indiuiduales decem prædicamentorum. Soluit. forma non cōprehēditur à ſenſu in eo, q̄ ſenſus. ſic intelligit dictū eius hic, tñ forma comprehēdi poteſt à ſenſibus hominis in eo, q̄ ſenſus hominis ſunt. ſic intelligitur dictum eius. 2. de anima. 63 ſicut ipſemet ſeipſum gloſat ibidem in cō. 65. illius ſecundi. Et hoc etiam ipſe aſſeuerat in cō. ſuo ſuper libro de ſenſu, et ſenſi. ad finē, vbi dicit, q̄ homo cōprehendit differētias rerum, & intentiones earum proprias, quæ ſunt in re ſenſata, quaſi medullā de fructu: in animali aūt bruto cōprehendunt ea, quę ſunt extra, quę ſunt quaſi cortices fructuū. Alia etiam ſolutio dari poſſe, quam etiam in ſimili tetigimus in alijs locis, ſed breuitatis gratia ad præſens dimittatur.

Solutio.

12. meta. com. 16. Quinta contradi. eſt in cō. 16. Commen. dicere videtur materiam præcedere formā. Huius tamen oppoſitum vde. 9. meta tex. co. 15. vbi dicitur actum præcedere potētiā. Reſpondetur, q̄ materia præcedit formam, quæ prioritas eſt prioritas naturæ, teſte Auer. cōm. 7. ſuper. 2. de generatione, & corruptione. Quod autem dicitur per Philoſophum, actum natura præcedere potētiam, ſoluitur. nam illud dictum habet veritatē de actu agentis, non aūt de actu compoſiti producti ab agente. licet etiam, ſi vere loqui velimus, non ſit ſimpliciter reſpondendum ad quæſtionem quærentem an materia præcedat formā, ſicut colligi poteſt ex ſententia ipſius. 7. meta. cō. 35. vnde materia via generationis præcedit formam, quia forma educit de potentia materiæ: ſed forma præcedit materiam via perfectionis.

Solutio.

12. meta. com. 18. Sexta contradi. eſt in cō. 18. Haber. Cōm. calorem igneum nihil generare. Huius oppoſitum memini me legiſſe ab ipſo in cō. 15. ſuper primo canticę canticorū Aui. Dixi alias in hac materia calorem cœleſtem, & calorem elementalem non differre abinuicem, niſi ſicut calor ignis, & calor febrilis. manifeſtum eſt aūt calorē artis & elementalem vnū, & eundem ſubiecto eſſe, ſed nō differunt, niſi rōne tantū. nā forma caloris, vt regulatur ab arte, eſt res artis: ſed vt eſt regulata à forma ignis, eſt res naturæ, ſic vt mihi videtur idē ſubiecto eſt calor elemētalis, & calor cœleſtis: quia ſenſus tactus rectus eſt iudex de qualitatibus tangibilibus ex. 2. de aia. nullā aūt dīam percipit tactus inter virū q; calorem. ſed iſte calor, vt eſt regulatus à corporibus cœleſtibus, & comitē ſuratus, ſic cœleſtis dī, & dī eſſe generationis inſtrumētum effectiuū. ſi aūt calor iſte regulatus fuerit à forma propria, ignis ſiue caloris igneus. et quia vt ſic diſproportionatus eſt vitæ & generationi, ſic non dicit calor viuificans, ſed reſoluens, igneus, & elementalis. & tamen ſm rem ſunt vnum, & idem. Et ſic etiam teneo calorem naturalē in animalibus & plantis eundem eſſe realiter cum calore igneo, & elementali: quicquid dicat Gentilis ſpeculator in hac materia ſuper prima quarti ad principium: qui voluit multiplicare entia ſine neceſſitate, imaginando calorem naturalem, & calorem præter naturam eſſe duos calores realiter & eſſentialiter diſtinctos. Sed nobis tutius videtur eſſe dictu, q̄ vnus & idē calor eſt naturalis, & præter naturā. nā vt regulat ab anima, naturalis dicitur: vt vero regulat à forma ignis, ſic apparet elementalis, & igneus. Et hoc voluit Gal. medicorum princeps, dum dixit febrem eſſe calorem naturalē conuerſum in igneum, & hoc, vt mihi videtur, ſicut Commen. 2. de anima. cō. 41. Sic igitur ſedatur contradicho in dictis eius, quia vtrunque verū eſt, & q̄ calor ignis generat, & q̄ calor ignis non generat mixta. nam eſt eorum generatiuus, vt regulat à ſuperioribus lationibus, iuxta illud Philoſophi meteor. 1. ad principium, oportet mundū iſtum inferiorem ſuperioribus lationibus eſſe continuum, vt omnis eius virtus inde gubernetur. ſed iſte idem calor, vt regulatus à ſua forma, ſic mixta corrumpit. & hoc non inconuenit, q̄ ab vna forma proueniant oppoſiti effectus, prout reſpectu vnius effectus concurrit vt agens principale, & prout reſpectu alterius ipſa efficitur inſtrumentum, ſicut dixit ſubtiliſſimus Scotus meus in theorematibus: actio cuiuſcunque qñ ipſum ſit inſtrumentum, ſpecie differt ab actione eiuſdē vt principalis agentis. Sed contra iſtam ſolutionem ſimiliter. Tu dixiſti q̄ calor cœleſtis, & calor ignis ſunt idem eſſentialiter. Sed huius oppoſitū apparet ex preſſe in. 2. cap̄. de ſubſtantia orbis ab ipſo Auer. vbi tenet q̄ ſpecie diſtinguuntur. Et cōfirmat illæ formæ ſpecificæ diſtinguunt, q̄ fiunt operationes ſpecie differentes. operatio enim fecit cognoſcere formā, & tranſmutatio materiā: ſed operationes iſtorū duorum calorū ſunt ſpecie differentes, ſicut patet ex. 4. meteo. & ex. 2. de generatione alalium cap̄. 3. nā calor cœleſtis generat, conſeruat,

Inſtanda.

vinificat, digerit, calor igneus corrũpit, mortificat. ſeu comburit, putrefacit, deſtruit: ergo videtur, q̃ ſint ſpecie differentes. Ad hoc ego memini me alias dubitaſſe ſatis propter authoritatem illam Auer. & tamen ſicut mihi videtur poteſt dici, q̃ diſtinctio ſpecifica, quandoque eſt accidentaliter: & ab accidentali differentia, quãdoq; vero eſſentialiter. Dico ergo calorem cœleſtem. & elementalem differre ſpecie accidentali ab inuicem ratione diuerſorum regulantium, tñ eſſentialiter ſunt vnus, & idem calor: quia non eſt multiplicanda rerum entitas ſine neceſſitate. Ad rationem autem patet ſolutio, q̃ non oportet ſemper oppoſitos effect⁹ arguere oppoſitas formas: immo quandoq; effectus oppoſiti proueniunt ab vna & eadẽ forma, oppoſito modo ſe habente. Idem. n. inquantum idem ſemper eſt aptum facere idem, ſicut patet. 2. de generatione tex. cõ. 56. ſed idem inquantum diuerſum poteſt diuerſa facere: ſicut ibi dicitur de Sole, qui per acceſſum generat, per receſſum corrumpit. ſimiliter. 2. phyſi. 30. nauta ſui abſentia eſt cauſa ſubmerſionis nauis, cuius præſentia erat cauſa ſaluus: ſic forma, cùm ipſa ſit inſtrumentum, ſua actio ſpecie diuerſatur à ſeipſa, vt erat principale.

Solutio.

12. Meta. com. 23. Septima contradi. eſt in cõ. 23. Auer. exponens propoſitionem Philoſophi: quam etiam. 1. phyſi. ad principium adduxit, ſibiipſi contradicit in exponẽdo quid nomine cauſæ importetur. propoſito auré eſt iſta. omnia habentia principia, aut cauſas, aut elementa, non cognoſcuntur niſi ex horum cognitione. ibi autem expoſuit cauſas, i. fines. principia aũt dixit accipi pro agente & mouente: ſed per elemẽta intellexit cauſas materiales, & finales: hic vero dicit, q̃ per cauſas Philoſophus intendebat illud, quod eſt cõmune illis quatuor: per principia aũt cauſas mouentes, per elementa aũt cauſas, quæ ſunt in re. & vult q̃ propoſitio iſta in Phyſicis adducta, iſto modo intelligi debet. Ecce igitur manifeſtiſſimam contradictionem. Soluitur. forte litera eſt corrupta, aut forte peccauit per obliuionem, aut forte hic exponit illam propoſitionem ex ſententia propria: ſed. 1. phy. dedit illam expoſitionẽ ex ſententia Alexandri: ſicut ipſemet fatet in illo loco. & iſta ſolutio eſt verior apud me, aut forte fecit hoc, vt oſtẽderet illa tria, principiũ, cauſam, & elementũ: ſynonyma non eſſe, non curauit aũt hoc declarandum, vt eodem modo illa verba fuerint expoſita ibi, & hic, iuxta illud Doctrinalis. Ad placitum poni propriorũ multum notauſ.

12. Meta. com. 29. Octaua contradi. eſt in cõ. 29. Inquit Cõmen. ſubſtantia æterna. q̃ ſic poteſt declarari propoſitionibus communibus vtriq; ſcitiæ, ſ. Diuinæ & Naturali. Sed huius oppoſitum dixit ipſe. 1. phyſi. cõm. vltimo, & hic cõ. 5. vbi dixit ſolum propoſitionibus naturalibus iſtud declarari poſſe. Longa eſt diſcordia. varij modi dicendi in hac materia reperiuntur: an ſolũ Naturalis ſubſtantias abſtractas declaret, an cũ hoc etiã Diuinus. Dic reſolute in hac materia duas concluſiones, ab alijs forte nondum intellectas. Naturalis purus eſſe abſtractorũ à poſteriori demonſtrat via motus. ratio eſt, quia nullum aliud eſt mediũ, per qđ demonſtrari queat niſi motus. Iſtud, vt mihi videtur, eſt podiſſimum Auer. fundamentũ ſuper hoc, ſicut mihi videtur. 1. phy. cõ. vlti. &. 12. met. cõ. 5. Secunda concluſio. Metaphyſicus purus, habito pro conſtanti ſubſtantias abſtractas eſſe à Naturali, poteſt eſſe illarum non demõſtrare, ſed declarare aliqua ſuperficiali via, q̃ ſint entia prima, & q̃ ſint forma prima, & finis omnium: procedendo à ſubſtantijs non vt ſunt ſubſtantiæ ſenſibiles, ſed vt ſunt ſubſtantiæ tantum, hoc dixit com. 9. ſeptimi meta. Commen. quando dicit q̃ conſyderatio de forma, vt eſt ſubſtantia, perducit ad cognitionem primæ formæ, & primi finis. & iſta ſecunda concluſio eſt de mente Cõ. 12. huius cõ. 5. ſicut potes videre. Adde tertiam concluſionem. Metaphyſicus, induens habitum Naturalis Philoſophi: aliquid addens etiam de ſuo ad bene eſſe põt demirare ſubſtantias abſtractas eſſe, ſed vis medij demonſtrationis eſt à Naturali, non ab illo addito tali demonſtrationi à ſeipſo. Iſtam concluſionem probo authoritate eius. 12. met. cõ 6. vbi Philoſophus probat via mot⁹ q̃ in cauſis mouentibus non eſt proceſſus in infinitũ: ſed eſt deuenire ad vnũ primũ motorem non motum. & Cõm. in fine illi⁹ cõ. ponit quoddam documentũ: in quo docet, quare Ariſt. multas rationes, quas fecit in Naturali Philoſophia adducat in Metaphyſica, & inquit, & Ariſt. quãuis vtatur hic demonſtrationibus naturalibus. tñ inducit eas vniuerſalius: quoniam quanto fuerit demonſtratio vniuerſalior, tanto erit magis propria huic ſcientiæ. & Ariſt. ſe obſeruat in hac intentione, ſ. in inducendo demonſtrationes vniuerſales alio modo, q̃ in ſcientia Naturali. & hæc eſt cauſa in iteratione illarum demonſtrationum in hac ſcientia. Similiter Commẽ. in. 2. cœli cõ. 61. declarat

Solutio.

In

in exemplo manifeſto,quomodo aliqua demonſtratio poteſt fundari ſuper propoſitiones vtriuſque ſcientiæ. Dixit.n. q̃ Philoſophus in illo rex.induxit demõſtrationes qa ad probandum cœlum animatum eſſe:ſed demõſtratio ſimpliciter in hac ſcientia fundata eſt ſuper propoſitiones phyſicas,& ſuper propoſitiones acceptas ex ſcientia Diuinali. Declaratum eſt.n. in ſcientia Naturali in lib.phy. q̃ motor corporum cœleſtiũ non eſt in materia, & declaratum eſt in lib.de anima, quòd illud, quod eſt huiuſmodi, eſt intellectus, & declaratum eſt in 12.metaphyſi. quòd forma intellectualis nõ mouetur niſi ſm deſyderiũ, quod ſit à ſuo intellectu,quapropter neceſſe eſt, vt habeat ſuum imaginatum,& eſt corpus cœleſte habens deſyderiũ. Ecce igitur quomodo ſubſtantia æterna corporis cœleſtis declaratur eſſe animata per propoſitiones communes vtrique ſcientiæ,ſ. Naturali & Diuinæ.ſic intelligitur dictum Cõmen. hic in iſto cõm. 29. Sed hic eſt locus dubitationis.nam per Philoſophum poſteriorum.1. medias & extrema oportet in eadem proximitate eſſe: ergo videtur q̃ non poſſit fieri demonſtratio ex propoſitionibus communibus ſcientiæ Naturali & Diuinæ: cuius oppoſitum Commẽta dicit. Et confirmatur.quia ſm ipſum. 2.cœli.cõ.19. demonſtrationes dõctinales ,i. mathematicæ,non ſunt innatæ poni in ſcientia Naturali.ergo à pari nec naturales in ſcientia Diuina: quia non magis

Soluio. videt ratio de vna,q̃ de alia.Soluit. vt mihi videtur, demonſtrationes iſtæ, & ſi Naturales ſint, quia vis medij eſt à Naturali ſcientia,quia omne medium efficax demonſtratiuum ad eſſe abſtractorum, & æternorũ demonſtrandum innititur motui, tamen tales demonſtrationes, vt fiunt in Metaphyſica,poſſunt etiã innitu veritati alicuius principij diuinalis, quod in virtute intrat tales demonſtrationes, & ſic poſſunt induci conſimiles demonſtrationes in ſcientia Diuina & naturali:ſed in Diuina abſtractiõ modo q̃ in Naturali.Sicut demõſtratio illa 2.meta.innititur huic propoſitioni diuinæ, quæ dicit, q̃ mediorũ,extra quæ eſt aliquid vltimũ & primum,oportet eſſe illud,quod eſt primum cauſam illorum,quæ ſunt poſt. patet aũt q̃ iſta propoſitio diuina eſt, quia innititur rationi primi & vltimi, & rationi cauſę, & rationi ordinis.& iſta nõ ingredit demonſtrationem illã in ſua ipſa maxima cõmunitate ſumpta,niſi in virtute tantum. Naturalis aũt accipit medium iſtud ad motum coarctatum tantũ, nõ in ſua maxima cõmunitate.ſic intelligis modo illud,quod forte adhuc ab alijs nondũ eſt intellectum, qũo Diuinus põt aliquid adminiculari in declaratione æternæ ſubſtantiæ.ſed hoc nõ tollit quin medium demſonis efficaciam habens ſit naturale. Et iſte modus eſt valde ſubtilis,ſicut vides, & conſonus doctrinæ Auer.in locis adductis Aliter etiam põt dici,q̃ ſubſtantia æterna põt declarari, q̃ ſit per propoſitiones communes vtriq; ſciẽtiæ:non quia in vna & eadẽ demſone accipiantur duæ præmiſſæ,quarũ vna ſit à Naturali ſcienua accepta, & alia à diuina: ſed poſtquã Diuinus accepit à Naturali pro cõſtanti ſubſtantias abſtractas eſſe, declarat ipſe poſtea,qualiter prima ſubſtantia eſt finis,& forma oium entium:& ſic etiam ſubſtantiæ æternæ principia declarantur à Diuino eſſe principia ſubſtantiæ æternæ inquantum ſubſtantia eſt in ratione finis,formæ,& efficientis. & iſtũ ſenſum videt ſentẽte Auer.in cõ. 5.12. meta. ſi recte inſpicias, eligatur alter iſtorũ modorum:quia ſicut mihi videtur vterque verus eſt.

Nona contradi.eſt in eodẽ cõ.29. Scribit Cõm.q̃ ſine tempore impoſſibile eſt imaginari motum.Huius tamen oppoſitum patet 4.phy.cõ.97. Soluitur. dictum eius hic intelligitur de ſecunda operatione intellectus,quę ab Auer. 3.de anima appellatur fides,vel credulitas.Sed dictum eius. 4.phyſi. cõ.97.procedit ð prima operatione intellectus,quæ ab ipſo appellatur formano.nam cũm tempus non ſit de quiditate motus,intellectus poteſt intelligere motum non intellecto tempore, licet ſine tempore verus motus eſſe non poſſit. 12. meta. com.29. **Soluio.**

Decima contradi.eſt in cõ.30. Commẽ. dicit q̃ omne æternum eſt actio pura: & omne,quod eſt actio puta,non habet potẽtiam:ex hoc igitur videtur velle Cõm,nullũ æternũ habere potentiam.Huius th oppoſitum habetur ab ipſo. 3.de anima.cõ. 5.in ſolutione. 3.quæſtionis,& in cõ.14. vbi habet in omni intelligentia citra primam eſſe potentiam.Soluitur.potentia duplex logica,et phyſica. Potentia phyſica conſequitur materiam,ſiue ſit materia in potentia ad eſſe, ſiue ſit materia,quæ ſit in potentia ad vbi, ſiue ſit materia,quæ ſit in potentia ad intelligibilia.de tali potentia in ſubſtantijs ęternis non eſt potẽtia ad eſſe,ſiue illæ ſint corpora ęterna,ſiue ſint motores æterni,vt patet. 8.phy.& in lib.de ſubſtã.orbis,&.1.cœli infinitues.potẽtia ad vbi bene eſt in corpo- 12. meta. com.30. **Soluio.**

tibus æternis: quia talis consequitur materiam in actu, quæ est ipse orbis. Materia aũt intelligibilium est intellectus possibilis. & ista materia reperitur in anima intellectiua vere, cum ipsa sit ſm Cõm. compositaex intellectu agente, & possibili, tanquam ex duab⁹ partibus essentialibus, per quarũ altera creat intelligibilia, & per alteram recipit ea. sed in alijs intelligentijs non est intellectus possibilis vere, cùm in eis non fiat intellectio recipiendo, sicut fit in nobis. Vnde nulla potentia physica in alijs intelligentijs, excepta anima intellectiua, vere reperit. non potentia ad esse, quia illa insequit materiam primam. non potentia ad vbi, quia illa insequitur materiam in actu, quæ est corpus simplex, non compositum ex materia & forma. intelligentiæ autem omnes, nec sunt corpus, nec sunt virtutes in corpori bus: non est etiam in eis potentia ad intelligibilia, quia in eis non differunt intelligés, intellectũ. & intellectio, sicut est in anima nostra in ordine ad nos consyderata, vt ipse tenet: nulla igitur est ſm Auer. vera potẽtia in æternis substantijs. Alia aũt potentia logica est, quæ nihil reale dicit, sed dicit ens rõnis. ná potentia logica apud me nil aliud est q̃ ens rationis causatum ab intellectu ex non repugnantia terminorũ, inquantum non repugnant. Pro quo debes scire, q̃ solũ vnũ est ens simpliciter perfectũ, in quo est tota perfectio possibilis reperiri in habitu entis, & istud est solus Deus, sicut scribit Cõm. 5. meta. cõ. 21. & tale verius dicitur essentia, q̃ ens, cũ sit ens per essentiã. Alia vero sunt entia per participationem, sicut scribit Cõm. 2. meta. cõ. 4. & 12. meta. cõ. 51. oĩa aũt entia citra primũ deficiunt aliquo gradu perfectionis possibilis reperiri in habitu entis: quia omnia emanant à primo, eo modo, quo apta sunt emanare. nullum autem ens aptum natum est emanare à primo in æquali gradu perfectionis primi, cùm possibile sit dari duo prima æque perfecta in genere entium, quorum vnum sit ab alio, immo nullo modo, sicut ostendit Philosophus. 12. meta. ad finem, & etiam pulchre deducit Scotus. 1. senten. distin. 2. quæstio. 3. Et ideo, quia secunda intelligentia emanat à prima in altitudine naturæ, & cùm essentia li dependẽtia à prima, licet ſm Philosophos ista intelligentia sit ab æterno, habens oẽm perfectionem possibilem sibi, inquantũ talis intelligentia est in tali rerũ ordine constituta: quia tibi non differt posse ab esse, sicut patet. 3. phy. cc. cõm. 32. possibilitas. n. in eis est necessitas, sicut patet. 2. cœli. cõ. 54. Vnde Cõm. ibi dicit. possibile in rebus æternis est necessarium, cùm nihil sit possibile in eis vere. notanter dixit vere: quia nulla vera potentia in eis est, vt deduxi, cũ ista intelligentia, inquantum, ens reperitur priua ta aliqua perfectione: quia sibi inquantum ens non repugnat habere maiorem perfectionem, quam sit illa, quam actu habet. quia, si hoc sibi repugnaret, cuilibet enti hoc repugnaret, quod falsum est, sicut, si talpæ repugnaret visio inquantum animal, cuilibet animali visio repugnaret. Ista autem potentia non est vera potentia, quia nihil reale dicit, sed solum est ens rationis, fictũ ab intellectu ex non repugnantia talium terminorum, sicut diximus. & de ista potentia loquebatur Commen. tertio de anima. commen. 5. in loco allegaro, quando dixit in omni intelligentia citra primam reperiri potentiam. Et ego addo, q̃ etiam in omni ente absolute citra primum est potentia. & ideo opinio illa Subtilis doctoris in octaua distinct. primi, quæstione prima, vbi tenet quamlibet creaturam compositam esse ex actu, & potentia, tanquam ex priuatiuo, & positiuo est opinio verissima, & de intentione Auer. sine dubio. sic igitur de potentia præfata distinctio controuersię nodum soluit.

Vndecima contradi. est in tex. 36. Arist. & Commen. in intelligentijs ponunt intellectum, & voluntatem. Vnde primo mouetur ad amatum in ratione finis, & boni, quod est obiectum voluntatis. Sed huius oppositum legimus in prima disputa. in lib. destructio destructionum in solutio. 11. dubij. vbi dicit q̃ Philosophi concedunt hoc, q̃, si antiquum haberet voluntatem, bene nouum ab antiquo prouenire. vbi videtur negare voluntatem in entibus antiquis, & æternis. Nisi esset, q̃ voluntas dupliciter sumitur. vno modo vt est idem quod intellectus, sola tamen ratione distincta. nam eadem virtus abstracta, vt cognoſ. ens, dicitur intellectus: vt desyderans & amans, dicitur voluntas. & ista est mens Auer. & Aristote. vt ego puto in. 3. de anima, vbi non fecit tractatum specialem de voluntate distinctum ab illo de intellectu. & hoc elicitur ex mente Auer. 3. de anima. cõmẽ. 49. Alio modo sumitur pro desyderio duorum oppositorũ æqualiter. vnde sic sumpsit Cõm. voluntatem in prima disputatione vnlib. destructio destructionum in disputatione prima in solutione secundi dubij. & volũtas isto modo est

12. meta. tex. 36.

Solutio.

eſt paſſio & mutatio, vt teſtatur Commen. in diſputatione. 3. in ſolutione primi dubij vbi probat in Deo non eſſe voluntatē qualis eſt in nobis, quia voluntas in generabilibus deſyderat id, quod vult, & Deus non deſyderat id, quod vult, & talis voluntas eſt paſſio & mutatio. Iſtud confirmat ex diſputa. 11. in ſolutione vltimi dubij, vbi dicit nō eſt verum, q̄ à Deo auferat̄ volūtas, ſed noua voluntas. & iſto modo voluntas non eſt in intelligentijs, ſed primo modo.

12. meta. com. 36. Duodecima contradi. eſt in cōm. 36. Inquit Cōm. q̄ formę materialis actu ſunt in materia, ſed potētia ſunt in primo motore. Huius ūn oppoſitum inuenimus in cō. 18. ad finem in eodem lib. Soluitur. qñ forma materialis eſt actu in materia, talis potentia eſt in Deo, quia eminenter in Deo continetur, non actu formali. Sed qñ potenna eſt in materia, tūc actu virtuali eſt in Deo. & iſta non contradicunt, ſicut vides.

Solutio.

12. meta. com. 37. Decimatertia contradi. eſt in cōmē. 37. Auer. inquit Deū ſolicitari circa indiuidua ſub ratione ſpeciei, non ſub rōne indiuidui. Huius oppoſitū habet ab Ariſt. & ab ipſo. 10. ethi. ca 10. vbi dicit circa ſingularia, vt ſingularia ſunt, Deū ſolicitū eſſe. inquit. n. ibi, q̄ viſitat Deus ſapientē, ſicut facit amicus amicū. Soluit ibidē. quia dr in tex. nā, ſi Dij curā aliqua habent humanarum rerū, vt exiſtimatur & creditur, rationabile eſt eos gaudere optimo & cognaniſſimo. patet q̄ ibi loquitur probabiliter. nā ſermones ſiunt ſm materiam ſubiectam: & quia ibi erat in moralibus, congruū fuit vulgo perſuadere hoc. ſed in ſcientia Diuina te. cō. 51 determinat Philoſophus ſm propriā intentionem Deum circa ſingularia, vt ſingularia materialia ſunt, non habere ſolicitudinem, ſic diceret, vt mihi videt Auer. in iſta contradictione. Sed iſta opinio falſa eſt, & hæretica, & contra fidem noſtram, quæ falli non poteſt, cūm ordine infallibili regat. nec rationes Phyloſophorum cogunt contra nos, immo ipſemet Commenta. ab ipſa quaſi veritate coactus dicit ſe quandoque à Deo illuſtratū fuiſſe in ſoluuone alicuius difficultatis, & multa conſimilia. Sed hic eſt locus dubitationis, quid eſt hoc dictu Deum intelligere entia ſecūdum ſpeciem, & ſolicitari de entibus ſecūdum ſpeciem: ſi enim intelligatur Deum cognitionē habere de Socrate & Platone, vt conueniunt in natura humana, mulnplex videtur ſequi inconueniens. tum quia talis cognino eſſet vniuerſalis. quia cognoſcere Socratem, vt eſt homo, eſt habere cognitionem vniuerſalem, et per conſequens potentialem, cùm ſcire in vniuerſali ſit ſcire in potentia. 12. metaphy. commen. 14. conſequens autem falſum eſt. nam ſecundum ipſum duodecimo metaphyſicæ commento quinquageſimo primo ſcientia Dei non eſt vniuerſalis, neque particularis. Amplius accideret poſitio idearum in mente diuina. quia nō eſt maior ratio, quòd ſpecies humana cognoſcatur ab intellectu diuino, quàm aliæ ſpecies. & ita rediret opinio Platonis, quæ ſecundum excellentes Platonicos fuit, q̄ ideæ eſſent in mente diuina. iſtud autem videtur repugnare dictis Peripateticorum dicentium Deum tantum vnum intelligere, iſta ſunt, quæ diu agitaui in via eorum, & tandem deueni ad hoc, quòd ſecundum ipſius Auerrois ſententiam duodecimo metaphyſicæ commento 51. Deus ſublimis tātum vnum intelligit, & illud intellectū eſt ſua eſſentia, quæ eminenter eſt omnia: cùm, ſicut ſupra dictum fuit, nulla ſit ibi potentia, neque imperfectio, aut defectus. ſequitur autem ex hoc omnia alia entia ſuppoſita eſſe reſpectu eſſentiæ diuinæ per participationem dicta: ſicut patet ſecundo metaphyſicæ commento quarto. Deus igitur intelligens ens per eſſentiam intelligit omnia ſecundum ſpeciem: quia omnia entia ſunt quaſi ſuppoſita per participationē dicta in ordine ad eſſentiam diuinam non quòd diuina eſſentia formaliter ingrediatur conſtitutionem aliorum entium. ſed iſta participatio eſt talis, quòd eſſentia aliorum entium eſt quædam participatio dependentiæ reſpectu diuini eſſe, pro quanto quælibet talis fuit extranea natura à natura diuina, dependens tamen ab ipſa, & ſecundum q̄ tales creaturæ magis, & minus diſtanter dependent, ſecundum hoc dicuntur magis & minus perfecte. Et ſic intelligitur dictum Philoſophi ſecundo de anima trigeſimoquarto, vbi habet q̄ omnia appetunt participare diuinum eſſe eo modo, quo poſſunt. &. 1. cœli te. cō. 100. habet. Hiſ quidem communicatum eſt eſſe, alijs quidem clarius, alijs vero obſcurius. Nulla igit ſm ipſummet Ariſt. & Auer. eſt alia idea, nullum exemplar, nulla alia forma, niſi diuina eſſentia, quæ taliter ab oibus participatur. Et ideo dicit Cōm. cō. 51 huius, q̄ ſi quis cognoſcat caliditatē ignis, talis non dicit ignorare naturam caliditatis exiſtentis in aliis ennbus, & ſic Dei intellectio eſt per ſpeciē, q̄ quanto cognoſcēdo ſe cognoſcit

Solutio.

Quomodo intelligendū ſit Deum intelligere entia ſm ſpeciem.

illud quod eſt omnia. quia cognoſcit: ens per eſſentiam: ens aũt per eſſentiam ſpecies eſt participata ab entibus per participationem dictis. Iſtud aũt verificari poteſt per dictũ Auer. 4. phy. auſcultationis cõ. 102. vbi habet. ſi illud, quod eſt calidum ſimpliciter eſt ignis ſimpliciter, illud, quod eſt aliquod calidum, eſt aliquis ignis. vbi patet manifeſte ſm ipſum, ens, participatiue dictum, eſſe quaſi ſuppoſitum ens per eſſentiã. Et iuxta hoc conſimili modo poſſumus arguere, ſi ens ſimpliciter perfectum eſt Deus ſimpliciter, & eſt eſſentia ſimpliciter: ergo ens aliqualiter perfectum eſt aliquis Deus, vel aliquid deitatis habens. & eſt aliquod ens, vel aliquid entitatis habens. ſic igitur Deũ oĩa cognoſcere ſm ſpeciem intellexit Cõmen. ſicque Deum ſolicitum eſſe ad extra, intelligendum Deũ pro quanto ad gradum entitans in quolibet concurrit tanquam ad effectum primum, & vniuerſaliſſimum: qui vniuerſaliſſimæ & primæ cauſæ attribui debet, iuxta illud Philoſophi in. 2. phy. tex. cõ. 38. Effectum vniuerſalium cauſæ ſunt vniuerſales. Et ideo recte dixit Author de cauſis propoſitione quarta, dum dixit primam rerum creatarum eſſe ipſum eſſe, & nihil ante ipſum cauſatum eſſe. Sic etiam verificantur dicta Philoſophorum dicẽtium res mundi huius eſſe in intentione naturæ ſub ratione ſpeciei, non ſub ratione indiuidui, niſi per accidens, pro quanto Deus, & intelligentiæ concurrunt per ſe ad gradus naturæ cõis. Ad gradũ aũt materialẽ concurrit agẽs materiale, & ſic ſolicitudinẽ hſit circa iſta, quò ad ea, q̃ ſunt naturę, ſed quò ad ea q̃ ſunt indiuidui, materiæ relinquunt. ponẽtib⁹. 11. nobis duo extrema latitudinis entiũ, prima materia, ſ. & primo motore. 12. met. cõ. 18. cõgruum eſt materiales formas, quæ ſunt in potentia in prima materia, & ſunt in actu in primo motore in aliquibus diſpoſitionibus talia attribui materiæ, & in aliquibus attribui primo motori, & alijs abſtractis ſubſtantijs: quæ cum primo concurrunt inſimul, vt ex eis fiat vnus actus, ex 2. caꝑ. de ſubſtãtia orbis, &. 12. met. cõ. 44. &. 2. cœli. cõ. 42. Ex iſtis iam patet intellectionem Dei actualiſſimam eſſe. cùm ſit tãtum per ſui eſſentiam, quæ eſt ipſa actualitas. Patet etiam qualiter non eſt ibi vniuerſale, nec particulare, nec potentia aliqua, nec multitudo idearum: ſm viam Auerro. & Ariſt. vt ego puto. licet nos vera hæc eſſe minime fateamur, quia catholici confitenẽ Deum oĩa intelligere, iuxta illud Hieronymi. Ne minimum quidem folium cadens in terra cadit abſq; nutu Dei. Nec propter hoc ſequit intellectum diuinum vileſcere: quia tunc intellectus aliquis vileſcit ex perceptione rei vilis, qñ talis eſt cauſatus à re vili, & qñ diſtrahitur à perceptione rei nobilis propter rei vilis conſyderationẽ. Iſta aũt Deo benedicto non attribuimus: tum quia ipſe non eſt cauſatus, ſed cauſa: tum quia percipiendo alia à perceptione ſuiipſi⁹ non diſtrahitur, cùm alia non percipiat niſi in ſeipſo. nam ſua entia eſt ſuum obiectum primo motiuum, & primo terminatiuum reſpectu ſuæ intellectionis: alia autem obiecta ſunt ſecundaria terminantia tantũ, nullo modo mouentia Dei intellectum. Licet igitur Ariſt. iſta non viderit, nec Philoſophi viderunt tñ iſta Prophetæ, qui in ſuperiori gradu ſunt conſtituti q̃ Philoſophi ſm ſapientes. & ideo ſtante diſcordia, in talibus potius Prophetis credẽdum, q̃ Philoſophis, cum ipſi intentiores Deo ſint, quàm fuerint Philoſophi.

Decimaquarta contradi. eſt in 38. cõm. Ait. Cõm. q. forma hominis inquantũ homo, eſt intellectus. Sed hnius oppoſitum patet tertio de anima cõ. 5. vbi videt velle q. anima intellectiua non ſit forma dans eſſe homini. Defenſores Auer. in quæſtione de vnitate intellectus; non potentes euadere argumenta à ſancto Doctore in tractatu de vnitate intellectus, & in quæſtionibus diſputatis de anima, & in ſumma contra Gentiles, deuenerunt ad hoc, vt dicerent animã intellectiuam eſſe veram formam dantem verum eſſe ſubſtantiale homini ad intentionem Auer & ſic volunt hominem intelligere formaliter per animam intellectiuã, tanquam per principium formale conuenientem homini ſm eſſe. & ſic vnitatem intellectus volunt ſuſtinere de mente Ariſto. & inconuenientia multa euadunt poſito iſto fundamento. Nos autem volumus, veritatis amore aſtricti, & chriſtianę religionis vinculo coacti, oſtendere opinionem iſtã minime fuiſſe de intentione Auer. vt deſtructo fundamento, ſuper quo iſti innituntur, deſtruatur poſitio vnitatis intellectus. Licet enim veritas iſta ſit animam intellectiuam eſſe formam ſubſtantialem hominis, dico tñ Auerroem iſtam veritatem non vidiſſe. Moueor autem ad hoc rationib⁹, & authoritatibus eius. Præſuppono de intentione eius formam hominis, per quam homo eſt generabilis, & corruptibilis, eſſe animã cogitatiuam, quæ ſm ipſum educta eſt de potentia

12. met. com. 38.

Animam intellectiuam non eſſe formã dantẽ verum eſſe ſubſtãtiale homini

ſentia materiæ, & eſt multiplicata generabilis, & corruptibilis, ſicut patet cō. 5. & 20 in. 3. de anima. Preſſuppono ſecundo animā iſtam cogitatiuam prius natura aduenire homini q̄ animam intellectiuam: ſicut patet. 2. de generatione animalium cap̄. 3. & eſt etiam hoc de mente eius. 3. de anima cō men. 5. in ſolutione ſecundæ quæſtionis. Tertio præſuppono de mente Auer. animā intellectiuam eſſe quandam intelligentiā vnā numero in oībus hominibus, à materia in eſſe non dependentē, ſ̄ temā à parte ante & à parte poſt. His ſtātibus, arguo Auerroē nullo pacto poſuiſſe animam iſtam intellectiuam eſſe formam dantem eſſe intrinſece, & formaliter ipſi homini. qa dato hoc, ſequeretur, q̄ ex duobus entibus in actu fieret per ſe vnū, quod eſt contra Philoſophū, & contra ipſum in. 8. meta. tex. cō. 15. & 7. meta. cō. & tex. 49. &. 2. de anima tex. cō. 7. Conſequentia probat, quia cum anima intellectiua ſit quoddam ens actu per tertiū ſuppoſitum, & homo conſtitutus ex materia, & anima cogitatiua, quæ eſt perfectiſſima formā inter formas eductas de potētia materiæ, ſit etiam quōddam ens actu. cùm igitur anima intellectiua aduenias materiæ poſterius, aut natura, aut natura & tempore, reſpectu cogitatiuæ formæ, ſequitur igitur ex duobus actu exiſtētibus fieri vnū per ſe formaliter, & intrinſece quantum ad eſſe: quod eſt contra omnem Philoſophiam. Nec poteſt cauillādo dici q̄ forma cogitatiua nō dat eſſe ſimpliciter homini. quia, vt dictum eſt, ipſa eſt vere forma ſubſtantialis, non intenſibilis, nec remiſſibilis, vt ſunt formæ elementorum ſm Auerroē. neque eſt forma aliqua generica qualiter-cūque diſtincta à ſpecifica, ſed eſt forma ſpecifica completa, ergo dabit eſſe ſimpliciter, & anima etiam intellectiua dat eſſe ſimpliciter. ergo etiam ſequitur non ſolum ex duobus actu entibus fieri vnum ens ſimpliciter. i. nmo ſequitur, q̄ vnius rei erunt duo eſſe ſimpliciter, quod non capit intellectus. Sed dicebat q̄ anima intellectiua eſt forma dans eſſe, non educta de potentia materiæ ſed anima cogitatiua eſt forma dans eſſe, educta de potentia materiæ: quæ quia ordinabilis eſt ad animam intellectiuam, tāquam ad poſtremam formam, ideo vtraq; vniri poteſt materiæ vna immediate, & alia mediante alia, & q̄ ex eis fiat vnū ſimpliciter. ſed, ſi iſtæ duæ formæ eſſent eiuſdem ordinis, bene hoc inconueniret. Contra ens actu, inquantum actu, non eſt ordinabile ad aliud ens actu, inquantum ens actu: ſiue ille actus ſit alterius rationis, ſiue eiuſdem, ita q̄ ex eis fiat per ſe vnum. quia ſemper oportet, vt inquit Philoſophus, in talibus vnum eſſe potentiam, aliud vero actum. ſed homo conſtitutus, vt dixi, per animam cogitatiuam habet eſſe actu ſimpliciter per animam cogitatiuam: aliter illa non eſſet forma dans eſſe ſimpliciter quod eſt falſum. nam ſi aliæ formæ mixtorum inanimatorum, & animatorum dant eſſe ſimpliciter, quanto magis cogitatiua hominis, quæ eſt ſuprema. ergo anima intellectiua non dat eſſe ſimpliciter ſm ipſum. aliter. n. ſequitur idem habere duo eſſe. Et confirmatur, quia aut talia eſſe ſimpliciter ſunt duo, aut vnum. ſi duo, habeo intentum, q̄ tunc idem eſſet bis homo ſimpliciter: quod eſt abſurdum. ſi vnum. cōtra. qñ vnum eſſe ſimpliciter attribuitur vni ſuppoſito ratione duarum formarum, quarum vna eſt ordinabilis ad aliam, illud eſſe principaliter attribuitur vltimæ formę, quę eſt actualiſſima. ſi ergo anima cogitatiua ordinatur ad intellectiuam tanquam ad poſtremam hominis formā, tunc eſſe ſimpliciter hominis inquantum homo principaliter eſſet ab anima intellectiua. & tunc ſequeretur q̄ homo non eſſet generabilis, & corruptibilis inquantum homo, ſed inquantum animal. ita arguit Commen. 3. de anima. cō. 5. Probatur ſequela. quia homo intrinſece, & formaliter eſt homo per te p animam intellectiuam, ſed anima intellectiua non eſt generabilis, neque corruptibilis: ergo homo non eſt generabilis inquantum homo, quod eſt abſurdum. Ampliustu eſſes per eſſe mei, & ego eſſem per eſſe tui, nam ſi eſſe ſimpliciter hominis, & Platonis ſit per animam intellectiuam, cùm illa ſit vna numero in vtroque: ergo idem eſſe ſimpliciter numero erit in vtroq;. aut igitur oportet te concedere animam intellectiuam non dare eſſe ſimpliciter, aut oportebit te incurrere in iſta inconuenientia. Et cōfirmatur. quia, ſi anima intellectiua vniretur homini per informationem, ſequeretur eam eſſe multiplicatam & diuiſam: cuius oppoſitum tenet Cōmen. Probatur ſequela. quia omnis forma dans eſſe materiæ adueniat materiæ mediantibus quantitatibus interminatis. 1. cap̄. de ſubſtantia orbis: ſed omnis talis extenditur ad extenſionem materiæ, ergo anima intellectiua erit extenſa. Ita arguit Commen. 1. cap̄. de ſubſtantia orbis. ſi intelligentia vniretur orbi mediante

dimen-

dimenſione interminata, eſſet diuiſa. ſed dicebat q̃ eſt ratio diuerſitatis: quia intelligentia aduenit orbi non præexiſtente aliqua alia forma ſubſtantiali. & ideo, ſi mediante dimenſione vniretur per informationem ipſi materiæ, cùm omne receptum recipiatur per modum recipientis, ſequit̃ intelligentiam eſſe extenſam. ſed anima intellectiua vnitur homini mediante alia forma ſubſtantiali, quia mediante anima cogitatiua, quæ ſufficienter terminat quantitatum interminatarum interminationem, ne progredi poſſit vſque ad animam intellectiuam. Sed contra. quandocunq; eſt aliqua per ſe ratio adæquata alicuius effectus, facta quacunq; variatione in accidentalib⁹ cauſis reſpectu illius effectus, ille effectus remanet, remanente ſua per ſe, & adæquata cauſa, patet iſta ex terminis. ſicut in exẽplo dicimus. ſi rationalitas in homine eſt per ſe & adæquata cauſa reſpectu riſibilitatis hominis, eſto q̃ rationalitas coniungeretur, vel albedini, vel nigredini, adhuc manente rationalitate maneret riſibilitas. ſed tunc ſic. ratio per ſe adæquata extenſionis formarum in materia inductarum eſt ipſa quantitas ſm Auerroem primo capitulo de ſubſtantia orbis, & non eſt præexiſtẽtia, vel non præexiſtentia formæ præcedentis in materia. aliter enim formæ mixtorũ, & formæ accidentium aduenientium ipſis mixtis non eſſent diuiſæ, cùm tales adueniant materiæ poſt aduentum aliarũ formarum. Sed dicebat q̃ hoc eſt verũ de formis eductis de potentia materiæ, fallit autẽ de formis datiuis eſſe materiæ, non eductis tamen de potentia materiæ. Sed cõtra. tu negas ergo Commẽtatorem tuum. quẽ defendis. quia à pari ſibi dicam in conſequentia, quam facit in primo capituro de ſubſtantia orbis de intelligentia, q̃ eſto, q̃ illa vniretur orbi mediante dimenſione, propter hoc non ſequitur ipſam extendit. quia dicam ſibi, q̃ non valet hoc in formis non eductis de potentia materiæ: ſed dicebat q̃ procedit de intelligentia, & non de anima intellectiua, quia vna aduenit mediante priori forma, alia non. Contra. conſimilis reſpontio exigit conſimilem repliciam Commen. ratio ſolum innititur rationi quantitatis præciſe tanquã medio, quia dicit ſi vniretur orbi mediante dimenſione, nullam faciens mentionem de præexiſtenti, forma ſubſtantiali, vel non præexiſtenti, quia videbat q̃ illud non erat niſi accidentale reſpectu diuiſibilitatis. Præterea, ſi tu dicis ideo animam intellectiuam non extendi, licet ſm eſſe vniatur materiæ, quia talis aduenit poſt formam cogitatiuã, quæ ſufficienter terminat materiam, & interminationem quantitatum exiſtentium in ea, vt vltrius progredi non poſſint ad ſubſequentem formã. Contra, ergo anima intellectiua aduenit materiæ ſufficienter terminatæ per priorem formam. ergo, ſi vnit̃ materiæ informatæ per cogitatiuam, tunc ipſa erit accidens. Sic arguit Cõmẽ. contra Auic. 1. phy. commen. 63. qui ponebat formam corporeitatis vniri materiæ per informationem ante aduentum aliarum formarum. deducit enim eum ad hoc, quòd omnes ſubſequentes formæ eſſent accidẽtia: quia aduenirent materiæ exiſtenti in actu ſimpliciter. Et ſi ratio iſta apud Auerro. concludit de forma corporeitatis, quæ ſm Auic. erat imperfectiſſima forma, quare igitur argumentum conſimile non procedet contra ipſum de anima cogitatiua, quæ eſt formarum perfectiſſima. ſed dicebat q̃ in formis datiuis eſſe materiæ, quæ ſunt eductæ de potentia materiæ, inconueniens eſt duas formas ſubſtantiales perfectas non intenſibiles, neque remiſſibiles eſſe in eodem ſubiecto. quia ſic, vt aiũt, intelligitur dictum Auer. 1. cap. de ſubſtantia orbis, dicentis vnum ſubiectum habere pluſquam vnam formam impoſſibile eſt. Dicitur, intẽſibilitate carentes, propter formam elementi. dicitur eductis de potentia materiæ, quia in talibus, quæ non ſunt eductæ, ſtat vnum ſubiectum habere plures ſubſtantiales formas, quarum vna dat eſſe, & eſt educta de potentia materiæ, & alia etiam non educta de potentia materiæ dat eſſe etiam. ſicut eſt de facto in homine, qui habet eſſe à duabus formis ſubſtantialib⁹, ſcilicet à cogitatiua & ab intellectiua. Sed contra. à pari dicam pro Auic. quòd eſto quòd forma corporeitatis ſubſtantiæ præexiſtat in materia, non ſequitur alias formas accidentia eſſe. quia ſm Auicennam aliæ formæ, quæ de nouo inducunt in materia, non ſunt eductę de potentia materię, ſed ſunt ab extrinſeco motore, quem dator formarum appellat ſeu colcodeam, ſicut inquit de ipſo Commen. ſeptimo metaphyſicæ cõm. 31. Et confirmatur. quia, dato q̃ iſtæ formæ aduenientes poſt formã corporeitatis eſſent eductæ de potentia materiæ, tunc ahuc magis videtur, q̃ ex forma corporeitatis, quæ materialis eſt, & alijs formis materialibus, fiat vnum per ſe, quàm

ex

ac anima cogitatiua, & intellectiua hat vnum per ſe. nam illæ ſunt eiuſdem ordinis, iſtæ vero diuerſorum. Amplius opinio iſta incurrit opinionem Platonis, & inconueniencia illius. Nam Ariſto. cō &. tex. 45. ſeptimi metaphyſicæ arguit contra Platonem, probando ideam non eſſe cauſam formalem indiuiduorum conſtitutorum ſub ipſa, cauſam inquam formalem, dantem eſſe non declarantem quiditatem: vt exponit ibi Commenta. Et ratio ſua conſiſtit in hoc. Subſtantia vniuſcuiuſq; indiuidui eſt ſibi propria: quodlibet vniuerſale eſt commune plurib⁹: ergo vniuerſale non eſt ſubſtantia propria alicuius. Et inquit ibi Cōm. quòd, cùm omnia indiuidua conueniunt in vna ſubſtantia numero, ſunt vnum numero. modo à pari, ſi ſm ipſum omnia indiuidua ſpeciei humanæ conueniunt in vna forma numero, quæ eſt anima intellectiua, tanquam in forma dante eſſe ſimpliciter materiæ, ſicut iſti imponunt Auer. de monſtratiue ſequitur omnia indiuidua eſſe vnum numero. Et ita argumētum, quod ipſe facit in commento quinto vbi difficultat ſecundam quæſtionem de vnitate intellectus, in quo dicit quòd, ſi vnus eſſet omnium intellectus, tunc tu eſſes per eſſe mei, & ego eſſem per eſſe tui, & quòd homo nō eſſet generabilis inquantum homo, ſed inquantum animal, euidenter demonſtraret, ſi ipſe tenuiſſet intellectiuam animam eſſe formam intrinſece conſtituentem hominem. Et illud maximo argumento eſt, ꝙ Cōm. in illo commento non ſoluit iſta argumenta. quia iam ſolutionē patuiſſe ſupponit ex his, quæ declarauerat in illo commento. & eſt ꝙ anima intellectiua non dat eſſe formaliter & intrinſece homini, ſed aſſiſtit ſolum, ſicut motor mobili, vt nos infra declarabimus de intentione eius. aliter enim diminutus fuiſſet, ſi ipſe tenuiſſet oppoſitum. quia argumenta iſta ſunt in ſimili caſu contra Platonem. & ſi contra Platonem demonſtrant, demonſtrabunt, & contra ipſum, confirmatur, quia. 3. cœli. cō 61. principia propinqua rerum corruptibiliū ſunt corruptibilia. ſi igitur anima intellectiua eſſet forma dās eſſe homini formaliter, tunc ergo eſſet propinquum & immediatū principium, per quod homo eſt homo, & ita eſſet corruptibilis. Et ideo Commentator videns hoc dixit tertio de anima commento trigeſimo tertio, ꝙ homo non eſt generabilis & corruptibilis, niſi per virtutem cogitatiuam: quia iſta ſm ipſum eſt forma, per quam homo intrinſece, & formaliter eſt homo. Amplius homo eſſet in duplici ſpecie, ſi haberet duplicem formam ſubſtantialem in eſſe perfecto. ſic arguit Cōm. contra Auic tertio cœli commento. 67. ponentem formam ſubſtantiales elementorū formaliter in mixto remanere. Nec valet, ſi dicatur ꝙ homo per animam cogitatiuā non eſt in ſpecie ſed in genere: ſed per animam intellectiuam homo eſt in ſpecie Cō tra. quia iſti, quorum iſta eſt poſitio, tenent, ſicut tenendum eſt de mente Commenta. eſſe vnam & eandem formam, per quam aliquid eſt in genere, & ſpecie: ergo, ſi per cogitatiuam homo eſt in genere, erit etiam & in ſpecie. Amplius, ſi anima intellectiua eſſet forma dans eſſe formaliter homini ſecundum Commenta. ſequeretur ꝙ non eſſet idem agens diſponens materiam, & inducens formam, contra ipſum. 7. meta. commen. 31. Probatur autem ſequela. nam in inſtanti generationis, in quo homo habet principium eſſe hominis, oportet ibi eſſe animam intellectiuam. aliter enim homo eſſet homo ſine forma ſua ſubſtantiali, per quam eſt formaliter homo: quod implicat contradictionem, ſicut implicat albū eſſe ſine albedine. quæro igitur in illo inſtanti, an virtus informatiua, quæ eſt in ſemine, attingat animam intellectiuam, vel non. primum dari non poteſt: quia anima intellectiua non eſt in poteſtate agentis naturalis, quia ab extrinſeco aduenit teſte Philoſopho in. 2. de generatione animalium cap. 3. &. 12. metephyſi. tex. commen. 17. ſi enim conſequeretur tranſmutationem, tunc eſſet generabilis & corruptibilis. ſic arguit contra Platonem Philoſophus, & Cōmentator ſeptimo metaphyſi. 31. omne mixtum cum materia ſit à mixto cum materia, ꝙ ſi dicas aliud eſſe diſponens, & aliud eſſe inducens formam, tunc conſequentia contra Auicennam facta nulla eſt. Forte dices, ꝙ ratio Commentatoris contra Auicennam procedit de formis eductis de potentia materiæ, qualis non eſt anima intellectiua. immo in talibus non inconuenit aliud eſſe diſponens, & aliud inducens: ſicut colligitur ex intentione eius. 1. phyſi. cō 62. vbi habet, ꝙ non ceſſant partes ſpermatis recedere, & fieri partes hominis. & hoc, ſi forma humana recipit partitionem. ſi vero non, iſtud neceſſario erit in diſpoſitionib⁹ propriorum accidentium formæ generatæ. Sed cōtra, hoc non euadit. quia quantūcunque forma non acquiratur partibiliter, ſed

ſux

ſtæ diſpoſitiones partibiliter acquirantur, ꝓpter hoc, tñ nõ ſequitur ꝙ aliud ſit diſponens materiam, & aliud ſit inducés formã. Nec valet cauillatio tua data. quia à pari Auicen. diceret ad argumenta eius, ꝙ ſi formæ, quas ipſe ponebat aduenire materiæ ab extrinſeco motore, eſſent eductæ de potentia materiæ, bene inconueneniret aliud eſſe diſponens materiam, & aliud inducés formam. modo ſm Auic. omnes iſtæ formæ ſubſtantiales rerum materialium ſunt à datore formarum infundente eas in materia diſpoſita per agens naturale. Præterea inconuenientia illa, quæ adducit Cõm. ibi, æque procedunt de forma educta, ſicut de forma non educta, & econuerſo. Amplius, accideret animam intellectiuã moueri localiter ſaltem per accidens, quod Cõ. habet pro inconuenienti de quolibet abſtracto. patet conſequentia. nam motis nobis, monentur omnia, quæ ſunt formaliter in nobis. ſi igit' anima intellectiua eſt forma hominis: igitur mouebitur ad motum formali. quia non poteſt ſine implicatione contradictionis intelligi aliquam eſſe formam dantem eſſe, & ꝙ formatum moueatur, & ꝙ ſua forma non moueatur ſaltem per accidens. Sed dicebat, dando inſtantiam de polis mundi, qui ſunt formaliter & actualiter in orbe, & tñ orbe moto ſunt ſimpliciter immobiles tam per ſe, q̃ per accidens. Sed contra, quia quies polorũ eſt tranſumptiua, & non eſt vera quies. Sed hoc, ꝙ dicunt Mathematici polos quieſcere eſt ad imaginationem, ſicut ſunt propoſitiones Mathematicorum. ſed naturaliter hoc non eſt verum, ſicut expreſſe dicit Cõm. in. 2. cœli cõ. 16. &. 4. phy. cõ. 118. Quomodo autem implicet cõtradictionẽ, ego ſic deduco. nã ſumpto hoc homine, quæro an in illo loco, in quo eſt ipſe, ſit ſua forma, per quam ipſe eſt homo, vel non: ſi ſic, habeo intentum, ꝙ eſt in loco per accidens, quia locatur ad locationem totius. ſi non eſt in illo loco, tunc igitur ibi erit homo ſine ſua forma ſubſtãtiali, per quam homo eſt homo. Nec poteſt dici: ꝙ anima intellectiua ſit in loco ꝓ operationem, quia operatio eius non eſt mouere ſm locum, ſed intelligere. licet n. intellectus practicus concurrat, vt dicitur in. 3. de anima ad motum progreſſiuum, tñ illud, quod exequitur motum, eſt à cauſa cogitatiua, mediante virtute motiua, quæ eſt in membris. Et ideo poſito ꝙ Plato quieſcat à motu progreſſiuo, quærendum eſt vt prius, an in illo loco, in quo eſt Plato, ſit anima intellectiua, aut non. & deducatur, vt prius. Amplius, ſi anima intellectiua eſt formaliter vnita corpori, ſm eſſe, ſequitur operationem eius, quę eſt intelligere, eſſe ſignatam, & materialem. patet ſequela, quia non põt eſſe operatio propria alicuius formæ magis abſtracta, q̃ ſit eſſentia, à qua prouenit operatio. ſi igitur anima intellectiua eſt forma in materia ſm eſſe, ergo & intelligere. Confirmatur. quia terno de anima tex. cõm. 4. demonſtratur intellectum poſſibilem eſſe abſtractum ſm eſſe à materia, & non eſſe corpus. neque virtutem in corpore. Forte dices ꝙ Ariſt. & Cõm. demonſtrant intellectum eſſe ſeparatum à materia ſm eſſe ad hunc ſenſum, quia videlicet non ſit virtus educta de potentia materiæ, non aũt quin ſit forma dans eſſe materiæ. Sed cõtra, hoc non poteſt ſtare ſm expoſitionem, & viam Cõm nam. 2. de anima. cõ. 5. deridet Alex. tenentem actum poſitum in definitione animæ vniuoce dici. & ideo tenuit animã intellectiuam, ſm ꝙ ſibi imponit Cõm. eſſe formam eductam de potentia materiæ quia actus & finis & perfectio conuertunt. ſi igitur omnis anima eſt actus corporis: ergo nulla eſt à corpore ſeparabilis. Cõm. aũt dicit ꝙ actus poſitus in definitione animæ dicitur æquiuoce. oportet autem, ſi ipſe intendit Alex. cõtradicere, vt ipſe ſumat actũ æquiuoce dictũ modo oppoſito, quo Alex. ſumebat ipſum vniuoce dici. ſed Alex. oẽm animam appellat actum, pro quanto quælibet anima ſm ipſum eſt perfectio: & finis corporis. hoc aũt non competit animę inquantum eſt educta de potentia materiæ; quia vt ſic conſyderata, forma potiꝰ eſt causata à materia in genere cauſæ materialis, q̃ ꝙ ſit cauſa eius. ſi igitur anima eſt actus, eſt pro quanto quælibet ſm eſſe vnita eſt materiæ. ergo ſm Auer. ſi menti Alex. vult obuiare, non omnis anima eſt actus vniuoce dictus: quia non omnis dat eſſe: quia anima intellectiua ſecundum ipſum eſt actꝰ vnꝰ corpore, non perficiens corpus, ſicut etiam Simplicius dicit in. 2. de anima in expoſitione illius definitionis. Et confirmatur authoritate Cõmen. 2. de anima cõ. 12. vbi habet hęc verba. Ex ſermonibus prædictis manifoſtum eſt ex definitione animæ, ꝙ aliæ partes animæ n[illegible] ſunt abſtractæ. Et reddens cauſam huius dicit, declaratum eſt enim in vnaquaq. iſtarum, ꝙ eſt perfectio corporis organici perfectio. n. eſt finis & complemẽtum perfecti: finis aũt non ſeparatur à finito: vnde neceſſe eſt vt illę ſint nõ abſtractę.

Ecce

Ecce manifeſtum locum, in quo Cõmẽ. declarat qualiter actus poſitus in definitione animæ ſit æquiuoce dictus. Nam vult animam vegetatiuam & ſenſitiuam eſſe corporis organici perfectionem, & ideo nõ eſſe ſeparabilem à corpore, quia finis & complementum non ſeparatur ab eo, cuius eſt finis. manifeſtum eſt aũt ſm ipſum Auer. tales formas non habere rationem finis, & cõplementi reſpectu corporis organici, niſi ꝓ quanto dant eſſe, non quia ſunt eductæ de potentia materiæ. quia, vt ſic, potius dicunt conſtitutæ in eſſe per ſubiectũ apud ipſum ſm iſtam rationẽ. materia. n. eſt cauſa formæ. 2 phy. 30. cõ. pro quanto ſuſtentat eã: ſed forma appellatur perfectio & finis materiæ, pro quãto ipſa eſt cauſa materiæ dãs eſſe ſibi, vt ibi dicitur. ergo, ſi anima intellectiua eſt ſeparabilis à corpore, oportet ipſã non eſſe perfectionem & complementum organici corporis per informationem, & vnionem formalem. ſed dicebat ꝙ forma quælibet dicitur ab informando. ſi igitur anima intellectiua apud Auer dicitur forma hominis. igitur dat eſſe formaliter homini. Et iſta ratione innixi dicunt etiam intelligentias dare eſſe formaliter orbibus. Sed nos contra hos fecimus prolixam quæſtionem de triplici cauſalitate intelligentiæ in annotationibus noſtris contra Iohannẽ de Ianduno, ſuper ſua Metaphyſica. Sed pro nunc volo de intentione Auer. luce clarius oſtendere non omnem formam eſſe per informationem dictam. Nam Cõm. 2. met. cõ. 37. habet ꝙ perfectionum, propter quas mouetur perfectum, quædam ſunt qualitates, quibus perficiunt illud, quod mouetur, vt illud, quod mouetur propter ſanitatem: & quædam ſunt ſubſtantiæ extrinſecæ a re, quæ mouetur ad eas, vt aſſimiletur eis, vt ſunt actiones omnes ſeruorum, qm̃ ſunt erga genera intentionum domini ſui. Hæc Cõm. Amplius, ſi omnis forma eſſet informans, fruſtra igitur Philoſophus, quæſiuiſſet in. 2. de anima in tex. cõ. 11. an anima ſit actus corporis, ſicut nauta nauis. Confirmatur. nam Cõm. 2. de anima ſuper tex. cõ. 21. vbi Philoſophus loquens de intellectu dicit ꝙ videtur eſſe alterũ genus animæ, habet, ꝙ anima intellectiua non dicitur anima, niſi æquiuoce, & rectius dicitur de ipſa, ꝙ ſit non anima. Et ſeipſum declarandum in eodem. 2. de anima cõ. 32. dicebat animam intellectiuã eſſe de natura ſuperiori natura animę. Pro quo debes ſcire, ꝙ ordo entiũ eſt iſte, natura, anima, intelligentia, & Deꝰ Natura eſt inferior aĩa, & anima inferior ad intelligentiam: intelligẽtia aũt inferior Deo. vnde Cõ. in lib. deſtructio deſtructionum diſputatione. 12. inquit. Cùm aũt dixit de Philoſophis, ꝙ ipſi tenent, ꝙ id, quod prouenit à Deo. glo. prouenit naturaliter, eſt ſermo corruptus de eis: immo dicunt Peripatetici ſm veritatem loquentes ꝙ entia procedunt ab eo alnori modo, q̃ ſit natura, & q̃ ſit humana voluntas. Scias etiam apud Arabes animam ab animando dictã. vnde Auicen. loquens in. 9. ſuæ meta. ca. 4. de anima imaginatiua orbis, q̃ ſm ipſum non erat educta de potentia materiæ, ſed ſolum creata ab intelligentia, vnita tñ forma liter ſm eſſe, inquit hæc verba. Nos autem iam oſtendimus ꝙ anima vniuſcuiuſq; cœli eſt eius perfectio, & eius forma, nec eſt ſubſtantia ſeparata: alioquin eſſet intelligentia. non anima. à pari dico ꝙ, ſi anima intellectiua apud Auer. dicitur melius non anima, hoc non eſt propter aliam cauſam, niſi quia non eſt vnita ſm eſſe dans perfectionem corpori formaliter, vt iſti tibi imponunt. Amplius, Cõm. vult. 3. de anima cõmen. 5. 19. & 20. animam intellectiuam primo vnim homini ſm ſpeciẽ, q̃ homini ſm individuum, hoc autem non eſſet, ſi anima eſſet forma dans eſſe formale homini: quia actus & generationes omnes ſunt ſingularium ex proœmio Meta. Amplius Cõm. 3. de anima cõ. 5. tenet animam intellectiuã non vniri homini, niſi mediantibus phantaſmatibus: homo autem phantaſiari incipit quando deuenit ad diſcretionis annos: hoc autem non eſſet, ſi ipſe tenuiſſet animam intellectiuam dare eſſe formaliter homini: quia tunc à principio vniretur ei: quia nullum formatũ poteſt eſſe ſine ſua forma intrinſeca, etiam per diuinam potentiam, vt noſtri Theologi dicunt: cũ non poſſit Deus vicem cauſæ intrinſecæ ſupplere. Et confirmatur. nam, ſi teneamus animam cogitatiuam eſſe in homine, & teneamus animam intellectiuam eſſe vnam intelligentiam numero ſeparatam & ætẽrnã, omnia ſaluari poſſunt, ꝙ homo nõ habeat animam iſtam intellectiuam, niſi poſt annos diſcretionis. quia homo omnes operationes vitales, & naturales, & animales habere pôt ſine anima intellectiua: quia anima cogitatiua ſm Auer. omnia iſta ſupplere poteſt. ſi igitur anima intellectiua ipſi homini vnitur, nulla alia eſt neceſſitas. niſi propter intellectionem: ſed intellectio non requirit formalem vnionem cum corpore

ſm

ſm Auer. quia potius iſta vnſo impedit, vt diximus, intelligere. n. non ſit mediante organo corporeo. quare Igitur coguntur ponere de intentione eius animam iſtam corporis organici actum eſſe intrinſecum nō video. Vnde iſti ſunt medij inter Auerroē, & Chriſtianos. volunt. n. tenere vnitatem intellectus cum Auerroe, & volunt eā defendere cū principijs Chriſtianorū, & iſta non poſſunt ſtare: quia ex oppoſitis principijs ſequuntur oppoſitæ concluſiones. Erubeſcant ergo mendacio velle tueri vnitatē intellectus, imponendo ei illud, quod non dixit, ſed potius dicant ipſum mentū fuiſſe, ſicut rei veritas eſt, q̄ noua figmenta, & monſtra parere in via eius. Nā vt lucē clariꝰ patet, non minora inconuenientia ſequunt contra hoc, quod dicunt, q̄ contra vnitatem intellectus. & illud maximo argumēto eſt, q̄ omnes Latini noſtri, ſicut Albertus cognomento Magnus, qui opinionum Arabū & ꝑcipue Auer. fuit fideliſſimus interpres, & Beatus doctor, inſuper ſubtiliſſimus Scotus, ac Egidius Romanus, quorum iſti non ſunt digni ſoluere corigiani calciamenti, voluerunt Auer. ſententiam fuiſſe animam intellectiuam non eſſe formam ſubſtantialem hominis Taceo Gregorium Ariminenſem, Iohannem de Gandauo, Gaetanum, & Paulum Venetum, & multos præclaros Auerroiſtas ex viuentibus, qui tenuerunt hanc fuiſſe Auer. ſententiam. Sed, vt dixi, etiam iſti bene intrinſecus deueniunt ad hoc. ſed volentes euitare inconuenientia contra vnitatem intellectus aduenium ad hoc, vt dicant animam intellectiuam, & ſi vnica ſit, ipſam tamen dare eſſe aſſeuerant. aliter. n. non poſſet homo Intelligere per aliquod principium ſeparatum. Et ideo poſitum nſm fuit declarare oppoſitum de mente eius, vt ab ipſa tandem veritate coacti nullo pacto defendant vnitatem, immo potius fatuitatem intellectus. Ad formā igit̄ contradictionis dicamus, q̄ Cōm. ſeipſum declarat quō eſt anima intellectiua forma hominis in iſto cō. 38. quia dicit q̄ eſt forma, inquantū eſt agens nos quia intelligentiæ abſtractæ duobus modis ſunt principia eorum, quorū ſunt principia, & ſm q̄ ſunt mouentes, & ſm q̄ ſunt finis. eſt igitur forma nō perfiniens intrinſece ſm ipſum, ſed extrinſece tantum. & ideo appellat Cōmē. etiam formas abſtractas poſtremas perfectiones, & non primas reſpectu orbium. 2. meta. cō. vltimo. & anima intellectiua rectius apud ipſum dicitur actus ſecundus, q̄ primus, ſicut poteſt colligi ex commentō quinto. ſecundi de anima, & ex commento quinto. tertij eiuſdem.

Decimaquinta contradi. eſt in cō. 39. Habet Commen. q̄ intellectus diuidit materiam à forma. Oppoſitum patet. 1. phyſi. 69. & 4. phy. 16. & primo ca. de ſubſtantia orbis, vbi dicitur, q̄ impoſſibile eſt intelligere materiam abſque forma. Soluitur quicquid intelligitur, intelligitur ſm q̄ eſt in actu, & cum materia non ſit in actu, niſi propter formam: ideo materia intelligitur per formam. nam, cūm materia ſit purum potentiale, caret principio formali, quo aliquid cognoſci poteſt. Et ideo dixit Philoſophus in ſeptimo metaphyſicę in tex. commen. 35. q̄ materia ſm ſe ignota eſt. Intellecta autem ſic materia, in primo intellectus occurſu poteſt intellectus diuidere materiam à forma: & intelligere materiam non eſſe formam, nec aliquam habēs formam. & iſto modo conſyderata materia non habet eſſe extra animam, quia non poteſt ſecundum ipſum. 2. phyſi. commen. 12. exiſtere ſine forma, quia tunc quod non eſt in actu eſſet in actu, ſed ſolum vt ſic habet eſſe in anima, & eſt ens rationis, vt dixit Cōmen. 12. metaphyſi. commen. 14. pro quanto vt ſic ſolius rationis poteſt eſſe obiectū, non autem naturæ, vel agentis naturalis. quia, ſi materia extra animam eſſet ſine omni forma, non poſſet aliquā recipere in actu vt ſcribit Commen. in. 8 phyſicorum. commen. 4. ſic pater qualiter intellectus materiā à forma diuidere poteſt, & in quo actu, & qualiter non.

Decimaſexta contradi. eſt in comm. 41. Habet Cōm. q̄ in cœlo nulla eſt alia potentia niſi ad quietem. Oppoſitum patet per ipſum. 6. phyſi. cō. 15. & 7. phyſi. cō. 2. & 9. meta. cōm. & tex. 17. vbi dicitur, q̄ nō eſt timendum q̄ corpora cœleſtia ſtent. Magna fuit, magnifice domine, altercatio ſtet nos hoc anno in exercitationibus, & diſputationibus, quas habuiſtis vos nobiles inuicem. Et magnificus, ac perfectiſſimi iudicij dominus Gaſpar Contarenus a miciſſimus tuus, & ſtudiorum meorum collega dubitauit acutiſſime contra Cōmen. in præſenti paſſu. Nam dictum eius, q̄ in cœlo non eſt potētia ad corruptionem, ſed ſolum eſt in potentia ad quietē, aut hoc intelligitur de cœlo inquantum cœlū, aut hoc intelligitur de cœlo inquantū corpus. Si de cœlo inquātum cœlum, hoc eſt falſum: quia per ipſum cō. 2. 7. phy. cœlum inquantū cœlum non poteſt

12. meta. com. 39.

Soluti.

Soluti. ad contra dictionē.

12. meta. com. 41.

pôt quieſcere. Si vero dicas, q̃ dictũ Auer. intelligitur de cœlo inquãtum corpus, tũc nulla vt ſic eſt differentia in dicendo cœlũ eſſe in potẽtia ad quietem & dicere ipſum eſſe in potentia ad corruptionem. Quòd ſi forte dicas cœlum inquantum corpus poſſe corrumpi, cœlum aũt inquantũ cœlum poſſe quieſcere, tunc cõparatio erit in æquiuoco. ſimiliter, vt dictum eſt, tunc Cõmen. cõtraditceret ſibi ipſi. quia ipſe minime vult cœlum inquantũ cœlum, poſſe quieſcere. Argumentum eſt ſatis difficile, ſicut vides. Sed, vt mihi videtur, dici poteſt, q̃ cœlum poteſt ſumi tribus modis, vt ſcribit Cõmen. in. 1. cœli cõ. 76. & 96. vno modo pro orbe qui mouetur. alio modo pro toto aggregato ex omnibus orbibus: quod vt ſic animal magnum dicitur. & dicitur etiam cœlum aggregatum ex intelligentia & orbe. Tunc dico q̃ cœlũ pro orbe tantum, non habet potentiam ad corruptionem, inquantum orbis talis eſt, quia eſt corpus ſimplex cat̃s materia: licet inquantum corpus abſolute, vt ly corpus dicit aliquid indifferẽs ad corpus generabile, & ęternum, poſſit corrumpi potentia logica, quæ nihil aliud eſt, niſi nõ repugnantia quædam, & non implicatio contradictionis, cauſata ab intellectu exterminorum rationibus, inquantum non repugnant. Cœlum aũt pro orbe tantum poteſt quieſcere, & inquantum corpus, & inquantum cœlum. quia ſucceſſio et fieri motus non dependet in eſſe, niſi ab ipſa intelligentia, tanquam à cauſa extrinſeca totaliter cauſante entitatem motus, ſicut dicit Commen. in præſenti cõmento. Et ideo cœlum pro orbe ſumptum, q̃ ſit in motu, nõ habet a ſe hoc, ſed ab ipſo motore. ideo vt ſic etiam ſolitarie conſyderatum abſque intelligentia non implicat contradictionem ipſum poſſe eſſe in quiete. Et iſto modo ſumpſit cœlum Cõmen. hic, dum dixit, cœlum non habere aliam potentiam inquantum cœlum ſic ſumptum, niſi ad quietem, quia, vt ſic, non habet potentiam ad corruptionem, vt dictum eſt. Sed. 7. phyſi. cõ. 2 & 6. phy. 15. & nono meta. tex. cõ. 17. qñ dicit cœlum non poſſe quieſcere, inquantũ cœlum, ibi ſumitur cœlũ pro aggregato ex intelligentia, & orbe. quia, vt ſic, ſtat ſub motore, & vt ſic non põt non moueri: quia ibi non eſt contingentia: quia eſſe à poſſe non differt in talib⁹. tñ inquãtũ corpus tale cœlũ cõſyderatũ, non repugnat ſibi quies. quia tunc cuilibet corpori repugnaret quies; qđ eſt abſurdũ. Argumentũ igitur ex æquiuocatione cœli ꝓcedit, quia aliter ſumit cœlũ ibi, & aliter hic, ſicut patet ex declaratis.

REGISTRVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, AA BB CC
DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT
VV XX YY ZZ, AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG.

Omnes Quaterniones, præter †, Duernionem.

Venetijs apud hæredes Lucæ Antonij Iuncte.
Anno Dñi. M D LXII.